10 niſi de vera põt in elligi. †Item ſi debitũ nõ ex cã de pterito, ſed de futuro conuertitur in mutuum, non loquitur iſta lex ſed l. 3. C.de poſtulan. ſed tunc intra biennium haberet locũ exceptio cauſæ non ſecuta,ſicut numerationis non factæ,qñ fit ſpe futuræ numerationis,quia eadem rõ qñ ſpe futuræ cauſæ,vel debiti, & ita vult ibi Bart. quẽ oĩno uide.Itẽ ſi ex cã de præterito falſa, uel iuſta hẽret locũ exceptio doli, uel iniuſtæ cauſæ,ſecus qñ per errorẽ,ut in l.j.de cõd.ob.tur.cauſam.hoc etiam no.Bar.in d.l.3. ¶Circa uero apparatum huius l. no.ꝙ hic ſunt tres gl.recitandæ.ſ.prima, quæ fuit glo noua,& non Accurſii,cum qua ẽt dẽt coniungi gl.2. quæ fuit Ceruoti eius filii,& iſtæ cõcernunt primum dictũ l.aria quæ incipit[uere,] & eſt gl.antiqua Accur.& illa cõcernit primum exemplum, qñ illud,quod mihi debetur. ab alio conuertit̃ in cãm mutui debendi a te.Alia gl.q̃ incipit,[breui manu.] & illa concernit ſcđm exẽplũ,qñ id quod mihi debet̃,a te conuertitur in cãm
11 mutui a te debendi.¶†Circa primã gl.no.ꝙ ponit plura alia ſingularia ultra illa duo,q̃ ponit hic, nõ tñ ſunt eiuſdẽ generis,& qualitatis.Quædam.n.ſunt ſingularia in mutuo nãli cõtra rõnẽ mutui,& iſta ſunt illa, de quib.hic, & iõ glo.in prin. dũ dicit,ꝙ ſunt ſingularia in mutuo, qḋ non in alus ꝯtractib. non bñ loquitur, qa debitũ ex una cã pt̃ conuerti in alios cõtractus,ſicut in contractu mutui, ut ſ.dixi. & probatur in l.ſi ſponſalibus.ĵ.de iure do. & in l.3.§.fin.de do.inter uir.& uxo.
12 glo.uero loquitur ſm opin.Azo. † Quædã uero ſunt ſpecialia in pecunia mutuata reſpectu aliarũ rerũ quarũcunq;, & iſta ſunt duo,q̃ ponuntur in gl.in uer. ſi item, & tertium eſt cum uer.ſeq. Itẽ pecunia eſt ẽt tertium qḋ ponit̃.ĵ.in gl. in uer. Itẽ. aliud,qḋ ex nummis. Aduerte tñ ad illud ſcđm uer. [Itẽ pecunia,] ut intelligas ſane ſm̃ caſus legum, quas alleg. in l.deducta.§.nimis.ĵ.ad Treb.& in l.cũ pater.in prin.de leg.2.non aũt ſm̃,ꝙ uerba gl. ſonãt, qa ſiue debeatur pecunia,ſiue ſpẽs,debitum perſonale cõcernit totũ p̃rimonium, non unã partem
13 tantũ, ut l.fideicõmiſſum. §.tractatum.ſ.de iud. ¶†Quædam ſunt ſpãlia in contractu mei reſpectu aliorũ contractuum,& iſta ſunt tria,q̃ ponuntur in gl.in uer.[Itẽ ex ſola,]ibi,& ẽꝫ.& aliud in uer.Itẽ ut facile,ſed aduertẽdũ, qḋ primũ eſt bene uc
14 rum†ꝙ tutor poteſt facere ſe debitorem pupilli ex contractu mu-

ADDITIO.

a Numerationem. De hoc per Soci.conſ.ſi.incip.Dom.labia mea aperias.viſa facti contingentia, vbi ponit de quodam inſtrumento depoſiti. in quo ſimilia verba poſita erant.

mutui,non ſic in aliis ꝯctib.quia in cōtractu mutui ipſe obli-
gatur pupillo,& non ecōuerſo, ſed in aliis pupillus obligaret
ſibi,qđ facere nō pōt ſua propria auctoritate, vt l.obligari.de
aucto.tu.ſed dum gl.ſubdit eꝯ, nō bñ ſentit,videlicet, ꝙ ſi pu-
pillus eſt ſibi obligatus ex ꝯctu mutui , ꝙ poſſit tutor ſibi ipſi
ſoluere,non ſic,qñ eſſet debitor ex alio ꝯctu.In hoc nō bñ di
cit . nā eſt idē in alio contractu, vt eſt caſus in l.ſiſtulas.§.fun-
dum.de cōtrah.empt. ſm Bart. ¶Itē tertio qđ gl.ponit in ver.
[itē vt facile,]licet Doc.ſequant, gl.tñ nō vr bñ dicere dum di
cit, ꝙ p pactum, qa in mutuo ſi alius numerat noīe meo,nō
acquiritur mihi actio rōne pacti,ſed rōne numerationis quæ
eſt actus nālis, & hoc voluit gl.expreſſe in l.certi cōdictio.§.ſi
nummos.nec vr ſpāle in mutuo , immo idē vr in oī oblone,
q̄ re ꝯhit, vt ibi dixi per l.ſi p ignorātiā. C.de cōdi.inde.Iac.de
Are. ponit aliud ſpāle , de quo poſui in l. certi cōdictio.§.qñ.
15 dic ēt,vt ibi. † Quædā vero ſunt ſpālia in pecunia numerata ,
reſpectu aliarū rerum mutabilium,non dico quarumcunq;,
quia ſi mutuat pecunia , pactum ſuper vſuris nō veſtit cohæ-
rētia ꝯctus,vel tradōnis, ſed reqrit ſtiplo,vt C.de vſur.l.quis ,
& ſ.e.l.rogaſti.§.ſi tibi, non ſic ſi mutuat frumentū, vinū, vel
oleū,vt C.de vſur.l.frumenti. & rō eſt, qa æſtimatio pecuniæ
ſp eſt certa,nō ſic dictarū rerū, & poterit eſſe, ꝙ oleū,vel fru-
mentū minus valebit,qñ reſtituet,& ideo tollerat pcm nudū
ſup aliquo,qđ ſit vltra ſortem.¶Circa gl.q̄ incipit [vere.] op-
po.duobus modis ꝯ primum exēplū huius l qñ mandaui de-
bitori meo,ꝙ tibi ſolueret, nam ſi verū eſt,ꝙ nūmos meos ñ
receperis,vt tex. dicit, ergo mutuū nō ꝯhit,qa nō nāle,vt ſ.e.
l.2.§.appellata, nec ciuile , qa nō interuenit ſtiplo.gl.dicit, ꝙ
non receperis nūmos meos vere. ſed ficte ſic.Tu ꝯſidera duo
tempora.ſ.tps quo tradit , & tūc non recipis nummos meos
nec vere,nec ficte,ſed nūmos. illius,& ita loqtur tex.Item tps
poſt qđ traditio facta eſt,& tūc habes nūmos meos vere non
ficte,quia noīe meo,& tanq̄ pcurator meus videris recepiſſe,
vt colligitur ex l.3.§.fi.ſ.de do.inter vi. & vxo.circa med.dum
16 dicit,[qd p aliū.] †Conſtat aūt,ꝙ ex tradōne facta pcuratori
meo acqrit mihi verum dñium,& poſſeſſio recta via,adeo,ꝙ
momento non remanet penes procuratorem,vt in tit.j.& l.p
pc.C.de ac.poſ.itē habemus ꝯſiderare intētionē,q̄ facit ex cā
mutui pp ꝯuētionē,& iſtā facit mediāte duplici ficta tradōne,
quia fingeris reſtituiſſe mihi,& eo. inſtāti fingor tibi tradidiſ-
ſe,& ſic habes pecuniam meā vere ex traditione ficta,nam ēt
ex ficta tradōne acquirit vera poſſeſſio , & dñium, vt l.quod
17 meo.§.ſi per vēditorē, & ibi p Bart.ſ.de acq.poſ.¶†Itē opp.ꝙ
non ſit ſpāle in pecunia.nec in mutuo. vt debitū ab alio con-
uertat in aliū ꝯctum quo ad te, cū idem ſit in aliis rebus,& ꝯ
ctib.vt ī l.3.§.fi.de do.īter vi.& vx.gl.dicit, ꝙ eſt ſpāle in pecu-
nia & in ꝯctu mutui,qa nō reqrit,ꝙ ſit pñs. Vult dicere,ꝙ nō
reqrit,ꝙ ego ſim pñs tpe quo ille tradit,& ita intelligat ꝯriū,
& iſta fuit lectu.Guar.in gl.fi.quæ non eſt vera, nam in illo §.
fi.nō dr aliquid de pñtia, licet gl.ibi ſubaudiat.Item in l.licet.
§.j.de iure do.expreſſe probatur contrariū.Teneas ergo p cer
to , ꝙ nō requirit pñtia mea , nec in pecunia,nec in aliis reb.
debitis,nec in mutuo, nec in aliis cōtractibus.Sufficit ergo,ꝙ
noīe meo res tradatur me mādate , vel ratū habente,vt ſ.e.l.
certi condictio.§.ſi nummos. p gl.tñ facit l.hoc ſi res.ſ.de rei.
vē.q̄ allegatur hic in gl.ſed certe glo ibi dicit . ꝙ pñtia ibi erat
neceſſaria, & ſufficit , ꝙ ſit penes ſe. & ſit parata ſolutioni.Itē
18 pro gl.facit.l.falſus.§.ſi is.ſ.de fur. † Sed rñde, ꝙ q̄tū ad hoc,vt
conuertat in cām furti,bñ requirit pñtia, & ita loquitur ibi ,
non ſic,vt cōuertatur in cām ꝯtractus. Si.n.ſimulas te credi-
torē meū cū nō ſis, & ego mādo debitori meo ꝙ tibi ſoluat,
& ipſe ſoluit,ad hoc, vt non videaris mihi feciſſe furtū,& ne
tenearis ad pęnā, requiritur,ꝙ fuerim pñs.quia tunc per aſpe-
ctū acqro dñium, & poſſeſſionē pecunię, licet eā non tangā
pter voluntatem tradentis. l.ſi pecuniā.ſ.de ſol. & ſic tu inci-
pis cōtrectare rē meā ꝯtra meā volūtatē. Sed ſi nō ſum pñs.ñ
acquirit mihi dñium nec poſſeſſio p aſpectū, nec ēt ex rece-
ptione tua, quia tunc nō recipis nomine meo cū doloſe reci
pias,& intendas furari,& ſic delictum ꝯtrarium aīum tuū de
clarat.ar.l.ſi extraneus.ff.de ac.hæ.Vñ cōmittis furtū illi ſoluē
ti.nō mihi,& illa eſt vera rō illius.§.eo.modo ſi ſoluerem al-
teri de mādato tuo,ad hoc,vt videaris mihi furtū facere.requi
ritur,ꝙ ſis pñs tpe quo ſoluo,ut ibi hr. Qñ vero non intendis
furari,ſed ꝯtrahere,& recipis nomine meo,acquirit mihi do-
miniū,licet ſim abſens. ¶Item pro gloſ.faciunt plures.ll.ſcili-
cet l.donationes in ꝯcubinā.§.ſpecies.de do.in prin.& ſ.de ne.
geſt.l.fideiuſſor. §.fi.cū ſua gl. & ſ.de ſpon.l.dies ſponſaliorū.
§.fi.in quib.vr requiri pñtia . Rñdeo,ꝙ in illis.ll.ille,q tibi tra-
didit nullū ꝯtractum intēdebat gerere tecū meo nomine,ſed
ſolū mecū,mihi volēs donare,& tibi ſimplr tradere pro me,
tunc ergo ſi quærit,an videar tecū ꝯtrahere.ſ.deponere,requi
ritur mei pñtia, alias non teneris ex depoſito,vel mādato. ſed
neg.geſt.vt d.l.fideiuſſor. §.fi.ſed nos loquimur,qñ ille intēde-
bat agere tecū ꝯtractū meo noīe dicēdo,depono, vel mutuo
nomine talis,tūc ēt me abſente ꝯtrahit depoſitū, vel mutuū
inter te,& me,& ita intelligo iſta iura, q̄ ſemper dederunt mi
19 hi laborē ad bñ intelligendū.¶†Vltimo circa iſtū articulum,
cum qrit, vtrū id qđ debet mihi a Titio, poſſit ꝯuerti in cām
mutui, vel in aliā cām , & debitū quo ad te,diſtingue tres ca-
ſus.Nā aut ille ſoluit,aut non ſoluit,ſed promiſit,aut nec ſol-
uit,nec pmiſit, ſed ſolū ego mandaui ſibi, ꝙ ſolueret. Primo
caſu aut ſoluit me pñte,& ꝯtrahit mutuū nāle.Verū eſt nulla
interueniēte fictione,qa pp mei pñtiā,& aſpectū, fuit acquiſi
tum mihi vere dñium,& poſſeſſio pecuniæ,vel alterius rei,&
eodem inſtanti acqrit tibi , nec tunc eſſet aliqua ſingularitas.
Itē acquirit pfecte , & irreuocabiliter mihi actio. Itē non ſo-
lum in cām mutui, ſed in q̄cunq; aliā cām ēt furti,pt fieri cō
uerſio. vt d.l.falſus.§ & qđ ſi is. Aut ſoluitur me nō pñte, ſed
mandante,& tunc nō pt cōuerti in cām furti, ſed in cām mu
tui,vel alterius ꝯtractus ſic.tñ tunc fit conuerſio ficte, & non
vere pp fictā tradōnē,& ita loquitur iſta l.& acquiritur mihi
pfecte,& irreuocabilr pp pcedēs mandatū. Aut ſoluit me nō
pñte nec mandāte, meo tñ noīe, & tunc idē, qđ in proximo
pcedenti,niſi qa tūc nō acqrit mihi actio pfecte, ſed reuoca-
biliter,qa ſi nō habeo ratū, fingit mihi ñ acqſita, & ſic nuda
voluntate poſſum illā a me abdicare,qđ non eſt in caſib.pce-
dētib.vt ſ.in §.ſi nūmos . ¶In ſcđo caſu principali. qñ nō ſol-
uit,ſed pmiſit, aut interuenit duplex pmiſſio,qa ipſe pmiſit,
tibi p ſtiplonē,& tu mihi, & tunc conuertitur in mutuū ciui-
le,& in oēm alium ꝯtractū,vt in l.ſi ex ptio. C.ſeo.& fit noua
tio,qa ille liberat a me iure delegationis,aut interuenit vnica
tm pmiſſio,qa ille promiſit tibi,& tu nō mihi,etiā tūc aduer
tēdū eſt diligenter,ꝙ aut mādaui ſibi,ut tibi ſolueret,aut pro-
mitteret , & tunc facta promiſſione ſtatim eſt liberatus a me
iure delegationis,vt l.delegare.de noua.Sed ſi qrit,an ſit facta
cōuerſio in mutuū dicēdū eſt, ꝙ nō,qa nō eſt mutuum nāle,
quia non pt ꝯtrahi niſi in reb.q̄ pondere, numero,vel menſu
ra conſiſtunt.in ciuile non, qa ſtipulatus non ſum,& ſic neu-
trum ex illis habeo , ſed ſolā actionē pſonalē, q̄ eſt ius incor-
porale,ſed in aliam cām q̄ mutui, puta in dotem,in quā dari
q̄libet alia res pt,bñ fieret cōuerſio , & diceretur eſſe in dotē
illa actio,vt probat in rōne ſui.in l.ſi ſponſalib.§.i de iure do.
Quomō ergo ſubuenit mihi in primo caſu , ſi nō eſt contra-
ctū mutuū,cū debitor me9 ſit a me liberatus, & tu ex mutuo
nō es obligatus, nec ēt ex nāli,quia nō eſt cōtractum, nec ex
ciuili,qa nō interuenit ſtiplo inter te,& me? Rñdeo.agā ꝯdō-
ne ſine cā.l.ſi me, & Titiū.ſ.eo. vbi eſt gl. ordinaria de hoc in
gl.pe.in fi.vt agas ꝯtra illū,& credo,ꝙ liberaris cedendo mihi
actionē,quia iō mihi teneris, ꝙ actionē habes,vt l.qđ debet.
20 ſ.de pecu.¶†Notandū,ꝙ hoc caſu puto procedere,& ſuſtine
ri poſſe vnū dcm Bart.qđ ipſe hic ponit, ꝙ ſp allegat. ſi eram
debitor tuus in centum,mandaui campſori, qui erat debitor
meus,ꝙ tibi ſolueret,tu accepiſti ab illo campſore promiſſio
nem,ſed nō pecuniā,ille campſor poſtea fefellit anteq̄ ſolue-
ret , tu vis ad me recurrere, dicit Barto.non potes.quia ex illa
pmiſſione,q̄ loco ſolutionis cedit,ego fui liberatus a te,& il-
21 le cāpſor a me iure delegationis.dñs †Raph.vr reprehēdere,
a quia ſaltē hodie nō ſit nouatio interuentu nouæ[a] pſonæ,vt l.
fi. C.de noua.& ego ī iſto errore aſs fui ꝯ Bar. ſed poſtea mu-
taui ppoſitū,qa illa l.fi.nō hēt locū ſi interuenit delegatio in
teruētu nouæ pſonæ,nā l.delegare.de noua. nō eſt correcta p
illā l.& ibi tenet Bar.tūc.n.nō eſt delegatio, qñ debitorē meū
facio tibi pmittere,tanq̄ debitorē,ut no.in l.mulier.ſ.ad Vel-
leia.Dico ergo, ꝙ dictū Bar.eſt verū eo caſu,quo mādaui de-
bitori meo,vt tibi ſolueret,vel promitteret.Si vero ſolū,ꝙ ſol
ueret,pprie,& promiſit, tūc ex illa pmiſſione facta ſine meo
mandato debitor meus non eſt a me liberatus , text.eſt in l.ſi
debitorē meū ſ.de noua. & ibi gl.& l.Stichū.e.tit.per ꝯñs a te,
& tūc dictū Bar.nō erit verū, & iſta eſt veritas in iſto art.p ne
22 minē bñ declarato. ¶†Tertius & vlt.caſus eſt clarus,qñ nō in
teruenit aliqua pmiſſio ſed mādatū de ſoluēdo,qa in nullam
cām eſt facta ꝯuerſio,& poſſet illud mādatū reuocari re inte-
gra.vt l.ſi cū Cor.de ſol. Sed ſi pmiſiſſet ēt ſine mandato, nō
poſſet reuocari,qa non diceretur res integ.tex. eſt in l.vtrū.de
conſti. pecu. nec ēt poſſet reuocari ſi ꝯtēplatione illius factū
eſſet mādatū,& ipſe eſſet paratus adimplere, vt eſt tex.in l.cū
23 fundū.de pac. ¶†Quātū ad gl.vltimā, q̄ concernit ſcđm exē-
plum huius l.qñ id,quod mihi dēs ex alia cā, conuenimus, ꝙ
hēas ex cā mutui, & hic dr,ꝙ fit ꝯuerſio.gl.opponit ex trib.ll.
de l.qui negocia.ſ.manda. & ad illā bñ ſoluit,ꝙ dēt intelligi,
qñ nō erat pecunia parata,& licet hoc nō exprimatur in iſtis.
ll.& ſic videatur continere diuinationē, tñ per alias ll. hoc p-
batur,& per rōnem.ſ.per l.ſi ſponſalib.§.j.ſ.de iure do.& l.qui
decem.§.j.de ſol.in quib.fit iſta diſtinctio. Itē per rōnē,qa iſta
conuerſio

ADDITIO.

a Interuentu nouæ. Circa hoc vide late do.Alex.de Imo. in conſ.10.in 2.volu.&
ibi all.Pa.de Caſt.hic.Curt.

conuerſio fit mediante ficta traditione,quam videris mihi fe
ciſſe ex cā prima, & ꝙ ego poſtea videor feciſſe ex cā mutui
vt in fin.huius l. ſed ſi pecuniam penes te nō habebas impoſ-
ſibile erat,vt mihi traderes,ergo non pōt fingi,ꝙ tradideris.vt
habetur in d.l.qui decem.§.j.& per conſequens, nec ꝙ ego re
tradiderim. ¶Secundum contrarium eſt de l. ſi ex precio. C.
eo.per quam videtur,ꝙ etiam ſi nō erat parata ſolutioni,po-
teſt cōuerti in mutuum,& ad iſtā gl.nō bene rńdet. Dic ergo
reiectis ſolutionib.gl.ꝙ ibi interuenit ſtipl'o,& ſic bñ p̄t ꝯuer-
ti in mutuum ciuile, in quo non requiritur rei interuentus,
& ſic non eſt tractandum de mutuo ciuili, ſed de naturali,in
quo requiritur,vera vel ficta traditio, & dominij, translatio,
q̄ non pōt reperiri, ſi pecunia non erat parata ſolutioni, &
ſic loquitur. l.qui negocia. ¶Tertiū ꝯriū eſt de l. ſi pecuniā.j̄.
de ſol.ꝑ quā vr̄,ꝙ non ſit ſpeciale in pecunia, nec in ꝯctu mu
tui,immo idē in aliis,cuius ꝯrium innuit hic in verbo[ſingu
laria,]quidam dńt,ꝙ hic non requiritur pńtia,ſed in aliis req
ritur,vt ibi. tu dic, ꝙ ſi eſt pńs,conuertit̄ in mutuū,ēt in alia
cām vere,& ſine aliqua fictione,qa ꝑꝑ aſpectū acquirit̄ poſ-
ſeſſio,& dominiū interueniente volūtate dñi abſq; corporali
apprehenſione,vt dixi s̄.eo.l.certi condō.§.fi. & ſic loquitur.l.
ſi pecuniā.ſed ſi res non eſt pńs, ſed parata ſolutioni,conuer-
tit̄ ficte,& ita loquit̄ hic.Si vero nō ſit pńs, vel parata ſolutio-
ni,nō pōt conuerti in mutuum nāle ſola cōuentione nuda.
vt l.qui negocia,ſed in mutuum ciuile, ſic ſi interuenit ſtipl'o.
vt l.ſi ex precio.in aliam vero cām, q̄ mutui bñ p̄t fieri cōuer-
ſio ſola conuentione, licet non ſit parata ſolutioni, vt eſt ca-
ſus in d.l.ſi ſponſalib.§.j.rō diuerſitatis, quia mutuum non cō
trahitur niſi in reb.q̄ pondere, numero,vel menſura cōſiſtūt.
14 †Sed ſi non eſt parata ſolutioni non pōt fieri niſi liberatio ab
obligatione prima, q̄ liberatio non eſt in aliis reb. ſed in cām
dotis,vel aliam bñ pōt conuerti liberatio. & quia quælibet p̄t
in dotem dari,& ſic aduertēdū, ꝙ qñ eſt parata ſolutioni ipſa
res,conuertitur in dotem,& iō ſi erat ancilla,efficitur ancilla
dotalis,& partus ex ea natus conſtante matrimonio reſtituet̄
vxori eo ſoluto, quia non eſt in fructu, ſed ſi nō erat parata
ſolōni,non efficit̄ ancilla dotalis, ſed ipſa liberatur,& ſic par-
tus pertinebit ad maritum, & hoc notabilr & ſubtilr hr̄ in d.
l.ſi ſponſalib.§.j. Vltimo glo.opp.de ſcđo exemplo,qa in hoc
ſcđo videris recepiſſe pecuniā meā,ut in l.fi.& primo dr̄ ꝯriū,
quia nummos meos non acceperis. & tñ iſti caſus ponuntur
hic,vt pares.Solu.nec in primo nec in ſecundo accepiſti vere
nummos meos, ſed in vtroque accepiſti fictè. Hoc voluit di-
25 cere gl.in ver.(q̄rit aliqs.)vel dic ſubtilius.vt s̄.dixi.¶†Sed q̄ro,
quid in dubio, an pecunia p̄ſumeret̄ parata ſolutioni:rńdeo,
aut erat mihi debita ex cā depoſiti,& ſentit,ꝙ ſp̄ in dubio prę
ſumitur parata ſolutioni, nō attenta qualitate perſonæ depo
ſitarij,niſi ꝯrium appareat, ꝙ conſumpſerit. qa nō p̄ſumitur
deliquiſſe,& iō tex.ſimplr dicunt, ꝙ debitū ex cā depoſiti con
uertitur in cām mutui ſola cōuentione,s̄.eo.l.certi cōdō.§.fi.
& d.l.q negocia.poſt prin.in ver.(nec huic ſimile.)& iſtud fuit
26 de mente Iuriſconſulti, ſi recte inſpiciatur. ¶†Si vero erat de-
bita ex alia cā,deberes inſpicere qualitatem perſonæ debito-
ris,ſi erat diues,vel ſi erat campſor,qui ſemper,conſueuit ha-
bere pecunias in promptu, tunc p̄ſumitur parata ſolutioni,
& pro hoc bonus tex. cū gl.j̄.de in diem adie. l.4. quæ incipit
[vbi aūr] §.melior aūt condictio.in gl.ſuper verbo [facilior.]
quæ dicit, vt per bonos campſores. quam no. Si vero erit
pauper, vel non conſueuit habere pecunias in promptu, di-
cendum eſt contrarium, & ſic loquitur.l.qui negocia.

LEX XVI.

1 *Pecuniam propriam poteſt quis mutuare,licet ſit talis,quam teneatur alteri communicare,ſecus in pecunia aliena.*
2 *Dominus rei licet actione perſonali tenetur ad dandum rem alteri, poteſt inuito creditore in alterius dominium transferre.*

1 L. Si ſocius. † Pecuniā ꝓpriam poteſt quis mutua-
re,licet ſit talis, quā teneatur alteri cō-
municare, ſecus in pecunia aliena.h.d.ſecundum intellectū
2 gl.& ſic no hic † ꝙ ille q eſt dñs rei,licet actione perſonali te-
neatur ad dandum rem alteri, poteſt inuito creditore in alte-
rum dominiū transferre. facit l.quoties. C.de rei vēdicatio.&
ſupra de rei vendicatio. l.non ideo minus.

LEX XVII.

1 L. Cum filiusfam ¶†Ex mutuo facto per fi-
lium fa. de ſuo viatico ac-
quiritur actio directa patri, tamen patre abſente poteſt filius
officio iudicis, vel vtili actione eam repetere de ęquitate, ne
fame pereat.h.d.hæc l.iuncta l.ſi longius.in §.ſi filius.ſupra.de
iud.vbi plenius declaratur quod hic habetur.

LEX XVIII.

1 *Diſſenſus inter dantem, & recipientem in ſpecie contractus, impedit contractum celebrari, & etiam dominium transferri.*
2 *Et quando quis dat eo animo vt nunquam recipiat, ceſſante errore, non poteſt repetere, licet recipiens habuerit animum reſtituendi.*
3 *Ex cauſa depoſiti transfertur dominium.*
4 *Si cum tibi pecuniam dedero,habui animum mutuandi, & ſic recuperandi,tu vero animum recipiendi ex cauſa donationis, neuter animus inſpicitur,ſed recurritur ad præſumptionem iuris.*
5 *Soluens ſcienter indebitum, videtur donare, quando recipiens ſcit illum ſcienter ſoluere,ſi tamen ignoret,non poterit ſoluens repetere.*
6 *Si quaſi deponens tibi pecuniam dedero, tu quaſi mutuum accipias,vel ſi quaſi mutuam tibi dedero,tu quaſi commodatam accepiſti,nec ſit conſumptio ſecuta, competit mihi rei vendicatio.*
7 *Quare in illis duobus caſibus poſſit pecunia vendicari,vel ſecuta conſumptione condici.*
8 *Obligatus tibi ex cauſa donationis, ſi poſtea ex illa cauſa ſoluat, neque hoc expreſſè dicat,tu vero alia intētione accepiſti, vt eſſet mutua,trāſfertur dominium.*
9 *Si partes conſentiunt in ſpecie contractus, & diſſentiant in tranſlatione dominii quando transferatur dominium.*
10 *Si contraxi tecum tanquam cum ſeruo, cum eſſes liber, iſte diſſenſus non impedit actionem naſci.*

1 SI ego. ¶†Diſſenſus inter dantem, & recipien-
tem in ſpecie contractus impedit con-
tractum celebrari,& etiam dominium transferri,
& qñ quis dat eo animo, vt nunquam recipiat,
ceſſante errore. non poteſt repetere, licet recipiens habuerit
animum reſtituendi.h.d.Et ponit tres caſus. Primus vſq; ibi,
2 [nam ſi ego,]Secundus vſque ibi,[idem eſt,]Tertius vſque in
fin.& in omnibus trib. accipiens habuit animum reſtituendi,
ſed in primo tradens non habuit animū recuperandi,in aliis
3 duobus,ſic.†Item differunt,quia in primo caſu conſenſerunt
in tranſlatione dominij, ſed in ſpecie contractus diſſenſerūt.
Secundo caſu ſimiliter diſſenſerunt in ſpecie contractus, ſed
in tranſlatione dñij poteſt eſſe,ꝙ cōſenſerunt, ſi pecunia fuit
tradita tanq̄ quātitas, nam dñium transfertur,ſiue ex cā mu-
tui,ſiue ex cauſa depoſiti tunc traditur,vt in l.Lucius.j̄.depo.
tñ hic non transfertur, quia diſſenſerunt in ſpecie ꝯctus,ſed ſi
fuit tradita in ſpecie,vel tanq̄ ſpecies in ſacculo,tunc tradens
non habuit animū transferendi dñium, nec ēt recipiens,niſi
forte per errorem iuris, nec tunc iuſte poterat credere, ꝙ eēt
mutuata,quia in mutuo non traditur tanq̄ ſpecies. Tertio ve
ro caſu diſſenſerunt in ſpecie cōtractus, & ēt in tranſlatione
dñii,quia tradens habuit animum transferendi, ſed recipiens
non habuit animum acquirendi,& tunc etiam non trāſfert̄,
& ſic quouſq; extat, in ambobus iſtis caſibus pōt vendicari,
vt s̄.eo. l.ſi filius. in princ. ſed ea conſumpta pōt condici certi
condictione gñali, vel condōne ſine cauſa, non autē aliqua
ſpeciali oriente ex illo contractu,cum nudus cōtractus ſit ce-
lebratus.¶In tex.ibi,[magiſque nummos accipientis non fie
ri,] & ſic vr̄, ꝙ poſſem vendicare, & ꝙ nulla exceptio poſſit
mihi opponi,ut s̄.eo.l.ſi filius.in prin.in contrarium tñ deter
minat hic glo.2.quæ incipit,[ſed quid.]& eſt caſus quem glo.
non all.j̄.de do.l.ſi tibi dederim. facit de pecu.l.ſi peculium.§.
ſi fiunt,& hoc ꝑꝑ intentionem mei tradentis, quæ fuit nunq̄
repetere,q̄ debet attendi in mei præiudicium,ſicut & tua attē
ditur in præiudicium tui,quia cum intētio tua fuerit reſtituē-
di,obligaris mero iure ad reſtituendum, & orit̄ ꝯ te actio, ut
patet.j̄.dum dicit,licet condictione teneatur, & tñ ꝑꝑ meam
intentionem, de æquitate obſtat mihi exceptio,& præfertur
cā tua,qa tu es reus in cōcurſu iſtarum voluntatum, vt l.ſi ſer
4 uum.§.ſequitur.de ver.obl.¶†Itē quæritur ecōtra, ego habui
animū mutuandi,& ſic recuperādi, tu uero animū recipiēdi
ex cā donationis,& ſic non reddēdi vr̄,ꝙ neuter aīus inſpicia
tur,qa meus aīus tēdit ad fauorē meū, & ſic nō dēt. inſpici in
mēte retētus,ut l.ſi repetendi.C.de cond.ob cau.& ecōuerſo,
aīus tuus tēdit in tui fauorē, & ſic vr̄ eo.mō nō inſpiciendus.
Ex verbis tñ Bar.vr̄ colligi ꝯtrariū,ꝙ inſpiciat̄ aīus tuus, qa di
cit,quantū ad actionem dandi, ꝙ inſpiciat̄ animus recipien-
tis,ſed q̄tū ad exceptionē, inſpicitur animus dātis.ſed ipſe lo-
quit̄,qñ aīus recipiētis tēdit ꝯtra eū, qa fuit de reſtituēdo,nos
loquimur qñ pro eo. Breuiter dicēdū eſt,ꝙ neuter aīus inſpi-
cit̄.poſito, ꝙ ꝑ ꝯfeſſionē meā ꝯſtet de meo,& ꝑ tuā de tuo rō
ne p̄dicta,ſed debemus recurrere ad præſumptionē iuris, vt ſi
ꝯcurrāt illa q̄ faciāt præſumi donationē,vt qa pecunia ſit mo
dica, & ego diues, & tu pauper,vel ꝯiūcta pſona,p̄ſumit̄ do-
natio, alias ſec9 iuxta no.s̄.e.l.cū qd. ſed qñ aīus cuiuslibet tē-
dit ꝯtra ſe,ſēt locū iſta l. vt qlibet inſpiciat̄ quantū ad ſui prę
iudiciū,& nō recurrat̄ ad alias ꝯiecturas, ſed ſufficit,ꝙ cōſtet
de tali aīo per confeſſionem partium,& per iſtā l.determinat
5 Ang.†in l.falſus. C.de furt. ꝙ l cuius ꝑ errorē.de re iud.cū ſi.q
dńt,ꝙ ſciēter ſoluēs indebitū, vr̄ donare, debeat intelligi eo ca
ſu,quo recipiēs ſciat illū ſcienter ſoluere,qa per ꝯńs p̄ſumitur
recipere animo donandi, ſicut, & ille præſumitur ſoluere,ſe-
cus ſi ignoraret illum ſciēter donare,qa ſcit,vel ſcire debet,ꝙ
nō cēleſt voluiſſe dare,ſi credit, ꝙ ſoluat ꝑ errorem, licet ille
ſoluat ſcienter,& ſic diſſentiūt in ſpecie ꝯtractus, & hic pōt ſu
ſtineri,ꝙ donatio nō ꝑficiat̄. Sed ipſe ſubdit vnū aliud,qđ eſt

contra iſtum tex.quia dicit, ꝙ tunc ſoluens poterit repetere,
licet ſciēter ſoluerit,quod eſt falſum, vt hic patet. & d.l.ſi tibi
6 dederim,de do.¶†Nunc q̄ro circa alios duos caſus,in quibus
dr̄,ꝙ ſecuta conſumptione competit cōdictio, quid ſi nō eſt
ſecuta? Rn̄de,ꝙ competit rei vendicatio, quia dn̄ium nō eſt
tranſlatum, & in vtraq; habuit tradens animum recuperādi,
7 ſecus in primo.¶†Itē q̄ro, vn̄ proueniat in illis duob. caſib.ꝙ
pecunia p̄t condici,vel vendicari?gl. & Bar.vn̄r dicere,ꝙ hoc
venit ex ſolo animo recipientis, qui fuit de reſtituendo.tu dic,
ꝙ iſte ſolus nō ſufficit,vt in primo caſu, & iō prouenit ex aīo
8 vtriuſq; partis, quorū quilibet tendit ad reſtitutionem. ¶†In
gl.j.ibi l.cum in corpus,ſupple, in fin. vr̄ de verbo ad verbum
dicere ɔ̄rium eius,quod hic dr̄, & reputatur vnū de difficilio-
rib.ɔ̄riis corporis iuris. Et finaliter tenet vltimam ſolutionem
gl.quia non poſſumus dare meliorē, ꝙ interdū ſum tibi obli
gatus ex cauſa donationis,& volens me liberare ſoluo ex illa
cā,non tn̄ hoc expreſſe dixi,tu vero accepiſti alia intētione,vt
eſſet mutua,& tunc loquitur illa l.vt fauore liberationis trāſ-
feratur dn̄ium,& cedat ſolutum,& ſic liberor.Interdum non
ſum tibi obligatus,& ſoluo,vt nūc faciam donationē,& tūc,
quia non agitur deliberatione,loquitur iſta l.vt nec perficiat̄
donatio,nec trāſferatur dn̄ium. Sed ponamus, ꝙ ego putabā
me fore obligatū ex cā donationis,cū non eſſem,& ſolui,cer
tè non hēt locum condictio indebiti,quia non intendebā do
nare, ſed obligationem diſſoluere.Si aūt ſciebā non ſubeſſe,
licet ſoluerim tanq̄ ex cā de p̄terito, hēt locū iſta l.quia nolo
9 ex nunc donationem facere, & tu nō recipies eo aīo. ¶†Sed
q̄ro, hic loquitur qn̄ diſſentimus in ſpecie ɔ̄ctus, quo caſu, li-
cet conſentiamus in tranſlatione dn̄ij, non transfertur, qd ſi
econuerſo cōſentimus in ſpecie ɔ̄ctus. tn̄ diſſentimus in trāſ-
latione dn̄ij. Reſpon. aut fuit error in tradente,quia putabat
me dn̄m,cum non eſſem, & tradidit rē tanq̄ meam,& ſic nō
habuit animum transferendi dn̄ium,& non transfertur,vt in
l.3.§.ſubtilis.de condi. ob cau. Aut.fuit error in recipiente,qa
tradens erat dn̄s,& ſciebat ſe dn̄ium,ſed recipiens credebat eū
non eſſe dn̄m, tunc hoc non obſtante dn̄ium transfertur, vt
ſ.de iur.& fac.igno.l.reg.pla.§.qui ignorauit, vbi caſus, & qd̄
10 habetur in l.2.§.ſi ſub condi.j.pro empt.¶†Item quid ſi erra-
tur,& diſſentitur in titulo actionis, quia ego credo actionem
non naſci,quia contraxi tecum tanquam cum ſeruo.cum eſ-
ſes liber, tu vero ſciebas te eſſe liberū, & ſic ꝙ naſci poterat.
reſpondeo, ꝙ iſte diſſenſus non impediat actionem naſci,vt
j.commo.ſi is qui.§.ſi libero homini.

LEX XIX.

1 *Numeratio non obligat, niſi quatenus eſt de intentione numerantis.*
2 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*
3 *Caſus in quibus donatio cauſa mortis reuocatur ipſo iure abſque expreſſa reuocatione.*
4 *Vltima voluntas facta infirmitate,de qua quis credebat mori,non reuocatur per reconualeſcentiam.*
5 *Donatio cauſa mortis ſi ſit abſenti, dicitur vltima voluntas, nec reuocatur per reconualeſcentiam donantis.*
6 *Datum ob cauſam de futuro ſicut non poteſt repeti, ſi cauſa fuit ſecuta,ita ſi nondum eſt ſecuta,& poteſt ſequi,niſi recipiens fuit in mora implendi, & tradens re integra poteſt penitere.*
7 *Quando certum eſt, factum promiſſum intra tempus fieri non poſſe,commiſſa eſt pena mero iure, ſed non poteſt exigi niſi toto tempore elapſo, & quid in intereſſe particulari.*
8 *Si tūc nō ſit promiſſa pena.cōmittitur obligatio ad intereſſe elapſo toto tpe.*
9 *Si lapſum eſt tantum de anno, quòd habens eccleſiam parochialem non poteſt intra annum facere ſe promoueri ad ſacerdotium, non priuatur ipſo iure eccleſia ante lapſum anni.*
10 *Quid in matre, quæ debet priuari ſuceſſione filii, ſi intra annū nō aſſumpſit tutelā,vel nō fecit tutorem dari,& intra lapſum anni moriatur filius.*
11 *Si nolo agere ad factum intra certum tempus promiſſum, vel ad penam, ſeu intereſſe, non tamen competit mihi condictio ob cauſam ad repetendum,quod dedi,tanquam cauſa non impleta,niſi poſt lapſum temporis.*
12 *Si do tibi ſeruum meum, vt ipſum manumittas intra annum, tunc ſi eum non manumittis, elapſo anno efficitur liber ipſo iure.*
13 *Sed ſi pecuniā tibi dedero,vt ſeruū tuū intra mēſem manumittas,et nō manumittis,non efficitur liber, ſed poſſum agere ad pecuniam elapſo mēſe.*

1 NOn omnis. ¶†Numeratio nō obligat,niſi
quatenus eſt de intentione nu
merantis.h.d. vſq; ad §.ſi pupillus,& exemplificat
2 duob. modis, & ſp allegatur iſta l.†ꝙ actus agētiū
non operant̄ vltra intētionē eorū,& ꝙ ēt obligatio,q̄ reɔ̄hi-
tur,requirat cōſenſum,& vltra intentionē ɔ̄hentium n̄ ɔ̄hit̄.
3 ¶No.ex primo exemplo duos caſus,quibus reuocat̄ donatio
cauſa mort. ipſo iure abſq; expreſſa reuocatione.l.ſi donator
conualuit. hoc tn̄ procedit, qn̄ conſtitutus in infirmitate de
qua credebat mori,donauit, vt j.de do.inter.vir.& vxo.l.ſi is.
in verbo.[ſuſpicione mortis &c.] ſed pōt fieri etiam ab illo,q
non eſt conſtitutus, & tunc non hēt locum, quod hic dr̄. Nā
ſi poſtea infirmaretur,& reconualeſceret, non propterea re-
uocatur,quia non propterea cā ceſſat, per quam donauit.cū
non pp illam infirmitatem donauerit,ſed pp mortem,quam
ſciebat euitare non poſſe, & iſta cā adhuc ſubeſt. Si tn̄ erat in
alio inſtanti periculo, quia intendebat nauigare, vel ingredi
prælium, & pp hoc donauit, poſtea mutauit propoſitum, &
non nauigauit,& nō intrauit prælium, tunc eo ipſo vr̄ reuo-
4 cata donatio arg.hic iuncta.l.j.cum ſeq.j.de don.cā mor.†Vl-
tima vero voluntas facta in infirmitate,de quā quis credebat
mori,non reuocatur, licet reconualeſcat,vt eſt tex.no.ibi per
Bal. C.de poſt.hære.inſti.l.fi. & ibi tetigi & per Cy.in l.fi. C.de
5 don.cā mor.†ſed donatio cā mortis non eſt ſimplr̄ vlt.volun
a tas,qn̄ ſit præſenti, & acceptanti,[a] ſi autem abſenti,ſecus.vt l.
cum pr̄.§.donationis.de leg.3.& tunc dicemus idem, quod in
6 mera vlt.voluntate,vt non reuocetur.tene menti.¶†Ex ſcđo
exemplo.no.dum dicit in princ.[quandiu in pendenti eſſet,]
ꝙ datum ob cām de futuro ſicut non p̄t repeti,ſi cā fuit ſecu
ta,ita ſi nondum eſt ſecuta, p̄t tn̄ ſequi, quod eſt verum,niſi
recipiens fuit in mora implendi vt j. ſubiicitur in fi.l.ſi tradēs
penituerat,vt in l.3.§.j.j.de condi. ob cauſam,quæ pœnitētia
locum habet reintegra, non aliter, vt in l.ſi pecuniam.eo.tit.
7 ¶†In glo.quæ incipit[.i.effectus ibi,item, quod in tres]in hac
q̄ōne aduertēdum eſt ad tres caſus, nam interdum promittis
mihi facere domum intra annum,& ſi non feceris,promittis
pœnam,& ſi tranſactum eſt tn̄ de anno,ꝙ facere non poſſis
quæritur,an ſit commiſſa pena,& eā petere poſſim,& hic eſt
caſus in l.ſi ſtipulatus ſim mihi a Proculo. de ver.obl.ꝙ eſt cō
miſſa mero iure, ſed non poſſum agere.quia obſtat exceptio
anteq̄ ſit lapſum totum tp̄s. Aut nō eſt promiſſa pœna,& ſic
8 ſuccedit obligatio ad intereſſe ex diſpōne legis. ¶†Quæritur.
an iſta pena legalis ſit commiſſa ante lapſum tpis, & eſt dicē
dū ꝙ non eſt commiſſa ipſo iure ad totale intereſſe, qa miti⁹
agitur cū l.q̄ cum homine. Et in hoc differt iſte caſus a p̄cedē
ti,& iſte eſt caſus in l. inſulam intra bienniū.eo.titu.& in hac
9 l.fundat̄ deciſio.c.commiſſa. in prin.de elec.in 6.†vbi hn̄s ec-
cleſiam parochialem priuatur ea ipſo iure,ſi non fecit ſe pro
moueri ad ſacerdotium intra annum, & dr̄ ibi,ꝙ licet de an-
no ſit lapſum,tn̄, ꝙ intra reſiduū non p̄t ſe facere promoue-
ri,nō ppea eſt priuatus, quia iſta eſt pœna legalis, q̄ ipſo iure
10 nō cōmittit̄ an̄ lapſum tpis. †Iſto anno habui bis conſulere[b]
b in caſu ſimili, quia mater priuatur ſucceſſione ſi intra annū
non aſſumpſit tutelam, vel non fecerit tutorem dari. Pone,
ꝙ lapſum erat tn̄ de anno, ꝙ ſm ſtilū curiæ non poterat hoc
facere, qa multæ ſolennitates requirebant̄ moritur filius in
pupillari ætate, & an̄ lapſum anni.i.intra illud reliquum tpis,
an mr̄ poterit ſibi ſuccedere?Non reperio hunc arti. bene de-
claratū,dubium ſtat in hoc,an ſit priuata eo ipſo,ꝙ laſum eſt
tn̄ tp̄s,qđ amodo aſſumere nō p̄t,licet annus nō ſit lapſus an
demum ſi elapſo? & vr̄ caſus in d.c.cōmiſſa, ꝙ demū poſt ip-
ſum lapſum. Contrariū tn̄ vr̄ p l.2.§.cōfeſtim.j.ad Tertul.qa
licet in d.c. commiſſa. non ſit priuatus antequā ſit lapſus an-
nus,venit tamen priuandus poſt ſine dubio. ſed ſi diceremus
iſtam matrem ſuccedere,iſta ſucceſſio eſſet perpetua, nec ſibi
auferret̄ poſt annū,& ſic non puniret̄ de ſua negligentia.Cō
trariū uolunt oīa iura, & no. Iſtā rōnē viuam pp quā ego in
11 iſtā partē inclino.†Si aūt vellē agere ad intereſſe particulare,
bn̄ poſſem,ut l.ſtipulationes nō diuidunt̄.§.fi.de ver.ob. Eſt ēt
tertius caſus,quē ponit iſta gl. qn̄ non volo agere ad factum,
penā,vel intereſſe,ſed uolo repetere,qđ dedi,tanq̄ cā non im
pleta,& hoc vr̄ dicēdū idē,qđ in intereſſe totale,qa ex diſpo-
ſitione legali orit̄ mihi condō ob cau. ad repetendum, & ſic
12 non niſi poſt lapſum tpis, vt d.l.inſulam. ¶†In glo.q̄ incipit,
ſed cum lege.[in fi.dic melius ad iſtud ɔ̄rium,ꝙ interdum do
tibi ſeruum meum,vt ipſum manumittas intra annū,& tunc
ſi non manumittis, fateor ꝙ ſuccedit conſtitutio,quæ facit ip
ſum liberum ipſo iure, & ſic l. ſupplet factum tuum,& iō nō
poſſum agere condictione ob cau. poſt lapſum tpis, quia cā
eſt impleta p legē,licet nō p te,vt j.de condi.ob cau.l.ſi pecu
13 niā. in fi. §.j. †Interdum do tibi pecuniā,vt manumittas ſeruū
tuum intra menſem, & tunc ſi non manumittas, non ſucce-
dit cōſtitutio,nec efficitur liber, & iō poſt mēſem agere poſ-
ſem ad pecuniā,qa cā nō eſt impleta, & iſte eſt caſus hic in fi.

ADDITIO.

a Acceptanti. Sed ſi in donatione cauſa mortis ſint appoſita illa verba,quam quidem donationem promittit ratam, & firmam habere,& nullo vnquam tempore contrauenire.D.Iac.hic all.Ale.& Pa.in conſ.dicit,quòd talis donatio eſt irreuocabilis ei.Adde Ro.conſi.153.melius per Fran.de Are.con.74.Et inquantum ponit, an per alienationem cenſeatur reuocata donatio cauſa mortis, adde Lu.Rom.conſ.31. & conſi.269.& in quantum ponit quod vbi in donatione cauſa mortis,cum verbis de quibus ſupra eſſet iuramentum, quod putaret talem donationem irreuocabilem.confirmatur per id quod voluit Bartol.Soci.cōſi.153. vbi voluit, quod ſi notarius poteſt extendere inſtrm̄ dōnis ad ſenſum ſapientis. quod ſi in dōne eſt iurm̄,pōt ponere ſpecialem renunciationem.l.ſi vnquam.de reuo.dona.Bis conſulere. Adde,quod vnum conſilium habes in conſi.29.incip. in puncto ſupra.ſcripto fuerunt appellata, & aliud habes in conſi.319. incip.in caſu.ſuprascripto dicendum in nouis. Cur.

Con-

1 *Conſumptio reconciliat ſolutionem ad effectum agendi, ſi ad hoc fuit facta vel ad effectum liberationis, ſi ob hanc cauſam fuit ſolutum, ſiue fiat ꝑ recipientem, ſiue per alium habentem ius ab eo.*
2 *Pupillus non poteſt trãſferre dominium pecuniæ ſuæ in alterum ſine tutoris auctoritate, etiam fauore liberationis.*
3 *Ratio, quod conſumptio reconciliat ſolutionem.*
5 *Pecunia ſoluta ſi eſt perdita, nõ dicitur conſumpta, ad hoc vt recipiẽs obligetur, vel ſoluens ab eo liberetur, niſi interuenit factum recipientis, vel ſoluens eſſet pupillus.*
4 *Quid ſi in libello petit maiorem ſummam, intelligitur ẽt petere minorem.*

1 **§.Si pupillus.** ¶† Conſumptio reconciliat ſoſonẽ
ad effectum agendi, ſi ad hoc fuit fa
cta, vel ad effectum liberationis, ſi ob hanc cãm fuit ſolutũ
ſiue fiat per recipientem, ſiue per aliũ hñtem ab eo.h.d.in effe
2 ctu.¶†No.ꝙ pupillus non põt transferre dñium pecuniæ ſuæ
in alterum, ſine tutoris auctoritate, etiã fauore liberationis, ſi
erat illi obligatus, quod eſt mirandum, quia ĩ hoc ſua condõ
non vr̃ in aliquo effici deterior, ſed melior, nam illa pecunia
potuiſſet perdi, & ipſe remaneret obligatus. Vr̃ ergo ſibi vtile,
vt poſſit eam ſoluere, & liberari, & ſic amplius non ſtet ſuo
periculo, cuius ɔ̃rium hic patet manifeſte, nam nec obligare
ſe poteſt, niſi efficiatur locupletior, vt s̃.eo.l.certi cõdõ §. qñ.
3 ¶† Item nõ.ibi [non alia ratione.] quæ ſit ratio, ꝙ cõſumptio
reconciliat ſoſonem, quia facto ſoluentis cenſetur pecunia ef
fectualr̃ ad recipientem perueniſſe, poſtq̃ eam conſumpſit, &
in ſui vtilitatem.¶†Sed quid ſi perdita eſt, an dicatur conſum
4 pta, vt ſic recipiens obligetur, vel ſoluens ab eo liberetur? glo.
hic mouet iſtam.q.& Mar.tenuit, ꝙ non per iſtum text. dum
dicit, [facto eius] nam ipſe exponit eius.[ſ.recipientis,] & ſic,
vt dicatur conſumpta, requiritur factum recipientis, ſed hoc
non interuenit, ſi caſu perdita eſt, ſed ſi ipſe diſſipauit, puta,
ludendo, diceretur cõſumpta, quia factum eius interueniſſet,
licet in ſui vtilitatem non eſſet conuerſa. Azo uero tenuit ɔ̃-
rium, & exponit tex. facto eius.ſ.dantis, & ſic ſufficit, ꝙ inter-
uenit factum tradentis, vt poſtea quicquid de pecunia contin
git, dicatur conſumpta, & incipiat obligari, vel ſoluens a ſe li-
beretur.gl.tñ tenet iſtam partem, qñ pupillus ſoluit, ne ſit de-
terioris cõdõnis, q̃ ſi eſſet maior, quia ſi fuiſſet maior tranſtu-
liſſet ſtatim dñium, & illum obligaſſet, vt ſe ab illo liberaſſet,
& licet pecunia poſtea ꝑderetur, ꝑiculum eſſet recipiẽtis, nũc
vero, quia eſt pupillus, non tranſtulit dñium, & hoc eſt intro-
ductum ſui fauore, nam periculum eſſet eius, & tunc quod
eius fauore eſt inductum redundaret in damnum, & iſta de-
ciſio eſt vera hoc caſu, & ſic no lītationem ad l. pignus. C.de
pig.ac. vbi hr̃, ꝙ ſi res mea perdita, ſeu ꝑempta eſt ſine dolo,
& culpa alicuius, periculum eſt meum, qa ſp res perit ei, q eſt
dñs. Nam iſtud eſt verum, niſi reſultaret inconueniẽs, de quo
hic, quia eſſet pupillus, & pp hoc erat adhuc mea, ſed ſi fuiſſet
maior, non fuiſſet mea, quia tranſtuliſſet dñium & periculũ
non fuiſſet meũ, vt in hac gl.q̃ ſing. no. Sed ſi hoc incõueniẽs
non ſequeretur, quia eſſet maior, & tradit pecuniam alienã,
q̃ poſtea perdidiſti, ꝙ iure perditio habeatur pro conſumptio
ne, & incipias mihi teneri, vel ego a te liberer. non vr̃ conue-
niens, quia ſic locupletarer cum aliena iactura. & tu ſine cul-
pa remaneres ĩ damno, tñ gl.ord.& ẽt Doc.vñr idem dicere.j.
de cond.ind.l.ĩdebiti.§.ſed ſi nũmi.q̃ incipit.i.ſaltem aſſentire.
Dy. mihi vr̃, vñ puto tunc opi.Mar.veriorem, ꝙ tunc dicatur
conſumpta, qñ facto tuo accidit, ſiue conuertiſti in tuã vtili-
5 tatẽ, ſiue ipsã diſſipaſti. alias ſecus. ¶ †Vltimo hẽs hic in verſi.
qua pp: ꝙ non videris conſumſiſſe pecuniã, ſi eam alteri tra-
didiſti ex aliquo ɔ̃ctu. quouſq; .n. p̃t ad oculũ videri etiã ſi per
mille manꝰ tranſiuiſſet, nõ dr̃ facta cõſumptio, vt aliqua ſolu
tio reconciliata. tex. eſt hic expſſus, ſed tũc dr̃ facta, qñ non p̃t
ad oculũ demonſtrari iſtud idẽ corpꝰ ẽt ſi ſit in rerum nã, vt
quia cõmixta eſt cũ alia pecunia, vt l.ſi alieni.j.de ſol.

## LEX XX.

1 *Donatio, quæ fit ob aliquam cauſam implendam in donatarium nõ eſt proprie donatio.*
2 *Creditum quod quis facit, vt ſe liberet ab aliqua obligatione, qua tenebatur credere, ſimiliter non eſt proprie creditum.*
3 *Statuta imponentia maiorem gabellam pro donatione, quam in aliis contractib. intelliguntur de propria donatione.*
4 *Si dono tibi, vt mihi mutues eandem pecuniam, poſſum te ad hoc compellere per actionem præſcriptis verbis.*
5 *Solutio eadem poteſt parere liberationem, & obligationem in eadẽ perſona diuerſis reſpectib.*
6 *Reprehendendi ſunt, qui impropriis verbis loquuntur.*
7 *Verba quæ non poſſunt proprie intelligi, debent intelligi prout poſſunt, ẽt improprie, ad ſuſtentationem libellorum, ſeu teſtium.*
8 *Poteſt fieri translatio dominii momẽtanea, quãdo ex hoc remanet aliqua vtilitas penes illum, in quem transfertur.*
9 *Valet venditio rei facta cum pacto ꝙ emptor teneatur ſtatim cõcedere vẽditori in emphyteuſim, vel feudum.*

1 **SI tibi pecuniam.** †Donatio, q̃ fit ob
aliquã cãm implen-
dã ĩ donatarium, non eſt proprie donatio, ſed im-
2 ꝓprie.†Itẽ creditum, quod qs facit, vt ſe liberet ab
aliqua obligatione, qua tenebatur credere, ſilr̃ nõ eſt proprie
creditum, ſed improprie.h.d.in effectu. Rõ primi dicti eſt, qa
nõ fit ob merã liberalitatem, ſed ſub ſpe remunerationis ha-
bendæ a donatario, & ſic magis dr̃ datio ob cau. quæ differt a
vera donatione, vt j.de don.l.j.circa prin. & potius dr̃ ɔ̃ctus in
noĩatus, do, vt facias, in quo hẽt locum pęnitentia re integra,
vt de don.ob cau.l.ſi pecuniam, ſed in vera numeratione, &
ſimpliciter, quæ eſt ɔ̃ctus nominatus non habet locum, vt l.
Ariſt.j.de don. ſed ſi fieret ob cãm implendã per aliũ, vel ſub
ɔdõne caſuali, poſſet dici ꝓprie donatio, cũ donatio poſſet fie
3 ri pure, & ſub cond.vt l.dona.C.de do.¶†Et no.hic ꝓ ſtatutis
imponentib. maiorem gabellam pro donatione, q̃ in aliis ɔ̃-
a ctib. nam intelliguntur de propria [a] donatione. Ratio ſecũdi
dicti, quia creditum dr̃ a credendo, & fidem habendo. vt s̃.e.
4 †ſed ſi dono tibi, vt mihi mutues eandẽ pecuniam, obligaris
ad mutuãdũ, & poſſum te compellere per actionem pręſcri-
ptis verbis, ſi ergo mutuas mihi, hic non facis principaliter, ꝙ
de me fidem habes, ſed vt te ab obl'atione liberes, & hoc vult
dicere iſte tex.[exoluendi cauſa.] Et no. ex hoc, ꝙ eadem libe-
ratio parit liberationem quo ad te, & obl'onem quo ad me,
quia ex tali mutuo, obligor ad reſtituendum, & tu liberaris
5 ab actione præſcriptis verbis.† poteſt tamen etiam eadem ſo
lutio parere liberationem, & obl'onem in eadem perſona di-
uerſis tñ reſpectib. vt in l.in numerationib. in fi.j. de ſol. non
eodem reſpũ. vt l.ſi decem.e.ti.& j.de cond.inde.cum his. §. 1.
6 ¶†Item no.hic.in prin.ꝙ reprehendendi, ſunt q impropriis
7 verbis loquntur. ¶ †Item in fi.not.ꝙ verba quæ non poſſunt
proprie intelligi, debent intelligi prout poſſunt etiam impro
b prie[b] facit j.ti.prox.l.ſed & ſi poſſeſ.§. ꝙ ſi in rerum, quod fa-
cit ad ſuſtentationẽ libellorum, vt ibi no.per Doc.& etiam te-
ſtiũ, vt no.ĩ l. ſtip'lo iſta. §.ei qui.j.de ver.ob.per gl.¶†No.etiã
8 hic, ꝙ poteſt fieri translatio dominii momẽtanea, qñ ex hoc
remanet aliqua vtilitas penes illum, in quem transfertur, vt ſi
tibi dono, ut ſtatim eandem pecuniam mihi mutues, nã do-
miniũ momento ſtat penes te, & transfertur in me, tñ rema-
net tibi vtilitas. ſ. actio ex mutuo ad repetendum, quod non
eſſet, ſi translatio illa facta non fuiſſet. ſecus ſi nulla vtilitas re
maneret, tunc.n. non poteſt ſic fieri, vt duret momento, imò
9 pro non facta habetur, vt l.qui ſic.j.de ſol. ¶†Vltimo allega-
tur iſta lex, ꝙ valet vẽditio rei facta cũ hoc pacto, ꝙ emptor
teneatur ſtatim ɔcedere uẽditori in emphyteuſim, uel fundũ.

ADDITIONES.

a ¶ Propria. Vnde de donatione remuneratoria, non eſſet ſoluenda gabella, ſecundum ea quæ traduntur in iuribus, proxima l.alle.per Doc.& per Lud. conſ.96.
b ¶ Improprie. D.Iaſ.hic multa dicit, quid in contractibus, quid in vltimis voluntatib. quid in teſte, quid in libellis, quid in ſententia. de primo vide Alexan. conſi. 41.4.lib. de ſecundo, eundem conſi.48, & Ful.conſ.17.Ro.conſ.56. de tertio per Lu.Ro.conſi.226. quid in Lud.conſi.14. quid in conſuetudine per Soci. conſi. in ci. licet nulla conſtitutio, & an vera principis improprientur, per eundem conſil. in cauſa qua quæritur.

## LEX XXI.

1 *Creditor tenetur partem debiti confeſſatam, & oblatam recipere, & de reliqua parte poteſt litigare.*
2 *Solutio particularis non admittitur creditore inuito, quando totum debitũ eſt liquidum, & quando admittatur.*
3 *Quid ſi in libello petit maiorem ſummã, intelligitur etiam petere minorẽ.*
4 *Reus ſub iuramento interrogatus ſi negat ſe teneri ad decem petita, cum re vera teneatur ad quinque, non eſt periurus.*
5 *Iudex actorem nolentem recipere partem debiti confeſſatã, ſed potius litigare, non audiet ſed reum abſoluet ab obſeruatione iudicii, & pecuniã oblatã deponet in loco tuto periculo actoris tanquam moroſi.*
6 *Iudex quando poſſit compellere partem ad compromittendum.*
7 *Si peto a te x. & confiteris ad quinque, quæ offero me paratum recipere, & de aliis quinque litigare, teneris ſoluere illa v. licet nolim te liberare aliis v. alias es in mora.*
8 *Si tunc non offero me paratum recipere illa quinque confeſſata, non es in mora, licet non offers ea ſoluere.*
9 *Si in libello narro te mihi tenere in decem, de quib. peto quinque, ſaluo mihi iure in aliis quinque, quandocunq; petere voluero, compellet me iudex totum ſimul petere.*
10 *Libellus tamen admitteretur ſi diuerſa debita, & de vno vellem litigare, vel ſi eſſet vnum debitum de plurib. reb. diuerſis, vel ſi non opponeres.*
11 *Vbi poteſt peti pars debiti, non debet peti tanquam promiſſa, vel principaliter debita, ſed tanquam de maiori ſumma.*

1 **QVidam.** ¶†Creditor tenet̃, vel compellit̃ par
tem debiti cõfeſſatã, & oblatã recipe
re, & de reliqua parte põt litigare.h.d.† & ſp allega
tur, ꝙ qñ debitũ eſt ꝓ parte liquidum, & propar
te non liquidum, admttit̃ particularis ſolutio de parte liqda,
ſecus ſi totum eſt liqdum, qa nõ admittit̃ nolẽte creditore, ut
l.tutor.§. Lucius j. de vſur. cum particularis ſol. multum affe-

rat

3 rat ī commodum,vt l.plane.fam.erc.¶†In tex.ibi,[& reliqua
proſequi.]ſ.non confeſſata, nec oblata , & quia in fi.determi-
nat ꝯrium patet hic,ꝙ q petit decem, cenſet̄ petere quinq;,al̄s
virtute eiuſdem libelli non poſſet proſequi litem , cuius ꝯriū
hic dr̄,ſed debet dare libellū de nouo,& ex hoc ſequitur,ꝙ ſi
probat de quinq;,debet reus condemnari , & in reliquis non
probatis abſolui,quod nō eſſet,ſi videretur quinq; petiiſſe, &
4 ita no.Cy.in l.j.C.de lit. cōt. ¶ † Ex hoc ēt patet, ꝙ ſi reus ſub
iurō īterrogatus,negat ſe teneri ad decem petita,cum re vera
a teneatur ad quinque,non eſt periurus, [a] quia negando decē,
cenſetur negare de qualibet parte ipſius quantitatis,de hoc ꝑ
Bar.in l.j.§.ſi ſtipulanti.de verb.ob. & no.in l.ſi is qui ducenta.
§.vtrum.de reb.dub.patet etiam,ꝙ ſi reus fuit abſolutus in de
cē,non poterit actor iterum agere ad quinque ex eadem cā,
quia cenſetur a quinq;,vel a qualibet parte de decē eſſe abſo-
5 lutus,vt l.ſi quis cum totum.ꝟ.de exceptio.rei iud.¶†In tex.in
fi.ibi lites dirimere,ex hoc patet, ꝙ iudex actorem nolentem
recipere quinque,ſed potius litigare non audiet , ſed reum ab
ſoluet ab obſcuratione iudicii , & pecuniam oblatam depo-
net in loco tuto,vt s̄.de proc.l.ſi reus.quæ eſt no.ad hoc.& In-
ſti.de perpe.& tempo.ac.§.fi.& periculum pecuniæ pertinebit
ad actorem tanq̄ moroſum,vt in prin.glo.magnæ.& l.qui de-
6 cem.in prin.ꝟ.de ſol.facit iſte tex.† ꝙ iudex poſſet compellere
b partes ad compromittendū, [b] qn̄ vr̄,ꝙ per viam iudicii,vel ſen
tentiæ non poſſit bene ſedari diſcordia inter partes, & ſit ori-
turum inter eas ſcandalum prout frequenter contingit,argu.
in l.æquiſſimum.in prin.s̄.de vſufru.alias ſecus,& ita debet in
telligi.quod no.Bar.de in fa.l.fur.§.qui iuſſu,& Bal.C.de ſent.l.
ex ſtipulatione, qui dicunt iudicem non poſſe compellere ad
compromittendum,licet ſecus ſit ad pacem faciēdam, ne ve-
niant ad arma.Princeps vero qui non habet ſuperiorem, bn̄
compellit interdum partes inuitas ad compromittendum,vt
c.cum inter R.ſeniorem.de ele.& valent ſtatuta,quæ compel
lunt ad compromittendum tanq̄ concernentia publicam vti
litatem,vt no.Bal.in proœmio ſuo in prima conſt.C.dic ergo
pro ſol.huius arti.ꝙ aut ſunt plura debita diuerſa, & tunc ēt
ſi debitor confitetur omnia liquida,poteſt vnum ſoluere, &
ſi creditor recuſat recipere,conſtituitur in mora , & periculū
ad ipſum pertinet , nec audietur volens ſuper illa litigare , &
iſte eſt caſus ꝟ.quib.mod.pig.vel hyp.ſol.l.fi.tn̄ ſi vnum debitū
c ſit prīcipale,puta,ſortis,& aliud acceſſoriū,puta,vſura. [c] vt l.j.
C.de ſol.vbi hoc probatur, aut eſt vnicum debitum , & tunc
aut pro parte confeſſatum, & pro parte negatum , & loq̄tur
iſta l.aut in totum confeſſatum, & non admittitur particula-
ris ſol.inuito creditore,& ſic non conſtitueretur in mora,vt s̄.
dixi.Fallit in quibuſdam caſibus hic no.in gl.Adde alium ſin
gularem,quem Doc. hic non tangunt,ſi debitor dediſſet du-
os fideiuſſores , quorum quilibet ſe obligaſſet ad partem de-
biti,ad quod inſolidum ipſe tenebatur, nam ſi vult vnum tn̄
liberare,pōt ſoluere partem pro illo , & liberat illum ēt inui-
to creditore,& hoc hr̄ ꝟ.de ſol.l.in his.§.qui duos.circa prin.ti.
7 & vide quod ibi quærit̄ in gl.per Doc.¶†Sed quæro hic extra
gl & Doc.ſi peto 10.& confiteris de v. ego offero me paratū
illa 5.recipere,& de aliis 5. litigare,tu vero non vis illa 5.ſol-
uere,niſi liberem te ab aliis 5.& ſic ecōuerſo ad iſtam l. quid
iuris?Rn̄deo teneris ſoluere?poſtq̄ offero me paratum recipe
8 re,alias es in mora.in l.qui inſolidū.ī prin.de le.2.ſed†ſi nō of
fero me paratum,licet tu non offeras ſoluere , non es in mo-
ra,poſito ꝙ cōfiteris de 5.quia poſtq̄ peto decem,non eſt veri
ſimile,ꝙ velim recipere quinque.iō non imputat̄ tibi, ſi non
offeras 5.ita ſingulariter ibi no.Bar.per l.in fideic.ꝟ. de vſuca.
9 in prin. ¶ † Vltimo, quid ſi in libello narro te teneri mihi in
decē,de quib.peto quinq; ſaluo mihi iure in aliis quinq;. qn̄-
cunq; petere voluero,tu dicis,ꝙ debeo totum petere,alias nō
debeo audiri,ne per diuerſa iudicia detraham,quæ erunt par
tes iudicis?dicit Gul. de Cu. ꝙ cōpellet me totū petere ſimul,
10 ar.ꝟ.de exer.l.ne plures,quod eſt verum in vno debito.† Sed ſi
eſſent plura diuerſa,poſſem de vno litigare,& idē ſi eſſet vnū
debitum de plurib.rebus diuerſis,vt ꝟ.commo l.in commoda
to.§.duab.Item ſi tu nō opponeres,admitteretur libellus meꝰ
vt patet in l.ſi ex toto.§.i.de leg.j.vbi poteſt peti pars debiti:qđ
faciunt cauti procuratores,quia de magna ſumma petūt mo
dicum quid, vt videatur ſi teſtes quos habent recte deponūt,
11 nolentes totā ſummā in periculo ponere.†Aduertendū tn̄,ꝙ
non dēt petere quinq; tāquā promiſſa,vel principaliter debi-
ta,ſed tanquam de maiori ſumma,qđ dic plene per Bar. in l.
ſcire debemus,de ver.ob.vbi examinat hunc paſſum.

ADDITIONES.

a ¶Periurus.Et ꝙ non ſit periurus,adde Ale.de Imo.in conſi.183. col.2. in fin.5.
volu.Cur.

¶ Et ꝙ poſſit negari totū ratione partis falſæ,adde tu. D.Pet.Phy.Corneum.in
conſi.27.nu.2 parte.I.T.

b ¶Compromittendum.Adde Lud.Ro.conſi.16.Abb.conſ.40.

c ¶Vſurum.Raprobatur per nouiſ.hic, & in materia huius l.vide Ro.not.ſuis.

LEX XXII.

1 *Aeſtimatio rei,vel quantitatis debitæ poſt moram,ſi decreuit condemna-
tur debitor,quatenus plus valent tempore moræ , & ſi in loco,in quo
fuit mora commiſſa plus valent,quam in loco , in quo ſoluitur,vel fer-
tur ſn̄ia,debet condemnari in illo pluri,& quid de tempore cōſtituo.*

2 *Argumentum.de tempore ad locum, & econuerſo eſt bonum.*

3 *Quæ fiunt coram iudice,poſſunt dici fieri per ipſum.*

4 *Fideiuſſor cenſetur fideiubere in omnem caſum.*

5 *Practica huius legis,remiſ.*

6 *In contractib.bon.fi. veniunt fructus a tempore moræ.idem in cōtractib.
ſtricti iuris habentibus inſtar bon.fi.*

7 *In ꝯtib.ſtricti iuris nō hn̄tib.inſtar bon.fi.veniunt fructꝰ a tpe litis cōte.*

8 *Aeſtimatio vini,vel alterius rei debitæ,ſi ante moram decreſcat,tunc dete
rioratio pertinet ad creditorem.*

9 *Mora quando committatur.& nu.10.*

11 *Venditor ſoluto ſibi pretio dicitur in mora,ne lucretur fructus , & an te-
neatur de interitu.*

VInum quod. ¶Aeſtimatio rei debitæ inci
pit creſcere a die moræ,& hr̄
conſideratio loci.h.d.ſm Iac.But.& Bar.iſtud ſum-
marium non placet, & prima pars hr̄et locum , ſi
poſt moram hic accreuiſſet æſtimatio, tn̄ eſt verum,ꝙ poteſt
hil fuit dictũ. Ideo ſtipulatio vſurarum remanet priſtina for-
ma non alterata per pactum,ut committatur pro tota ſorte,
ſi non ſoluam in proximis calendis.25.dieb.quib. poſtea ceſ-
10 ſaret.†Secunda ratio eſt, quia illud pactum fuit nudum ſine
ſtipulatione , & pacta nuda ſolent eſſe debilis naturæ , quod
paret,quia non ſufficiunt ad pariendum actionem,ſed exce-
ptionem tantum.vt d.§.quinimmo , igitur per tale pactũ ſti-
pulatio vſurarũ non nocet alteri , quæ de ſe eſt fortis,& vali-
da.Et ex hoc infert arguens,ꝙ tranſacto numero omniũ mẽ
ſium,ſtipl'o uſurarũ cõmiſſa eſt retro nõ ꝓ tota ſorte, ſed ſo-
lum in trecẽtis ratione vltimi pacti.quia poteſt fieri ꝑ pactũ
expreſſe quòd ſecuta mora committat̃ ſtipulatio retro,& ꝓ
parte ante moram,& hoc vſq; ad §.ſed cum ſortis. ¶In text.
[ſed cum ſortis.]hic ponitur reſponſio Pau.ad dictas duas ra
tiones,& ad primam dum dicitur , ꝙ pactum appoſitum ſu-
ꝑ una re nõ extendit̃ ad aliã rẽ diuerſam.Fateor,qñ eſt æquè
principalis,ſed ſi eſt acceſſoria, extẽdit̃ virtute cuiuſdam con
ſequẽtiæ.cum acceſſorium reguletur a principali.ſed hæc ſti-
pl'o ſortis eſt principalis , & ſtipulatio vſurarum acceſſoria,
& non venit committenda propter moram commiſſam in
ſorte,ſed ꝑꝑ pactum ultimo loco factum, quo fuit proroga-
tus terminus reo,nõ abſorbendo in primo termino totã ſor-
tẽ,ſed trecẽtorum tñ,ergo pro illis tñ fuit commiſſa ſtipula-
tio vſurarum, & non vltra . ¶Itẽ ad ſecundam , vbi dr̃,ꝙ pa
ctum nudum non prodeſt niſi ad inducẽdum exceptionem,
certe hoc non eſt verum ĩ caſu noſtro , immo inducit aliud.
ita innuit Iuriſcon.licet non declaret quid,ſed gl. & Doct.in-
nuũt,ꝙ etiam inducat ſtipulationem,q̃a veſtitur a ſtipulatio
ne, & informat ẽt actionem ex ſtipulatione. ſed non placet,
vt ſ.dixi.dic ergo,ꝙ inducit,ꝙ debitor non tenet̃ ſoluere,niſi
trecẽta quolibet mẽſe ; & ad illa tñ cõmittitur ſtipl'o ſortis,
& non vltra.ſed ſi allegatio illorum ꝓcederet,cõmitteret̃ ad
totã ſortẽ , ſed ope exceptionis eẽt tutus,nec vltra trecenta
teneret̃ ſoluere,ꝙ non eſt verũ.Et iſtud eſt magni effectus,q̃a
ſi ope exceptionis tñ eſſet tutus haberet neceſſe exceptionẽ
opponere,alias ꝯdẽnaret̃,ẽt ſi iudici eẽt notum ipſum habe-
re talẽ exceptionẽ,non ſic ſi eſt tutus ipſo iure , vt no.ꝑ gl.in
l.ſi unus,§.pactus.ſ.de pac.In gl.in opponẽdo, & poſito,ꝙ eſ-
ſet verũ dictũ illorũ,ꝙ non ipſo iure, ſed tñ ope exceptionis
eſſet tutus,adhuc eẽt vera deciſio Pau.ꝙ ſtipulatio vſurarum
ſaltẽ ipſo iure committet̃, q̃a tutus exceptione non eſt ĩ mo-
ra,ſi non ſoluit , & ſtipulatio vſurarum nõ committitur niſi
11 exiſtẽte mora & h.d.Pau.vſq; ibi.[ſed ſi quantitatem.]†Et ſic
no.ex iſta parte,ꝙ pactum appoſitum ſuꝑ ſorte extẽditur ad
acceſſoria,vt uſuras,& ẽt pignora,vt hic,& ĩ.qui.mo.pig. vel
hypo.ſol.§.ſi paciſcatur.an aũt extẽdatur ad fideiuſſores , ut
dilatio data principali,proſit fideiuſſori? vide ꝑ Gul. de Cun.
C.qñ impꝑa.inter pupil.& vidu.l.vnica. & ꝑ Cyn. in l.quoties.
12 C.de p̃c.impe.offe.¶†Sed quæro,quid ſi vſuræ non debeban-
tur propter moram , ſed mutuaui tibi centum,& promiſiſti
mihi vſuras quolibet menſe,quouſq; ſors erit penes te,nã ẽt
ſi non es in mora,teneris ad uſuras, ſemper prorogauiſti ter-
minum,quia forte fuit actum,vt teneres per decennium, an
poſtea teneris ex prorogatione,vt debeas ſoluere vſuras?gloſ
ſa ordina. in l.non ſolum.la 2.in §.j.de lib.leg. videtur deter-
minare,ꝙ non ſit terminus prorogatus in vltima voluntate,
vt ſic aliquam vtilitatẽ ſentias ex ea,ſecus inter viuos,quia cẽ
c ſetur facta prorogatio cum ſuis qualitatibus.[c] ꝑ ea,quæ nota.
Inn.in c.præterea.de app.tene mẽti illam gl.& co.modo ſi ꝓ-
miſiſti ſoluere intra certum terminum,alias eo lapſo promi
ſiſti vſuras,ut hic fuit,& ego prorogo tibi poſtea hinc ad an-
num,clarum eſt,ꝙ per caſum primi termini non es in mora
ꝑꝑ prorogationem,& ſic non teneris ad uſuras, vt hic eſt ca-
ſus.Sed ſi labatur ſecundus terminus,& ſic incipias eẽ in mo
ra,an tenearis ad vſuras?vr̃,ꝙ non,q̃a non fuit actum,& pro
hoc l.cum plures.§.lege.ĩ.loca.in prin.dic ꝯ̃ per hunc text.q̃a
non ſoluitur in terminis prorogatis, licet de illis nihil fuit ex
preſſe actum,nihilominus committitur ſtipulatio pro quan-
titate,quæ veniebat ſoluenda in illis,per id,quod no. Inno.in
d.c.præterea.& Bar.in l.j.§.& poſt.de operis nou.nunc. ad qđ
etiam optime facit.l.Celſus.§.j.ſ.de arb.& adde, quæ not. per
Bal.C.de vſu.l.actum.in 7.q.l.fi.ĩ.de contrahẽ.emp.in 9.col.&
C.de his,quæ pœnæ no.in l.vnica.in j.& 10. q. de ar.in l.fina.
Bar.in l.multa.de ꝯd.& dem.¶In tex.ibi,[ſed quantitatẽ.]hic
Pau. rñdet ad vnum , quod dixit aduocatus alterius partis ibi
[atque ſi nominatim eſſet expreſſum,videlicet, ꝙ commiſſa
mora põt ſtipulatio uſurarum cõmitti , etiam pro tempore
præcedente moram,nam hoc eſſet verum , qñ eſſet expreſſe
actum,vt ſi promitteres ſoluere hic ad annum , quod ſi non
faceres,ꝓmitteres x.pro vſuris ſingulis mẽſib.ex nũc, & ex tẽ
pore

ADDITIONES.

a ¶Promiſit.De hoc verbo an importet ſtipulationem,poſui in apoſtillis ad Barb.
& ad Alex. ſed quid ſi reperitur ſcriptum tale verbum in lib.mercatoris an im
porte ſtipulationem, vide per Bar.Soc.conſi.incip.D.labia mea aperiat, diffi-
cultas huius quæſtionis.

b ¶Principaliter iſte §.verum eſt quidem hanc l.ad hoc communiter citari , ꝙ
pacta incontinenti appoſita contractui,etiam ſtricti iuris informãt actionem
veterem,& nouam producunt,ſed aliud principaliter dicit nempe vulgatum il
lud,quod acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.hic enim obligatio vſu
rarum ſequitur obligationem ſortis,quæ per diuerſa,& contraria pacta immu
tatur.

c ¶Qualitatib.In quantum do.Iaſ.ponit,an per prorogationem factam debitori,
per creditorem liberetur fideiuſſor eiuſdem Fulg.conſ.130.

pore præſentis contractus, nam lapſo anno fateor, ꝙ com-
mitteretur pro menſibus præteritis, licet in illis non fueris in
mora, quia ait, fuit actum expreſſe, non ſic in caſu noſtro
fuit expreſſe actum, & in dubio præſumitur actum vt com-
mittatur pro tempore ſecuturo poſt moram, non pro tem
pore ante moram. Et ſic not. quòd vſuræ interdum debentur
propter moram, & pro tempore moræ, & hoc in dubio præ-
ſumitur. interdum debentur propter moram, & pro tempo-
re moræ, & etiam ante morã, qñ fuit expreſſe actum, vt hic.
interdum etiam debentur nulla mora ſubſiſtente, & tunc di
cuntur deberi propter ſtipulationem, vt ſi non curo habere
ſortem, immo patiendo, ꝙ ſit apud te, ſoluis mihi vſuras, nã
non es in mora, & tamen ad vſuras teneris. Facit, quod no. ſ.
eod. l. qui pecuniam. immo, & quandoque teneris, poſito, ꝙ
ſortem petere non poſſum. & per conſequens nec te in mora
conſtituere. vt l. item quia. ſ. de pac. & omnes glo. huius l. qua-
ſi pẽdẽt ad declarationẽ literæ, q̃ ſatis eſt declarata, nõ inſiſtã
niſi ſuper trib. gl. quarum prima incipit, primo factæ. ¶ † Quæ
13 ritur, quia hic tex. h. d. ꝙ pacta incontinenti appoſita ſtipula-
tioni ineſſe creduntur. quid importat illud ineſſe? Quidam
dicunt, ꝙ ĩ ꝯctibus bonæfidei importat duplicẽ effectum, qa
nouã actionem parit, quæ dr̃ præſc. verb. & iſta oritur ex pa-
14 cto tanquã veſtito cohærẽtia contractus. † Informat ẽt actio
nẽ veterẽ oriẽtẽ ex ꝯctu, vt detur ẽt ad id, quod deuenit in pa
cto, ſed in ꝯctib. ſtricti iuris, ſolam nouam actionem produ-
cit, non aũt informat veterẽ, qa cũ ſit ſtricti iuris, non põt ex-
tendi vltra id, quod euenit in ſtipulatione, vt l. qcquid aſtrin-
gendæ. de verb. obl. gloſ. tenet ꝯrium, ꝙ etiam tunc informat
veterem, quaſi pactum ſit pars ſtipulationis, adeo, ꝙ quicqd
continetur in pacto, cenſeatur etiã in ſtipulatione deductum
per hanc l. & per d. l. petens. & ſic vult iſta glo. & ſic intelligit,
hanc l. quia iſtud pactũ, de quo hic producit actionem no-
uã, & veterẽ ĩformat. hoc ẽt magis clare vult gl. ſuper ver. de
obligatione. ſ. quæ incipit, qñ incipiat, in fi. & ẽt iſta gl. j. ſuper
verbo (obtinuerit.) & quaſi oẽs Doc. idem tenent, ſed hoc nõ
poteſt procedere, nã iſtud habet locum, quando pactum con
tinet aliud diuerſum, q̃ continet primus ꝯctus, & quando po-
nitur pro actore, ſecus ſi continet illud idem, vel qñ ponit̃ ꝑ
reo. vt no. gl. in d. l. petẽs. ſed iſtud pactum vltimum ꝯtinebat
idẽ. ſ. ſortẽ reddi, vel ſolui, licet in terminis diuerſis, & ponit̃
pro reo, non pro actore, vt habeat longiores terminos. ergo
non dẽt actori proficere, vt actionẽ ſibi producat, aut infor-
met. arg. ſ. e. l. non omnis. Item iſtud pactũ venit ad deſtructio
nẽ ſtipulationis, inquãtũ ꝑ ipſum recedit̃ a termino in ſtipu-
latione contento, ergo nõ dẽt ab illa robur recipere, vt ab eo
veſtiat̃ ad actionẽ nouã producendã. arg. c. ex eo quod. de re-
gu. iur. nec ẽt illi robur dare, vt eã informet̃, cũ tẽdat in oppo
ſitũ, vt eam deſtruat. Preterea ſi informaret̃ actio ex ſtipula-
tione, eſſet dicere, ꝙ actio ex ea cõpetens daret̃, vt ſoluatur ĩ
proximis Calendis tota ſors, & ẽt, vt non ſoluat̃ tota, ſed ſin-
15 gulis mẽſib trecẽta, & iſta ſunt ꝯtraria. † Dic ergo, ꝙ in caſu
huius l. nec actionem nouam producit, nec veterẽ informat,
ſed informat ſtipulationẽ, ut cenſeatur facta, ſecundũ termi-
nos appoſitos in pacto. & h. d. expreſſe Pau. in §. ibi perinde
eſt, acſi per ſingulos menſes certam pecuniã, puta trecenta ſti
16 pulat̃ &c. ¶ † Sed tunc quærit̃, quare Iuriſconſultus fecit vim
in hoc, ꝙ iſtud pactũ fuit appoſitũ incontinenti, nam ẽt ſi ex
interuallo, haberet locum, quod hic dr̃, vt ſtipulatio vſurarũ
pro tota ſorte non committatur ex lapſu primi termini, poſt
quam ab illo fuit receſſum per pactum, nam licet iſte receſſꝰ
fiat ope exceptionis, tñ excuſat a mora, & ſic ab vſuris. vt pa-
tet in §. ſed cũ ſortis, in fi. rñdeo, & dico, ꝙ qñ incõtinenti, tũc
ipſo iure videt̃ receſſum a termino ſtipulõnis, ſed qñ ex inter
uallo, tunc ope exceptionis. Item primo caſu operatur duo
ſ. ꝙ ſtipulatio ſortis cenſetur facta de ſoluendis trecentis quo
libet menſe, ſm ea quæ no. in l. ita ſtipulatus. de ver. oblig. ſed
qñ ex interuallo, ſtatim lapſo termino ſtipulationis, oritur
actio ad totã ſortẽ. Sed obſtat exceptio ſi petant̃ trecenta ſin
gulis menſibus, & iſtud eſt vtile, propter id quod dicam in gl.
ſeq. Item in primo caſu, qñ incõtinenti cenſetur repetita ſti-
pulatio vſurarum ſingulis menſib. licet de ipſa nulla fuit facta
mentio in tertio pacto, ſed videatur promiſiſſe vſuras ad rõ-
nẽ vnius pro cẽtenario ſingulis mẽſib. pro ſorte ſoluenda, &
ſic trecentis. & hoc expreſſe vult tex. in d. §. dicebã, ibi dũ dicit
ſi tardius ſoluta eſſet, vſuras adiecisſet, nõ ſic qñ ex ĩteruallo
cẽſet̃ facta repetitio, & iõ trãſacto termino ſtipulationis, nec
eſt cõmiſſa ſtiplõ vſurarũ ꝑ tota ſorte, poſtq̃ ab illo fuit receſ
ſum ꝑ pactũ, nec poſtea cõmittit̃ ꝑ ſingulis menſib. poſtq̃ nõ
cenſeat̃ facta repetitio. arg. l. cũ plures. §. j. in fi. ſ. loca. & de pt.
ſtip. l. j. nec ob. l. Celſus. §. j. de arb. qa reus fuit excuſatus ex iu-
ſta cã impedimenti a ſoluendo in termino, vnde iſta excuſa
tio nõ extendit̃ ad pœnã, quominus cõmittat̃, ſi poſtea nõ ſol
uat̃, qa nõ eſt, ꝙ creditori imputet̃, ſed hic excuſat̃ virtute pa
cti, vñ nõ ẽ, ꝙ ĩputet̃, quare ſtiplõnẽ vſurarũ nõ repetiit, & ſm
iſtam diſtinctionem videtur intelligendum id, quod ſupra
dixi allegando Inn. in d. c. præterea de ap. per Bart. in l. i. §. &
poſt operis. ſ. de ope. no. nun. & iſtud videtur mihi verum in
puncto iuris, & eſt ſubtile, & ſpeculatiuum, ſalua tamen de-
terminatione melius ſentientis. ¶ Quid autem iuris ſit, quan-
do pactum contineret aliud diuerſum, & apponeretur pro
ſtipulatore. gl. quæ eſt ſ. ſuper verbo [tractatum *niſi*.] hoc tan
git, ſed non intendo hoc examinare, quia multi ſuper hoc
ſubtilizant, dic, vt l. petens, quæ non contradicit in aliquo in-
tellectu, quem dixi. ſ. vt loquat̃ in alio caſu. ¶ Super gloſ. quæ
incipit intra menſem. No. ꝙ format tres quæſtiones, duæ pri-
mæ ſunt, qñ pactum appoſitũ iuxta ſtipulationẽ ꝯtinet illud
idẽ, quod ſtipulatio, in diuerſa tñ forma ſicut loquit̃ text. in
alio tñ differt qa tex. loquit̃, qñ diuerſitas formæ non diuerſi
ficat ſubſtantiam obligationis, ſed eius executionẽ. rõnẽ not.
gl. qñ diuerſificat ſubſtantiam, quia alia ſtipulatio pura, alia
ꝯditionalis, vel ĩ diẽ, vt patet in l. j. §. ſi quis ſimpliciter. de ver.
obl. & in iſtis duab. quæſtionib. pactum nõ tendit ad informã
17 dum ſtipulationẽ, ſed ad reformãdum ꝓut in lr̃a. † Tertia ve-
ro quæſtio gl. loquitur, qñ cõtinet aliud penitus diuerſum, &
tunc tendit ad formandũ. quo caſu loquunt̃ oĩa alia iura in
ti. de pac. ſ. in l. iuriſgentiũ. §. quinimmo. C. e. ti. l. in bonefidei.
& l. petens. in j. q. gl. ſi fui ſtipulatus a te decẽ pure, & poſtea ad
ditur ꝑ pactum, ꝙ non debeam petere niſi adueniente cõdi-
tione. gl. dicit, ꝙ ſiue fiat incõtinẽti, ſiue ex interuallo, præiu-
dico mihi, quia non potero petere, cũ habeas exceptionem
ex pacto, & ſic nõ vr̃ facere dr̃iam, an incontinẽti, an ex ĩter-
uallo. Bar. dicit, qꝰ iſta dr̃ia in hoc, quia qñ incontinenti ineſt,
iſtud importat, ut iudex ẽt re nõ opponente exceptionẽ poſ-
ſit ſupplere, ꝙ te abſoluat, ſed nec cõdẽnabit ſimpliciter, ſed ꝯ
dẽnabit ad dandum adueniente cõditione, vel die, & hãc pra
cticã ponit Inno. in c. paſto. de excep. & in c. i. de plus peti. ſed
qñ ex interuallo, non ſuppleret iudex de facto te nõ opponẽ
te, imo te ſimpl̃r ꝯdẽnaret per gl. quæ eſt in l. vnus. §. pactus.
quæ incipit opponendo. ff. de pac. Sed ſi tu exciperes, abſolue
ret te ſimpl̃r, quia male ago ante ꝯditionis euentum, & ita ĩ-
quit l. exceptionẽ. C. de ꝓba. & l. eum qui ita. de verb. obl. Nũc
intelligis, quid eſt dicere, pacta incõtinenti appoſita ĩ fauorẽ
rei ineſſe ꝯctui, tu qui nũquã intellexiſti. D. Raph. circa dicta
Bar. multa verba effundit, nec ſtat firmus ĩ vno ꝓpoſito. ſed
aliqñ vnũ, aliqñ aliud tangit, & ſatis ꝯfuſe. Tu aduerte, ꝙ tres
ſunt paſſus examinãdi, & habebis oĩa plenius & meliꝰ, q̃ aliꝰ
loquat̃. Primꝰ eſt, an ex tali pacto reddat̃ ſtiplõ ꝯditionalis, q̃
primo erat pura, nã tunc ante euentum ꝯditionis non naſcit̃
actio, an nõ reddit̃, qa tũc naſcit̃, ſed opponet̃ exceptio, & ſu
per h. d. q aut verba pacti fuerũt ꝯcepta eo mõ, quo ꝯcipit gl.
ſ. ꝙ nõ poſſim petere niſi adueniẽte ꝯdõne, & ſic referunt̃ ad
petitionẽ, nõ ad ſubſtãtiã oblõnis, & tũc nõ reddit̃ ꝯdõnalis,
ſiue fiat incõtinẽti, ſiue ex ĩteruallo, qa appareret de mente
partiũ, ꝙ ſolã petitionẽ voluerũt differri, nõ natiuitatẽ oblõ
nis, & ad hoc l. obligationũ fere. §. ꝯdõ. de actio. & ob. & iſto
mõ intelligo iſtã gl. dñ nõ vr̃ facere dr̃iã ĩ incõtinẽti, an ex ĩter
uallo, aut fuerunt relata ad ſubſtantiã debiti, vel oblõnis, pu-
ta, quod debeas ſub conditione, & tunc ſi incontinenti, cẽſe
tur ſtipulatio reformata, & redditur conditionalis, per iſtum
tex. & quia a prima forma pura fuit illico receſſum, vt ĩ l. pri-
ma. §. ſi quis ſimpliciter. de verbo. obliga. & propter id, quod
not. Barto. vt etiam ſentit gloſſ. in ſeq. q. Si vero ex interuallo,
tunc ſecus eſſet, & ſic remaneret pura, & ſtatim produceret
18 actionem, ſed obſtaret exceptio pacti. † Secũdus paſſus eſt, an
iudex te nõ opponente ſupplere poſſit de facto pro te, & dic
circa hoc, aut ſibi non conſtat de appoſitione condõnis, uel
dici, tanquam iudici, quia non ex productis in cauſa, & tunc
licet conſtet ſibi tanquam priuato, non poteſt ſupplere de fa-
cto, etiam ſi illud pactum fuit appoſitum incontinẽti. pone
n. ꝙ nõ interuenit ſcriptura de illo pacto, & fuit productum
inſtrumẽtum ſtipulationis pure, tamẽ nõ poteſt probare per
teſtes quaſi non fuerit examinati, certe nõ ſupplebit, qa hẽt
cognoſcere, & iudicare ſolum ex actitatis coram ſe, vt l. illici-
tas §. veritas. de offi. præſi. iuncta. l. 4. §. hoc autẽ iudiciũ. de dã.
infec. cum ibi plene no. aut conſtat ſibi tanq̃ iudici, qa ex ꝓ-
ductis in cã, & tũc aut ſibi ꝯſtat actori actionẽ nõ ꝯpetere, qđ
eſt qñ ſtipulatio erat pura a prin. & poſtea reddita eſt cõdõna
lis ꝑ pactũ incontinẽti appoſitũ, vel erat in diẽ, vñ nõ naſcit̃
actio iuxta ea, quę plene habẽtur in l. ita ſtipulatus. de ver. ob.
ꝑ Bar. & tũc põt ſupplere, tam añ lit. ꝯt. q̃ poſt, recolligendo
agẽtẽ ꝑ regulã, qa ſine actione nemo experitur, vt l. ſi pupilli
§. videamus. de nego. ge. & de hoc eſt gloſſa ordinaria, quæ ſꝑ
allegatur in l. vbi pactum. C. de tranſac. in glo. mag. & ſic qui-
libet nuncius, cuius nõ intereſt, admitteretur ad faciẽdũ de
hoc fidem iudici, vt patet ex no. ibi per Bart. Aut conſtat iu-
dici, ꝙ actor hẽt actionẽ, tñ reo competit exceptio, & tũc ẽt
ſi hoc veniat ex pacto incõtinẽti appoſito, put ẽ in terminis,
in quib. gl. loquitur ſcd̃m ea, quæ ſ. dixi, non poterit ſupplere,

19 †quia non debet iudex opponere exceptionem competentē
reo,niſi forte reus eſſet abſens, quia ꝓ abſente poteſt ſupple
re.vt l.ampliorem, in prin.C.de appel.& iſto modo debet in
telligi gloſſ.in d.l.ſi vnus.§.pactus,quæ incipit opponendo. ſ̃,
de pact.iunctis his no.in l.vnica .C.vt quæ deſunt aduo.parti.
per Bar.ĩ d.§.hoc autem iudicium.Tertius,& vlt.caſus eſt, eo
caſu quo poteſt ſupplere.per quem modum feret ſententiam
an abſoluet,vel condemnabit ad dandum aduenientc con-
ditione & ſuper h.d.Raph.multum laborat,ſꝙ ſi conſtat iudi
ci actori actionem nõ competere,indiſtincte, & ſimpliciter
abſoluet, non autem condemnabit ad dandum aduenientę
conditione,ꝑ ea quæ ſ̃,dicta ſunt ꝑ d.l.bonæ.§.ſi quis ſub cõ-
di.de ędil.edic.vbi eſt caſus.aut conſtat iudici , actori actionē
competere,tñ obſtaret exceptio , & tunc ſi nõ fuiſſet oppoſi
ta exceptio,nõ poſſet ſupplere,cõdemnabit ſimpl̃r,ſed qñ eſt
oppoſita exceptio,tunc aut ante lit. cont. & ſimpl̃r abſoluet
20 ab obſeruatione iudicii,† qa male agitur añ diē, vt l. j.ĩ fi.qñ
dies vſuf.leg.ce.& iſto modo põt intelligi.l.qđ in diē.ſ̃. de pc.
hær.in prin.quæ multum facit ꝯ Bar. in eo,qđ ipſe dicit debe
re cõdemnari ad dandum adueniente die, & ibi dicit ꝯrium,
ꝙ nõ dēt cõdemnari,ſed intelligo,ꝙ añ lit.cõt.fuit oppoſita
exceptio.quia tunc vr̃ oppoſita ad differēdum iudicium. pro
hoc etiam facit,quod hr̃ Inſti.de excep.§.temporales. vbi dr̃,
ꝙ añ euētum diei non habet executionē,ſ& ſic impedit ĩgreſ
ſum iudicii talis exceptio,aut illa exceptio fuit oppoſita poſt
lit.ꝯt.& põt procedere,quod dicit Bart.ſcđm Inn.vt non ab-
ſoluatur,nec,vt ſimpliciter cõdemnetur , ſed cõdemnabitur
ad dandum veniente die.Nã ex quo paſſus eſt litē conteſtari,
cenſetur voluiſſe,ꝙ iudiciũ procedat,& renũciauit exceptio
ni dilatoriæ iudicij,vt l.Pompo.§.rati.de procu.non autē dila
toriæ ſolutionis , igitur poſtquam eſt ceptum, dēt ſequi ſñia
diffinitiua,vt ĩ.de iud.l.de qua re.ſed ſi eſſet oppoſita ante lit.
cõt.ferretur abſolutoria ab obſeruatione iudicij , quia igitur
non põt ſimpliciter condēnari . poſtquam conſtat iudici reũ
habere exceptionē,condēnabit ad dandũ adueniente die,vel
conditione eo caſu quo ante cõditionē erat nata actio, vt in
terminis huius gl.& ex hoc patet ibi,quæq; leges dicũt, ꝙ ex-
ceptio dilatoria abſolutionis dēt proponi in initio añ lit. cõt.
in d.l.excep.C.de prob.& ex dictis clarè,& plenè patēt oĩa q̃
21 obſcurè traduntur per oēs alios. † Circa ſecundam q.gl.qñ p̃
cedit ſtipulatio conditionalis de ſorte , & poſtea ſequitur pa-
ctum,ꝙ debeatur purè.ſ.incõtinenti,ꝙ cēſetur receſſum ipſo
iure ab illa conditione,& perinde eſt,acſi ſtipulatio fuiſſet pu
re concepta,& ſic naſcitur actio ſtatim, & ita intellige gl.dũ
dicit.[Nam ſi incontinēti cõſtat,ꝙ actionem pareret.]intelli
ge.i.non per ſe,ſed quia iunctum cum ſtipulatione facit cēſe
ri ſtipulationē puram,quod etiam tenet Bar.per d.l.j.§.ſi quis
ſimpliciter.de verb.obl.Iam miror, ꝙ non idē dixit in præce-
dēti.q.gl.cum ſit eadem ratio. ſi vero ex interuallo,nõ poteſt
dici,ꝙ ſtipulationem reformet , & faciat eam cēſeri puram,
cùm ibi non inſit ratio,nec ex ſtipulatione naſcitur actio añ
conditionis euētũ.l.cedere diē.de verb.ſig.nec ex pacto, cùm
ſit de ſe nullum,tum, quia ex interuallo,tum ēt qa ſi inconti
nenti opponatur iuxta contractum conditionalem, & conti
neat aliud,q̃ contractus,non veſtitur cohærentia ꝯctus, cum
pendente conditione contractus non habet veſtimentũ de ſe
vt actionem producat,ergo nõ poteſt aliud alteri dare.& ita
no.in l.pen. C.de pac.non ergo poterit ſtipulator agere añ ꝯ-
ditionis euentum,nec ex ſtipulatione,nec ex pacto,vt quidã
tangunt ſm gl.& bene,Quidam tamē dixerunt, ꝙ poteſt age-
re ex ſtipulatione de facto,licet actionem non habeat, & ob
tinebit,quia ſi ille excipiat de cõdictione.ille replicabit de pa
cto,vnde cum exceptio repellatur, actio ſortietur effectum.
Rñdet,& bñ,tñ non declaratur.Quare dic,ꝙ replicatio datur
ad coadiuuandum actionē,& vbi nõ eſt actio,nõ cõpetit re-
plicatio,vt l.ſub prætextu.la.1.C. de tranſac.iſte ergo actor cũ
nõ habeat actionē conditione pēdente,ſi ſibi excipiat de pē
dentia conditionis, non poterit intētionē ſuam replicãdo iu
22 uare ex pacto.¶†Not.tñ iſtam gl. nam aliquando põt hoc ꝯ-
tingere,ꝙ quis non habet actionē, & tñ agēdo obtinet, ſi reꝰ
non põt excipere,vt eſt gl.in l.qui habebat.in fi.de ma.teſt. fa-
cit.c.cũ eccleſiaſtici.de excep. & quod no.Bar.in l. vbi pactũ,
C.de tranſac.& in caſu noſtro non claudit os reo , quo minꝰ
poſſit excipere de pēdentia ꝯditionis,ideo actor nõ põt repli-
care ad coadiuuandam actionē,quam non habet tunc,clau-
dit aũt reo os, ſi iuraſſet exceptionē non obiicere,ſecundum
ea quæ no.per Bar.in d.l. vbi pactum. põt etiam contingere,
ꝙ obtinet, qui actionem non habet quando reus patitur de
facto ſe ꝯueniri,vt l.Iul. §. quæſitum. ſ̃.ad exhibē.quo quali-
ter,& qñ procedat,declara,vt plene no.per Bar.in l. ſi Titius.
& in l.Seius ĩ.de verb.ob.& de do.prælega.l.2.in prin.& C.de
23 tranſac.l.cum mota.per Dyn.¶†Circa tertiam,& vltimam q̃
ſtionem,qñ pactum continet aliud,q̃ ſtipulatio,vt ſi fuiſti ſti-
pulatus.x.a me pacto appoſito,ꝙ vadas pro me Romã, cõis
opi.gl.& Doc.eſt,ꝙ iſtud pactum ſi appoſitum eſt incõtinen-
ti,veſtiatur a ſtipulatione,vt nouam actionem producat præ
ſcriptis verbis,per iſtam.l. & l.petēs.Sed dubium eſt,an infor
met veterem ex ſtipulatione competentem ad x.quę eſt certi
condictio,ut competat etiam ad hoc factum,nam ſi in pacto
deuenerit certũ,ſicut in ſtipulatione,non eſſet dubium,ꝙ ſic
ſecundum gl.& Doc.Sed quia continet incertũ, vr̃ ſecus,cũ
certi condictio non ſit apta competere ad incerta.& hãc par-
tem tenent Doc.dicētes,ꝙ tunc informatur,qñ eſt apta ĩfor-
24 mari, quod hic non eſt,ideo ſolum producit nouam. ¶ †Itē
facit cenſeri duas fuiſſe ſtipulationes, vnam de x. & alterã vt
vadat Romam.Ex prima oritur certi condictio ex ſtipulatu,
vt ſupra eod. l. ſi quis certum. & iſta eſt communis ſñia anti.
25 quorum.†Moderni vero ſubtilizant,& non poſſunt pati , ꝙ
hoc ſit verum,quia tunc pacta inſunt,vt informent, qñ legē
dant contractui,vt dixit tex.in d.§.quinimo ſed non dicuntur
dare legem contractui,niſi quando dicuntur eſſe pars contra
ctus,vt ſi tibi mutuo cētum, pacto appoſito vt ſcribas librũ,
nam hoc ſcribere ſuccedit loco pretii.vt l.fundi partem.de ꝯ.
trahenda emp .non ſic,quando non poteſt eſſe pars contra-
ctus,quia nullo modo conueniret,puta in depoſito,commo
dato,vt in ſtipulatione in terminis prędictis. Breuiter iſta nõ
eſt opinio noua ſecundum Doc.idem voluerunt gl.& Doct,
in d.§.quinimmo.tangendo hãc rationem.dic,vt ibi,nã iſtud
eſt, quod reddit difficilem.l.petens. & eius caſum,& conſide-
rationem, ſed non pertinet ad materiam noſtræ.l.quæ loqui
tur,quando pactum apponitur pro reo , & ad excipiendum,
non ad agendum,& ſuper eodem in diuerſa tñ forma.¶ Vlti-
mo reſtat una gl. ſuper ver.ipſo iure non committĩ. Nam ip
ſa,ipſo iure non tollit ſtipulationem,nec nouat ibi,vt l.auia.
C.de iur.do.& l.ſi vnus. §.pactus.ſ̃.de pact. Timore huius in
gl.ſunt duæ opi.prima, ꝙ nec ſtipulatio ſortis , nec ſtipulatio
vſurarum tollatur ipſo iure per hoc pactum,immo commit
tatur lapſo termino ſtipulationis ad totam ſortem , & etiam
vſus totius ſortis, mero iure.Sed obſtat exceptio,& qđ hic di-
citur ipſo iure,expone quo ad effectum. Secunda opi. ponĩ
in fi.gl.ꝙ ſtipulatio ſortis non tollatur ipſo iure,ſed ope exce
ptionis, ſtipulatio vero vſurarum bñ tollaĩ , quia impeditur
ipſo iur̃ committi,cum requiratur mora ad hoc, vt commit
tatur , & hic ceſſat mora propter exceptionem . Tertia vero
opi.quæ non ponĩ in hac glo.ſed eam ſentit gl. ſuper ver.nu
merus. q̃ incipit, quorundã.in fi. dũ dicit, ſed per tertiũ pactũ
vr̃ eſſe receſſum a priori obligatione ſortis,intelligendo,ipſo
iure,& per ꝯñs de vſuris,& iſta eſt ipſa veritas,quia facit cen-
ſeri ſtipulationem fuiſſe cõceptam ſub terminis pacti, & ſic
ꝙ fuerit ſtipulatus quolibet menſe trecentum. Non ergo na-
ſcitur actio,niſi ĩ trecentis quolibet menſe.Nec ob. §.pactus,
quia non loquitur de pacto ſtipulationis reformatiuo, & ap-
poſito incontinenti,ſed ex interuallo. Bart.autem videtur ad
hærere.j.op.gl.per fundm̃ erroneũ,videlicet qa iſtud pactum
veſtitur a ſtipulatione,vt nouã pariat, & veterē informet.Sed
nõ poſſet veſtire nec etiam informare,ſi eã tolleret, ergo nõ
tollitur,qđ fundm̃ non valet vnũ obolũ , ꝑ ea quæ dicta sũt.

## LEX XII.

1 *Mandatum inſtitoris per mortem domini reuocatur,quando de morte mu tatur ſtatus eius etiam in melius , & quando non reuocetur.& nu.9.*

2 *Mandatum naturale nunquam contrahitur niſi dominium pecuniæ in accipiendo transferatur,nec cõtrahitur,etiam obligatio acceſſoria pignorum .*

3 *Stipulatio ſi nominatim conferatur in perſonam domini mortui,eſt ipſo iure nulla,ſi vero non nominatim,acquiritur hæreditati iacenti, vel cohæredib.ignorantib.ſi hæreditas ſit adita,ſecus vero ſcientib.& num. 15.& 23.*

4 *Hæredes hodie etiã clauſis tabulis poſſunt adire hæreditatem,etiã extranei mõ ſint certi per relationem,aliquorum, ꝙ ſint inſtituti. & n.16.*

5 *Mors omnia ſoluit,& an penes hæreditatem ſit poſſeſſio. nu.3.*

6 *Dictio quõdam,intelligitur in inſtrumento,in quo dicitur Titius filius Petri,& Petrus ſit mortuus.*

7 *Res mihi debita,largo modo poteſt dici mea.*

8 *Debitores ſoluentes procuratori reuocato ſi ignorat reuocationem , liberantur,& quid ſi nunquã habuit mãdatum , ſed credunt ipsũ habuiſſe.*

9 *Et an liberentur ipſo iure,an ope exceptionis.*

10 *Mandatũ ad lites poſt lit.conteſtatam,non finitur morte mandantis.*

11 *Ignorantia mortis delegantis quando faciat cenſeri iuriſdictionem nõ eſſe finitam,& ſic vt acta valeant.*

12 *Error quando impediat translationem dominii.*

13 *Ignorans mandatum ſuum reuocatum,quando poſſit actum gerere , ac ſi non eſſe reuocatum.*

14 *In caſu huius.l.pecunia conſumpta pro ea parte quæ pertinebat ad cohæredē , & ſic reconciliato mutuo an acquiratur actio cohæredi,vel ipſi Sticho mutuanti.& nu.24.*

15 *In perſona defuncti nullus actus poteſt inchoari, neque etiam fundari.*

16 *Sententia lata pro defuncto,vel contra defunctum qui putabatur, viuere non valet,nec ligat hæredem.*

17 *Sentẽtia latæ contra procuratorem, vel pro agitante cauſam nomine defun*
*cti, qui viuere putabatur, non valet.*
18 *Inſtantia cauſæ tranſit in hæredem, & acta cauſæ debẽt agitari nomine hæ*
*redis, non defuncti, ibi.*
19 *Seruus hæreditarius pro parte hæres inſtitutus cum libertate, ſed ſtatus ſui*
*ignarus ſtipulãdo ſibi, acquirit hæreditati iacenti pro parte tangente co-*
*hæredem, & pro parte pro qua eſt hæres, acquirit ſibi.*
20 *Hæreditas non dicitur iacere, niſi quando eſt hæres voluntarius.*
21 *Hæreditas nõ dicitur niſi cum iacet quãtũ ad fundandas acquiſitiones ĩ ip-*
*ſa hæreditate.*
22 *Si eſt adita pro parte, non deſinit dici hæreditas, quo ad aliam partem.*
23 *Datio cohæredis voluntarii non tollit exiſtentiam neceſſarii hæredis, nec im*
*pedit eius effectum, & an tollat exiſtentiam neceſſarii hæredis, nec im*
*pedit eius effectum, & an tollat exiſtentiam ſui, & neceſſarii.*
24 *Poſſidere bonafide non dicitur, qui non habet animum poſſidendi.*
*Subſtantia vbi deficit, etiam accidens, ibi.*
25 *Cohæres, ꝙ poſſit habere ratam ſtipulationem factam alteri cohæredi, vt ei*
*acquiratur actio.*
26 *Hæredes etiã extranei hodie præſumuntur ignorare contenta in teſtamẽto.*
27 *Si plures mercatores ſocii exercent negociationem per inſtitorem, quilibet*
*ex contractu inſtitoris obligatur inſolidum.*
28 *Si exercent negociationem per ſe ipſos in vno loco quilibet obligatur ex fa-*
*cto ſuo, ſed ſi in diuerſis locis, obligantur omnes inſolidum. & nu. 29.*

EIus qui. ¶ Iſta reputatur difficilis l. ſed re vera
non eſt, immo vr̃ mihi multum clara,
qa Iuriſconſultus ordinate ꝓcedit. Ponit. n. primo vnũ
thema, & colligit tres opin. ſm̃ quoſdã ſunt quatuor
vſq; ibi, [placebat.] poſtea rñdet ꝑ ordinẽ ad quamlibet earũ.
Et primo ad primam vſq; ibi, (quas vero.) Poſtea ad ſcd̃am,
& aliqd immiſcet de 4. vſque ibi, [ꝙ ſi ſtipulatus.] poſtea ad ter-
1 tiã cum diſtinctione quadrimembri, & hoc intendit. † Manda-
tũ inſtitoris per mortem domini reuocatur quando per mor-
tẽ mutatur ſtatus eius etiam in melius, quia de ſeruo efficitur
2 liber, hoc primo. † Debitores tamen ſibi ſoluentes ignorantes
reuocationem, liberãtur. Hoc ſecundo Sed ipſe pecunias quõ-
dam domini, quatenus ad eum non pertinet, alienare non p̃t,
& ſi mutuat, dominium non transfertur, nec ꝯhitur mutuũ,
nec pignoris obligatio, ſed quatenus ad eũ pertinet, ſic, licet ſe
3 ignoraret dominum. Hoc tertio. & † liber homo bonafide ſer-
uiens, quia credit ſe ſeruum, ſi ſtipulatur in perſonã defuncti,
cui credebat ſe ſeruire, non valet ſtipulatio, nec aliquid acqui-
ritur hęreditati, nec hæredibus, etiam ſi ſit bonęfidei. Si vero
verba ſtipulationis non concipiat in perſonam defuncti, ſed ĩ
ſuam propriam vel ſimpliciter, tunc ſi hęreditas non eſt adita,
acquiritur tunc hæreditati iacenti, licet hæreditas ipſum non
poſſideat, cum penes hæreditatem non ſit poſſeſſio, quod eſt
mirandum, & non eſt alibi, ſecundum gloſſellam paruam, qa
in toto corpore iuris non reperies glo. ſic dicentem, licet qui-
dam p̃sumptuoſi moderni audeant de capite ſuo multoties ſic
loqui, & vt plurimũ contingit in iuuenibus, qui magis inflant
pompa, q̃ realitate ſcientiæ. & non deberemus hoc dicere, niſi
ex ore alicuius authentici Docto. Si vero hęreditas erat adita,
tunc ſi hr̃des erant bonæfidei, quia ignorabant illum liberum,
acquiritur eis. Si vero malæfidei, ſecus, quia non valet ſtipula-
tio, nec acquiritur hr̃ditati, quia non iacet, nec amplius hære-
ditas, nec acquiritur ſibi, quia malæfidei, ſed quando iacet, acq-
ritur hæreditati iacenti, & per eam poſtea cohæredi adeunti, ſi-
ue malefi. hoc dicit cum ſubſtantia, & etiam cum ſuppletioni-
bus neceſſariis tota iſta l. cum gl. ad hoc pendentibus. & eſt val-
4 de pulchra. l. † Ex prima parte huius. l. nihil. eſt notãdum, ſed in
ea ſunt duæ glo. vna quę incipit. ſcilicet de rei ratione quę tenet
quòd iſto iure filius ſicut efficiebatur hęres ipſo iure patris clau
ſis tabulis. & etiam ſi erat inſtitutus pro parte, ita & ſeruus ea-
dem ratione, cum lex ſit certa de omni eo, quod eſt certum, qđ
eſt in rerum nã, vt s̃. eo. l. reſpiciendum. ideo cum ipſe efficiatur
hęres per l. non ſuo facto, nec volũtate, ſufficit certitudo legis,
licet ipſe non ſit certus. & eſt caſus, licet gloſ. non allegat. infra
de hęred. inſti. l. ſeruus. §. aperturę, & ibi no. ĩ. de cõdi. & dem. l.
Iu. de le. j. l. ſi poſt mortem. In aliis vero extraneis, qui efficiũtur
hęredes ſua volũtate, diſtinguebat olim, an eſſent inſtituti inſo
lidum, an pro parte. l. j. ĩ. de iur. & fa. ign. hodie vero indiſtincte
etiam clauſis tabulis poſſunt adire. l. j. §. in nouiſſimo. C. de cad.
tollen. dummodo ſit certum, quòd inſtituti ſaltem per relatio-
nem aliquorum, licet teſtamentum non viderint, & ſic eorũ
opinio. concordat cum veritate, quod dic, vt plene no. in l. quis
5 põt. de acq. hęr. Alia † gl. ſuper ver. defuncti allegatur ad duo, pri
a mo dum dicit, ꝙ mors omnia ſoluit.[a] † ſecundo ſi in inſtr̃o di-
6 catur, Titius Petri, ſeu filius Petri, licet Petrus mortuus, non vi-
tiatur inſtrumentum, quia ſubintelligitur dictio quondam.
7 † Item ꝙ res mihi debita largo mõ põt dici mea, vt & ꝓbat in
iſto tex. ĩ plurib. locis. & s̃. e. l. ſi me, & Titium, qđ no. ꝓ ſtatutis.
8 † Circa ſecundam partem in §. placebat. no. primo, ꝙ debitores
ſoluentes procuratori reuocato, ſi ignorant reuocationem li-
berantur. Sed quęro, quid ſi ſoluunt procuratori, qui nunquã
habuit mandatum, ſed credunt ipſum habuiſſe? Reſpondeo di-
ſtinguendum eſſe, vt dixi in l. cum fundus. §. ſeruũ meum. s̃. eo.
ꝙ aut erant debitores quantitatis, vel in genere, & non liberã
tur, nec ipſo iure, nec ope exceptionis, etiam ſi iuſtiſſimam ha-
buerint cauſã credendi, quia producebatur inſtrumentũ factũ,
quod prima facie putabatur verum. & hoc per l. q hominem.
§. ſi nullo. de ſolu. iuncta. l. ſi quis vxor. §. apud Labeonem, &
quod etiam ibi no. in vna gloſſella. ĩ. de furt. Aut erant debito-
res certę ſpeciei, & tunc liberantur ope exceptionis, ſi non fue-
runt in dolo, vel in culpa tali de qua teneantur ratione contra-
ctus. vt in d. §. ſeruum tuum. vbi eſt caſus notabilis, iuncta. l. qđ
ſępe. §. ſi res. de contrahen. emptio. ſed tunc obſtat, quia iſte Sti-
chus a ſuo cohęrede nunquam habuit mandatum, ergo ſoluẽ-
tes non liberantur pro parte cohęredis, cùm eſſent debitores
quantitatis. Sol. ſufficit, ꝙ habuerit a defuncto, cuius perſonam
hęredes reprę ſentãt, ſecus ſi a nullo qui dare potuiſſet, & ita in
9 telligatur, quod primo loco dixi. ¶ † Item quęrit, an liberent ip
ſo iure, an ope exceptionis? gl. hic ſuper verbo liberatos. tangit,
ſed non ꝑfecte. tu dic, ꝙ pro parte in qua iſte Stichus erat hę-
res, liberati fuerunt ipſo iure, quia ſoluerunt vero creditori, ſi ẽt
ſciuiſſent reuocationẽ mãdati, pro parte vero cohæredis, ſi qdẽ
ſciuiſſent reuocationem mãdati, nullo mõ erãt liberati, ut hic
a cõtrario ſenſu, & in prin. gl. ſequentis. Si vero ignorarunt, tũc
aut ẽt iſte Stichus ignorabat, & ſunt liberati ipſo iure, quia Sti-
chus videtur bonafide recepiſſe, ſi vero Stichus ſciebat reuo-
cationem, tunc aut hoc non obſtante recepit bonafide, vt por-
taret ad cohæredem. quod ex poſtfacto poteſt apparere, ſi ſibi
portauit, ille tamen noluit recipere, adhuc ſunt liberati ipſo iu-
re, & imputet ſibi, quare non recepit, ſi autem recepiſſet, nõ eſ-
ſet dubium. Aut recepit mala intẽtione, vt ſibi retineret, quod
etiam ex poſtfacto poteſt apparere, vt ſi requiſitus a cohærede
noluit reſtituere ſibi, & tunc liberati ſunt ope exceptionis, nec ĩ
ipſum cenſet̃ trãslatum dñium, & committit furtũ ſoluentib.
& iõ hñt ꝯdictionem furtiuam, quã tenent̃ cedere cohęredi, &
quã cedendo liberant̃ ab eo ꝑꝑ reliquias p̃cedẽtis mandati. &
hęc habentur in l. cum qs. §. j. de ſol. & l. ſi vendidero. §. ſi Titiũ.
s̃. de fur. dic, vt ibi. & l. procuratore falſo. ĩ. de cõdict. ob ca. ¶ Sed
nunc quęritur, an dicantur ſciuiſſe reuocationẽ mandati, eo ip
ſo, quòd ſciuerunt dominum defunctum? & videtur, quòd ſic,
ꝑ tex. iſtum ibi. [ſi nõ ipſe &c.] a cõtrario ſenſu. In cõtrariũ, qa
b ꝑ ſolã mortẽ defuncti nõ reuocat̃ mandatum inſtitoris[b] ꝓpter
vtilitatem promiſcui vſus, & negociationis, licet ſecus ſit in alio
mandato etiam generali non dato ad negociandum. ut l. inter
cauſas. ĩ. manda. caſus eſt in leg. ſi quis mancipiis. §. ſi impubes.
de inſti. Facit. l. cuicunque. in fin. eo. ti. quę videtur ꝯtrariari huic l. q̃
innuit ꝯtrium. gl. hic ſoluit, quę ſol. non placet ibi, qa hęredes
non erant tales, ꝙ ſoluentes poſſent credere, vti ipſos eodem in
ſtitore, cum eſſet pupillus, vel furioſus hęres. dic ergo ſecundum
Doc. ꝙ ſola mors proponentis non inducit reuocationẽ mãda
ti inſtitoris, vt ibi, qđ eſt notandũ, ſed mors iuncta cũ mutatio-
ne ſtatus, etiam in melius, bñ inducit, vt hic eſt caſus notabilis,
ſed mutatio ſtatus in melius non induceret. ut in l. cum quis.
in prin. de ſol. & l. eum qui ita. §. qui ſibi. de verb. obl. dom. Rap.
poſt multa verba tenet, ꝙ qñ inſtitor eſt ꝓpoſitus fœnori faciẽ
do, vt erat hic, quia iſta negociatio eſt odioſa, ꝙ ꝑ ſolam mortẽ
inducatur reuocatio, & ita intelligit iſtum text. nolendo ipſum
deſtruere, alias oporteret ſubaudire, dum dicit [ignoraſſent do-
minum deceſſiſſe,) vel etiam ſciuiſſent, ſed ignoraſſent iſtum
Stichum fuiſſe inſtitutum cum libertate, quod eſt deſtruere tex.
ſi vero eſt p̃poſitus alteri negociationi nõ odioſę, tũc per ſolã
mortem non inducit̃ reuocatio. vt in §. ſi impubes. ſed an indu-
cat̃ tũc, ſi interueniat etiam mutatio ſtatus, ipſe innuit, ꝙ non.
Doct. ꝙ ſic. & iſta opi. ſecurior eſt, licet poſſet tollerari ſua opi.
10 quantum ad caſum huius l. ¶ † Sed oppo. ꝙ mandatum morte
mandantis tunc expirat, quando res eſt integra, alias ſecus. vt in
l. ante litem cont. & l. ſeq. de proc. ſed hic non erat integra, quia
iam cęperat eſſe inſtitoris. ſolue quantum ad incipienda res di-
citur eſſe integra, quãtum vero ad cæpta, & nõdũ completa, fa-
tendũ eſt, ꝙ res non eſt integra, ideo poſſet cõpellere, vnde mã-
datũ ad lites poſt litẽ cæptã, ſeu cõteſtatã nõ finit̃ morte mãdã-
tis. & iõ p̃t litẽ ꝓſeq vſq; in finẽ, vt in ꝯriis. ¶ Vltimo glo. ſuper
verbo (ignoraſſent.) quęrit de vna extranea q̃ſtione, nã hic igno
rãtia ſoluentiũ, & ẽt ignorantia ſolutionẽ recipientiũ facit cẽſe
ri mandatum non eſſe finitum, quod tñ re vera finitum erat.
† Quid

ADDITIONES.

a ¶ Mors omnia ſoluit. Habes in l. in ſum. ff. de re iu. & l. Neratius. de re iu. in Auth. de nup. §. deinceps. & adde mortem triplicem eſſe naturalem, ciuilem, & pluſquã ciuilem, de quib. per Io. Lu. in rep. rub. de dona. inter vi. & vx. 15. co. 181.

b ¶ Inſtitoris. Et in hoc Vide per Bar. in l. ſi ab alio, ff. de inſt. qui ait idem, ꝙ nõ finiatur l. ſi ſit generalis. & vide in l. ſi quis. §. ſi impubes. eo. titu. & Alex. in l. & quia in gl. pe. de iuriſ. omn. iud. Sed nec per ſtatus mutationem. vt l. in eum. §. ſi domus. eo. ti. vbi per Bar.

1 † Quid in mandato iuriſdictionis, ſi ſit delegata quæſtio cui
dam, certum eſt, ꝙ poſt mortem delegantis, re integra finitur
mandatum delgati. vt l. quia, de iuriſdictio. omn. iudicum. quid
ſi delegatus ignorauit mortem, & etiam litigantes, & proſecu
ti ſunt cauſam coram eo, an iſta ignorantia facit cenſeri iu-
riſdictionem non eſſe finitam, vt ſic valeant acta? Gl. hic nota
biliter tenet, ꝙ non. & ꝙ aliud ſit in ſoluētibus qui remanent
in damno, ſi non liberarētur, aliud in litigantibus, qui non re
manerent in damno niſi expenſarum, ſi acta non valeant, ta
men remaneant in primis terminis. Innocen. in c. licet. de offi.
deleg. tenet contrarium. dicens, ꝙ poſt mortem delegantis nō
finitur iuriſdictio delegata ipſo iure, ſed ope exceptionis, ſicut
per ſecundum reſcriptum reuocatorium primi. vt c. cœterum.
de reſcrip. ſufficit ergo, ꝙ exceptio nō fuerit oppoſita, vt valeāt
acta. Speculator tenet opinionem huius gloſ. in tit. de iudice
delegat. §. reſtat. verſi. quid ſi obligatus ignorans, quia immo fi-
nitur ipſo iure. hoc idem tenent Docto. in dicta l. quia. vbi ple-
ne de iſto art. Sed pro opin. Inno. facit l. ſi forte. de offic. præſid,
& c. ſi duob. de appe. vbi ignorantia iudicis credentis ſe iuriſdi-
ctionem habere in aliqua cauſa, cum non habeat, faciat acta
valere, ſol. aliud in iudice ordinario, vbi agitur de maiori præ-
iudicio, cum omnes ad ipſum recurrāt, dummodo ſemel fue-
rit ordinarius vere, licet ignoret finitū officium. d. l. ſi forte. vt
ſit ordinarius de præſenti, licet nō in certa cauſa, in qua cenſe-
batur eſſe, vt in d. c. duobus. ſi autem nunquam fuiſſet, nec eſ-
ſet, dic vt l. Barbarius. ſ. de offi. præto. ¶ Circa tertiam partem, ī
§. quas vero. notandum, ꝙ primo ponit vnum dictum vſque
ibi (nam & ſi.) Secundo illud probat agendo de mandato par
ticulari ad vniuerſale, vſque ibi, (neque enim.) Tertio reſpon-
detur cuidam tacitæ obiectioni, quæ poſſet fieri de verbo (pla
12 cebat.) vſque ibi (quia &c.) quarto, & vltimo concludit. ¶ † Ex
prima parte notanda ſunt duo. primum eſt, quod hic innuit a
contrario ſenſu, dum dicit, non ex maiore, quod ex quo ipſe
hæres erat, & liber, licet hoc ignoraret, & per conſequēs igno-
raret ſe dominum, nihilominus mutuando pecuniam tranſ-
fert dominium. & ſic attenditur id, quod eſt in veritate, non id
quod eſt in opinio. contra quod gloſſ. quæ incipit (ſed nec) op-
ponit de tribus. ll. & ſoluit diſtinguendo tria membra, & bene,
& nota, & ſigna iſtam glo. quia ſemper allegatur tamquam
magiſtra. & adde etiam, quod no. ſupra eod. l. cum fundus. §. ſer
uum. cum gl. quæ incipit, & ſic mihi acquiſitus. & ſupple iſtam
glo. per illam, & econuerſo. Secundum eſt, ꝙ pro parte cohære
dis non transfert dominium, licet ignoraret reuocationē man
13 dati. ¶ † Contra hoc op. extra gl. de l. ſi mandaſſem. ſ. mand. &
ſ. de Publica. l. ſi quis prohibuerit. vbi ignorans mandatū ſuū
reuocatum poteſt actum gerere, ac ſi reuocatū non eſſet. Sol-
ue & no. interdum do tibi mādatum ſuper aliquo, quod venit
expediendum ex tuo conſenſu, vel voluntate, puta contrahas
procuratorio nomine meo, ut vendas rem meam, vel alium
contractū facias, nam ex tuo conſenſu ille contractus perfici-
tur, & tunc licet mandatum ſit reuocatum, ſi tamen ignoras
valet poſtea contractus celebratus, & tu obligaris ex eo, & ego
tenebor ipſum ratū habere, vel hæredes mei, ne tu remaneas
in damno. facit. l. vtrum pars, in fi. ſ. de conſtitu. pecu. & ita lo-
quuntur contraria. Interdum mando tibi aliquid, quod non
perficitur ex tuo conſenſu, ſed ex meo, vt quòd transferas do-
minium rei meę, nam id noſtrum eſt, & ſine voluntate noſtra
non poteſt a nobis euelli, ut in regula iuris, & iſto caſu licet
ignores reuocationem, quia tamen deficit voluntas mea non
potes alienare, & in hoc fundatur deciſio iſtius. §. ꝗ ſꝑ ad hoc
allegat, & ſic dēt intelligi, & limitari quod no. in l. 1. in fi. de ꝯ-
hen. emp. ſi ergo mandaui tibi, vt venderes, & traderes, & poſt-
ea reuocaui mandatū, licet venditio facta poſt reuocationem
mādati a te ignorante valeat, quia fundatur in tua voluntate,
ſi tamen tradas, non transfert dñium, ꝗa hoc fundat in volūta
te mea, quæ ceſſat, bene transfers vſucapiendi condictionem,
vt infra man. l. mandatum diſtrahendorum. & ibi vr̄ probari
vtrunque dictum aperte. Et ideo ſi quis fecit procuratorem ad
contrahendum matrimonium, quia talis conſenſus non per-
ficitur ex ꝯſenſu ꝓcuratoris, alias eſſet dicere, ꝙ inter ipſum &
mulierem contraheretur, quod eſt falſum, ſed perficitur ex cō
ſenſu, & ꝯctu mandātis, ſi poſt reuocationē mādati ꝯheret, li-
cet ignorāter non valeret matrimoniū, & de hoc eſt gl. odina-
ria. in l. ſufficit. ſ. de ſpon. & eſt hodie caſus in cap. fi. de proc. li.
6. fallit tñ hoc dictū in clericis conſtituentib. procuratorem ad
renunciandū beneficio, & ſic ad alienādū, nā licet dependeat
a voluntate, & cōſenſu ꝯſtituentis, ſicut alienatio alterius rei,
& translatio dñii, nihilominus ſi fiat a procuratore reuocato,
valet pactū, quia in clericis reprobatur varietas, & iſte eſt ca-
ſus in cle. cū illuſio. de renū. & ibi vide gl. optimā ſuꝑ iſta mā,
ſecus ſi ſciuiſſet reuocationē, vt ibi. Fallit, ēt quando mandatū
de alienando daretur ab illo, ꝗ eſſet obligatus alio iure, vt ſi
vendidi rem meā Titio, poſtea feci procuratorē ad tradendū
ſibi, & ſic ad transferendum dominium, certe ſi tradidiſti poſt
reuocationem mandati ignorās, transferres dominium, ut eſt
caſus no. in l. fundi. §. item ſi amicus. infra de acquir. poſſeſſio.
alleg. hic in gl. ſeq. contraria. in fin. & ita ſoluit glo. ꝙ ibi, ſeu ta
a li caſu per mortem mandantis non finitur [a] mandatum, ſicut
nec obligatio finitur, & ideo ſi procurator exequitur manda-
tum poſt mortem mandātis transfert dominium, etiam ſi ſcie-
bat dominum mortuum, poſtquam mandatum non eſt reuo
catum, ſed ſi eſſet expreſſe reuocatum, tunc diſtingueretur, an
ſciat rationem, vel non. & iſta eſt veritas. Et ſuper primo dicto
fundatur deciſio cap. ſi ſuper gratia, de reſcrip. lib. 6. quòd ſi Pa
pa dat executores ſuper gratia iam facta exequenda, quia mi-
hi contulit beneficium mādans executoribus, quòd inducant
me in poſſeſſionem, certe, ſicut per mortem Papæ non fini-
tur gratia, ita nec mandatum executorium. immo obligantur
illam gratiam executioni mandare, & illa obligatio morte
non finitur, ſecus ſi ſuper gratia nondum facta, ſed fienda, vt ſi
mandat, quòd ſi reperiant me talem, debeant mihi conferre,
nam antequam conferant, gratia non eſt facta, propterea tūc
morte Papæ expiraret officium, vel poteſtas eorum. ¶ † Vlti-
14 mo quæritur circa iſtum articulum, ſi iſta pecunia pro ea par
te, quæ pertinebat ad cohæredem ſit conſumpta, & ſic recon-
cilietur mutuum, cui acquiratur actio, an cohæredi vel iſti Sti-
cho mutuanti? glo. hic ſuper verbo teneri, tangit & non decla
rat, ſed remittit ad alias gl. ſeq. ſed illæ loquūtur, qñ interuenit
ſtipula. quo caſu ante conſumptionem nulla eſt nata actio ex
mutuo, vt patet hic in fine iſtius. §. ibi, (quare ſi nulla, &c.) Sed
poteſt pecunia vendicari. Si vero eſt conſumpta, dic, quòd aut
hæreditate vacante, & acquiritur actio hæreditati, quia fuit
mutua nomine defuncti, quem hæreditas repręſentat, & con-
ſtat, quòd ſi numero pecuniam tuo nomine, ipſa conſumpta,
acquiritur tibi actio directa irreuocabiliter, vt ī l. ſi abſentis. C.
eo. ti. idem ſi erat adita, & cohæres erat bonæfidei. Si vero ma
læfidei ſecus, vt ſ. circa fi. vel dic, ꝙ ibi loquitur de actio. quæ ori
tur ex ſtipulatione, quam liber homo non poteſt acquirere al
teri libero homini, niſi ei ſeruiat bona fide, quod hic non eſt,
nos loquimur de illa actione, quæ venit acquirenda ex nume-
ratione facta nomine alterius, quam alter alteri acquirere po
teſt, vt ſ. eod. l. certi condictio. §. ſi numos. etiam ſi numerat pe-
cuniam illius ſecuta conſumptione, vt d. l. ſi abſentis. ſi tamen
ipſe cohæres reprobaret nomen, remaneret actio apud eum
directa, quam deberet cedere ipſi numeranti, & etiam ſine ceſ
ſione competeret vtilis, vt d. l. ſi abſentis. Aliud eſt, quando quis
ſuam propriā pecuniam numerat nomine alterius, quia illo
non ratificante nulla actio penes illum remaneret, vt dixi in
15 §. ſi numos. † ¶ Circa quartā, & ultimam partem in verſ. (quod
ſi ſtipulatus) recollige diſtinctionem talem ex textu, ſi iſte Sti-
chus mutuauit pecuniā defuncti, & ſtipulatus eſt eam reſtitui,
an valeat ſtipulatio, & cui acquiratur actio diſtinguūtur qua-
tuor caſus, nam aut verba ſtipulationis fuerunt concepta in ꝑ-
ſonam defuncti, & tunc ſtipulatio eſt inutilis, & iſte eſt primus
caſus, & ſic neque defuncto quæritur, quia non prodeſt, neque
ſibi, neque hæreditati iacenti, neque hæredi etiam bonæfidei,
qui noluit iuxta l. multum. C. ſi quis alteri, vel ſibi. Et ex iſto
not. quòd in perſona defuncti nullus actus poteſt inchoari, vel
fundari, etiam ſi ſit fauorabilis, nec prodeſt hæredi tanquam
carens principio, illud enim ad hæredem tranſit, quod princi-
pium habet validum in perſonam defuncti, vel hæreditatis ia-
16 centis, quæ ipſum repręſentat. † Et ex hoc dico, quòd ſicut non
valet ſententia lata contra defunctum, qui putabatur viuere,
nec ligat hæredem, vt l. fi. quæ ſen. ſine app. reſcin. ita nec lata
pro defuncto, licet quidam ibi dixerint contrarium per l. cum
quaſi. in prin. de fideicō. liber. ſed ibi loqtur ī priuilegio, & alia
17 eſt rō. † Idem ſi ferretur ꝯ ꝓcuratorē, vel pro eo agitante cām
ꝓ defuncto, vel noīe defuncti, qui viuere putabatur, vt l. đ qua
18 re. §. cum me abſente. ſupra de iudic. nec obſtat, † ꝙ inſtantia
tranſeat in hæredem, vt l. ſi cum hominem. de fideiuſ. quia tūc
vt valeant acta, debet agitari nomine hæredis, non defuncti,
19 tene menti. † Aut verba non fuerunt concepta in perſonam
defuncti, ſed fuit ſtipulatus ſibi, vel ſimpliciter, & tunc aut hæ-
reditas non erat adita pro parte hæredis, & tunc acquirit hęre
ditati iacēti. ſupple, & per eā, poſtea cohæredi adeunti, ſiue ſit
bonæfi. vel malæfi. poſtquam inchoata eſt obligatio vtiliter, &
fundata in ipſa hæreditate, quę non eſt malæfidei, vnde non
curatur, quis ſit poſtea hæres. l. ſi quis mācipiis. §. ſi quis impu
bes. in fin. de inſti. & hoc pro parte tangente cohæredem, ſed
quatenus tangit ipſum Stichum, qui eſt hæres pro parte, ne-
20 ceſſario acquiritur ſibi. ¶ † Item procedit iſtud dictum, quādo
habebat hæredem voluntarium, alias non diceretur hæredi
21 tas iacere, & hoc voluit gl. ſuper verbo (hęreditas). † Ex quo
tria collige, primo quòd non dr̄ hęreditas, niſi cū iacet, & cum
eſt adi.

ADDITIO.

a ¶ Non finitur. Quando morte mandantis non finitur mandatum. vide per Rō. conſi. 303. per Soc. conſi. 37.

eſt adita,non dicitur amplius hæreditas,ſimile no.in l. 1. §. veteres.de acquir.poſ.& de acquir.hæred.l. per ſeruum, quod intellige verum,quantum ad fundandas acquiſitiones in ipſa hęditate.cœterum quo ad alia, poteſt dici hæreditas, vt patet in
22 tit.de pe.hæ.vbi petitur hæreditas,poſtquam eſt adita.¶†Nota. etiam ex glo.quòd ſi eſt adita pro parte,non deſinit propterea
a dici hæreditas[a] quo ad aliam partem ſecundum Bart.¶†No.&
23 tertio. ꝙ datio cohæredis voluntarii non tollit exiſtentiam neceſſarii hæredis,nec impedit eius effectum. An autem exiſtentiam ſui, & neceſſarii? dic vt l.apud Iulianum.§. idem Iulianus. ad Treb.l.3.C.de iure del.aut hæreditas erat adita, & tunc aut cohæres erat malæfidei, quia ſciebat iſtum eſſe inſtitutum cū libertate,& ſic non habebat animum poſſidendi tanquam ſeruum,& non valet ſtipulatio,& iſte eſt tertius caſus,intellige ꝑ parte tangente ipſum cohæredem,ſed pro tangente ipſum Stichum bene valet,& acquiritur ſibi,licet ipſe non putaret hoc. Nam & alias hoc contingit,vt hic.no.in glo.magna,quæ incipit[idem in verbo,nec obſtat.]cohæredi vero nō poteſt acquiri,quia liber homo alteri ſtipulando nihil acquirit, niſi ei ſeruiat bona fide, ſed hic illud ceſſat, quia non dicitur poſſidere bona fide,quia non habet animum poſſidendi, vt habetur in tex.qui allegatur,†quia vbi deficit ſubſtantia,deficit etiam ac-
24 cidens,quod eſſe non poteſt ſine ſubiecto.tacit infra, de actio. emp.l.ſi ſeruum.§ ſi modus. ibi dum dicit.non poteſt æſtimari bonitas.de hær.ven.l.quòd ſi nulla.& de fur.l.ſi quis vxori.§.neque verbo.de acq.rer.dom.l.adeo.§.inſulæ.ante fi.de aur.&arg. leg.l.5.in fi.& no.Bal.C.de cond.ob cau.l.1.Sed hic occurrit dubium male declaratum. Quid ergo erit de parte tangente cohæredem, ſi pecunia ſit conſumpta, cui reconciliatur mutuū hoc caſu,an Sticho,cohæredi malæfidei?Doct. dicunt, quòd hic ſunt duæ glo.contrariæ,vna quæ incipit[generaliter] quæ ſentit i fin.quòd cohæredi,alia eſt ſequens gl.poſt prin.ibi,[ſed cui). quæ ſentit contrarium, quòd ſibi licet poſtea ſe remittat
25 ad gloſſ.præce.†Bart.videtur concordare,quòd aut cohæres ratificat,& reconciliatur,& acquiritur ſibi cohæredi, ut in j.gloſ. quæ incipit (generaliter)in fi.aut non ratificat,& tunc acquiritur ipſi Sticho,vt in glo.ſequen.certe ipſe loquitur contra text. & eſt mirandum,quod ita errauit,nam nos quærimus de actione,quæ oritur ex ſtipulatu,quia hic fuit ſtipulatio, & text.vult quòd illa ſit inutilis tāquam a cohærede.Vnde ſiue ratificet, ſiue non, ſiue ſit conſumpta,ſiue non,non poteſt ex illa ſtipulatione acquiri coheredi per rationem,vt ſupra dixi,ſed acquiritur ipſi ſtipulanti,quam tamen tenebitur cedere cohæredi, ne ex re ſua ſit locupletior.ſupra eod.l.ſi me,& Titium & no.in l. j.§.j.vel ſecundo.de ſtipu.ſeruo.ſed ſi ſtipulatio non eſſet interpoſita,& ſic quæreretur de actione, quæ oritur ex numeratione,tunc dic,vt ſupra in § quas vero, quia pro parte tāgente cohæredem,ſi pecunia extat,nulli eſt quæſita actio,ſed poteſt vēdicari, ſi eſt conſumpta, poteſt reconciliari mutuum cohæredi,ſiue ſit bonæfidei, ſiue malæfidei,& acquiritur ſibi perfecte, tamen ſi non ratificat,licet apud ipſum remaneat directa,mutuanti tamen datur vtilis per l.ſi abſentis.C.eo.Sed quando ſtipulatio interuenit non eſt curandum de conſumptione per l. quāuis.C.e.licet gl.hic innuat ꝯriū,ſed habuit reſpectū, ꝙ pōt a cohærede vendicari. Vnde nō videtur ſtipulanti perfecte acqſita,quouſq; per dñm vendicari poteſt,iuxta ea, quæ no.in l. nā,& fur.Si vero cohæres eſſet bonæfidei, iſte eſt quart[9] caſus, tunc acquiritur ſibi etiam ex illa ſtipulatione ratione fictæ poſſeſſionis,licet. n. non poſſideat niſi apprehendat. l.cum hæredes.de acqui. poſ.fingitur tamen poſſidere hoc caſu hunc Stichum,licet homo liber ſit,quātum ad hoc, vt ſibi acquirat,ſicut & ipſa hæreditas,vt habet hic in glo.fi. & iſtud non eſt alibi ſm gloſſellam,aliquādo in alio caſu hoc reperitur ſ. de vſu capio.l.ceptam,& ex his apparet,ꝙ gl.illa magna, quæ incipit, (idem)in ver.(item quid eſt in aliis.) vſque in finem,deberet de libro abradi ſm Doct.q̄a format quæſtionem de eo,quod text. decidit,& determinat ad literam ꝯ text.eo caſu,quo hæreditas iacet,vel quo cohæres eſt bonæfidei,quia tex.vult ꝙ valet ſtipulatio,& acquiritur hereditati,vel coheredi.& gl. vult contra.
26 ¶ †Vltimo Barto. de iſto tex.in fi.facit maximum feſtum alibi in duobus locis,primo in verſic.(quod ſi proponatur)vbi dicit
b probari, ꝙ hæres neceſſarius præſumitur ignorare[b] contenta in teſtō,cum efficiatur hæres abſque eo, ꝙ videat teſtamentū, & idem dicit ipſe in filio, qđ eſt vtile ad mām. l. qui Romæ.§. duo fratres. de verb.obl.& dic,vt ibi plene per eum de iſto paſſu.Certe hodie etiam extraneus heres poteſt effici heres,abſq; eo,ꝙ videat teſtm̄,vt ſ.in nouiſſimo.C.de cadu.tol. vbi non vr̄ fienda iſta differentia,& filius poſito,ꝙ efficiatur heres ipſo iure,tñ propterea beneficium abſtinendi, quod habet a prętore, ęgparatur emancipato,vt l.nam nec emancipatus.de lega.j.& ſic hr̄ pro extraneo, & iſtam rationem tangit do.Raph.& ego alias pp iſtas rōnes ſemper dubitaui de dicto Bar. ſicut & iſte dubitat,an ſit verū,licet aliter non decidat, & mihi videtur, ꝙ
27 non,licet cōiter practicetur.†Item in alio fecit feſtum Bart. de eo,quod hic dicitur in fi. ꝙ inuicem vñr ſeruire bonafide, nā quando ſunt plures mercatores ſocii, ſi exercent negociationem per inſtitorem, quilibet ex contractu inſtitoris obligatur inſolidum, ſed quando per ſemetipſos, quilibet obligatur pro parte,vt l.habebat.§.fi.cum l.ſeq.de inſti.& in l.fi. cum l.ſeq. de
28 exerci.†hoc vltimum dicit ipſe verum,quando exercent per ſe ipſos.& in eodem loco,ſi vero in locis diuerſis,tunc ꝯtū celebrato cum vno,datur actio inſolidum ꝯ quemlibet ex aliis,qa alter alterius inſtitor videtur in ſuo loco,arg. huius text. in fi. vt ipſe nota.in l.ead.de duo.reis.& tetigi in l.ſi tamen plures. in prin.de exerc.

ADDITIONES.

a ¶Hæreditas.Nouiſſimi hic ponit maxime.d.Iaſ.multa,quod hæreditas poſtquā eſt adita,non eſt hæreditas.tu autem vltra eos adde, quod in pulchro caſu conſuluit Bar.Soc.conſi.incip.D.labia aperiat.&c.circa primam quæſtionem eſt aduertendum,quòd illius deciſio dependet &c.prope finem conſi.

b ¶Ignorare.An hæres præſumatur ignorare contenta in teſtamento.vide Alc.cōſ. 4.col.8.ver.plus dicit Dy.in 2.vol.qui alle.Pau.de Caſt.hic.Cur.

## LEX XLII.

1 *Qui promiſit in defectum alterius,petitione facta a primo non liberatur,ſed exactione,ſic.*

2 *Promittens in defectum alterius non dicitur fideiuſſor,& quis dicatur fideiuſſor.*

3 *Non debemus talem interpretationem facere, vt quæ facta ſunt ad cautelam,non proficiant.*

4 *In neceſſitatib.non cenſetur quis liberalis.*

5 *Antequam perueniatur ad fideiuſſorem,vel pignorum poſſeſſorem,debet excuti principalis,niſi eſſet notorium eum non eſſe ſoluendo, vel non facile ad conueniendum.*

6 *Exceptio ꝙ non fuit excuſſus principalis,admittitur etiam quando eius bona ſunt confiſcata,& debet excuti fiſcus.*

7 *Exceptio excuſſionis oppoſita,& admiſſa ante lit.cont.quando reddat iudicium poſtea ſecutum nullum.*

8 *Exceptio excommunicationis impedit iudicium ſequens, in quacunq; parte litis opponatur.*

9 *Idem in ſententia banni.*

10 *Si aliquis promiſit in defectum alterius,& creditor eligit vnū,quando tūc poſſit redire ad alium,& quid in fideiuſſore.*

11 *Creditor ſi fecit condemnari vnum ex duob.reis debendi,non tamē facta ſit executione, poterit agere contra alium.*

1 SI ego decem. † Qui promiſit in defectum alterius,in petitione facta a primo nō ſic liberatur,ſed exactione,ſic idem econtra. h.d. ſecūdū vnum intellectum vſque ad §. labeo. Sed ſecundum primam lect.gl.debet dici ſecus,ecōtra. & illa lectu. non eſt vera,
2 in tex.ibi(quanto minus a Titio conſequi poſſim) † eſt notan. ꝙ ille,qui ſic ꝓmittit,nō dr̄ fideiuſſor,nā fideiuſſor dicitur ille, qui ſe obligat pure,& ad idem, quod eſt obligatus principalis, ſed iſte non obligatur,niſi ad aliud, quod a principali exigi nō poterit.Vnde ſi totum exigi poterit in nihilū apparet eſſe obligatus,quod in fideiuſſore non eſt. Dicitur ergo iſte ex promiſſor,& eo.modo tenetur ille, qui promiſit indemnitatem,cenſetur enim ſe obligaſſe per hęc verba ſolum ad id, quod a principali non poterit exigi,ut C.de conue.fiſ.de.l.j.lib.x. & ibi per. glo.& Bar.C.de ſen.quę ſine cert.quan.l.2.& de cond.ob cau.l ſi pecuniam.in fi.princ.& vide omnino, quę no.Bart.in l.pater
3 dotem,de dote pręleg.¶†Item in tex. bi,(alioquin,)forma hic caſum.Nam ſi non poſſum agere contra Seium,poſtquā egiſſem contra Titium,ſequeretur,ꝙ nunquam agere poſſem,qa contra Seium agere non poſſum, niſi primo excutiam Titiū. ut l.decem.in fi.de verbo.obl.& ſic nec ante, quia non excuſſi, nec poſt,quia Titium elegi,& ſic cautela mea,quę fuit in ſtipulatione a Seio, nihil proficeret mihi, quod eſſe non debet. & ſic no.ꝙ non debemus talem interpretationem facere, vt quæ facta ſunt ad cautelam non proficiant;facit l.cauſam.§.puellā. de manumiſ.in tex.ibi, [ſed ſi, cum] in iſto verſic.pone caſum clarius q̄ gl. ſecundum Mar. Cy. & Dy. ꝙ cum Titius eſſet ſoluēdo in quinque, omiſſo Titio egi ꝯ Seium ad alia quinque, & exegi,ſi poſtea Titius efficitur ſoluendo in quinq;, & ego nunc volo agere cū eo, tanto minus potero agere,& ꝯſeq q̄tū exegi a Seio.ſicut.n.quatenus exegi a Titio non poſſū petere a Seio,ita eō,& ſic dēt exponi,dū dicit(cū Seio egero,) ſupple,& exegero.Sed ſm primā lc.gl.dēt intelligi egero, ſupple,& non exegero, nā non ꝑpea poſſū illa quinq; exigere a Titio quę a Seio petii,lʒ Titius effectus ſit ſoluendo, qa videor Titio feciſſe pactum de non petendo, quatenus peto a Seio, & iſte caſus ponit in litera ſm primam lect.Idem econuerſo,ſi Titius perderet illa quinque,in quibus erat ſoluendo, nō poſſum illa petere a Seio,quia conueniendo Seium in quinque videor ſibi feciſſe pactum de non conueniendo ipſum in plus, & iſte caſus non ponitur in iſta litera,ſed per ſimilitudinem probatur,&ſic videor feciſſe duo pacta, vnum vni, alterum alteri,ſecundum iſtos, quę lec. per omnes reprobatur, quia hoc pactum eſſet
4 gratuitum, & conſtat, † quod in neceſſitatibus non cenſetur

ſetur quis liberalis,vt l.rem legatam.de adimen.leg. Sed ſi Ti
tius non erat ſoluendo, niſi in quinq;, neceſſitas cogebat me
ad agendũ ꝯ Seiũ in aliis quinq;, ergo non videbar gratuitũ
pactũ facere alicui ipſorũ. Ponit ergo gl.ſecundam lect. quã
Doc. tenent, & eſt vera in ſe, ſed tu tene illã,q̃ dedi,q̃ clarior
eſt,& in hoc differt a lec.glo.quia in illa, totum quod petij a
Seio,exegi, vñ illud a Titio exigere non poſſum. Sed ſm lect.
vltimã gl.non totũ, ſed partem. Vñ illud exigere nõ poſſum,
ſed partem,quã non exegi, & ſic vtrunq; verũ eſt. Secundum
vero primam lec. gl.nihil exegi a Seio, qđ petij ab ipſo,& ni-
5 hilominus a Titio exigere non poſſum, qđ eſt falſum. †Sed
nunc eſt dubiũ,quõ poſſum omiſſo Titio,qui erat ſoluendo
in quinq;,ꝯ Titiũ agere ad alia quinq;?na vr̃ contra dictam l.
decem.in fi.de ver.obl. gl.dicit, ꝙ erat notoriũ ipſum non eſ-
ſe ſoluendo in plus,& iſta gl.dicit,ꝙ erat notoriũ ipſum non
eſſe ſoluendo in plus,& iſta gl.ſp allegat̃, ꝙ cum hodie ante-
quã perueniatur ad fideiuſſorem,vel pignorum poſſeſſorem
ſit neceſſe excutere principalem, vt in auth.præſente.C.de fi-
deiuſſo.tñ ſi principalis eſt notorie non ſoluendo,põt agi ex-
cuſſione non facta,& ſi opponatur exceptio,competit repli-
catio.Ideo dicit Bar.ſe conſuluiſſe,ſi principalis erat vnus ty-
rannus, vel magnus dñs, ita ꝙ notorium erat ipſum de facili
conueniri non poſſe,vel erat condemnatus de crimine,& bo
a na eius confiſcata,non admittatur exceptio excuſſionis[a] non
6 factæ,quia notoriè eſt non ſoluendo. †Ego habui hoc anno
iſtum caſum de facto,& conſului,ꝙ qñ bona ſunt cõfiſcata,
benè admittitur, quia debet fiſcus excuti, in quem tranſierũt
bona cum onere debitorũ,vt l.tutoris.C.ad legem Iuliam de
vi pub. & fiſcus ſp eſt ſoluendo, & idoneus.ĩ.de fund.dot.l.2.
in fi.& nunc reperio.D.Raph.idem tenentem hoc dictum, er
go Bar.põt ſaluari, ſi opponeretur exceptio, ꝙ nõ fuit excuſ-
ſus principalis condemnatus, iſta.n.non admittit̃,quia noto-
riè eſt non ſoluendo, ſed illa, ꝙ non eſt excuſſus fiſcus,bene
admittitur,& ita dixi in illo conſilio, & erat cauſa multũ ar-
7 dua, in qua ẽt dubitabat̃,†an exceptio excuſſionis oppoſita,
& non admiſſa, añ litẽ conteſt. reddat iudiciũ poſtea ſecutũ
nullũ:qđ dubiũ per Doct. malè declaratur. Ego dixi, ꝙ ſi iu-
dex admittere cõtempſit, vt quia noluit recipere,vel recepit,
& nulla replicatione facta ad vlteriora proceſſit, non valeat
proceſſus tanq̃ factus in contemptum legis, arg.ſ.de fer.l.j.§.j.
neq;.n. prætoris factũ &c. Si vero oppoſita fuit replicatio, &
iudex adhibita cauſæ cognitione ad vlteriora proceſſit ea nõ
obſtante,tunc valeat,quia non vr̃ in contemptũ legis feciſſe,
ſed eam repuliſſe cã cognita. Nam non ſemper talis exceptio
eſt admittenda,vt patet ex his,quæ ſ.dixi. & ſic ipſe vr̃ proceſ-
ſiſſe, quia eſt caſus, in quo de iure admittenda non eſt, & ta-
citè pronunciaſſe vr̃ ad vlteriora procedendo, vt in c. ex par-
te.de app.iuncta.l.ſin autem. § fi.de neg.geſt. & l.qđ in die.§.ſi
rõnem.de compenſa.& ad hoc adduxit dictũ Ioan.Andr.qui
in ſimili vr̃ determinare, qñ opponitur exceptio rei iudic.ad
impediendum proceſſum,& non fuit admiſſa,vt in c.ad mo-
naſterũ.de re iudic. quod etiam vr̃ eſſe de mente Ang.in d.l.
decem.vbi dicit,ꝙ actor debet replicare,ſi vult iudicium red-
di nullum,& dicere, ꝙ non intereſt illius illam exceptionem
obiicere,per glo.quæ eſt in l.niſi.ſupra de pac.ſi vero non fuit
oppoſita ante lit. conteſt. non redditur conteſtatio nulla, qa
peruerſio vnius actus ad alium,non reddit actum nullum,ut
l.j.C.de app.& l.mancipium.& l.in cõi diu.ĩ.de cui.& ita loq-
tur,qđ hic infi.no.Bar.dum dicit, ꝙ hoc põt intelligi,qñ non
fuit oppoſita exceptio,& quod idẽ Marti. no. in l. in cõi diui-
dun.in fi. ¶Sed eſt dubium, licet non reddatur conteſtatio iã
facta nulla,vtrum ſaltem impediet proceſſum ad vlteriora,
niſi fiat excuſſio. Bal.in d.l.2. C.cõi diu. vr̃ ſentire,ꝙ ſic,& ita
intelligit dictum Bart.ꝙ niſi probet principalem non eſſe ſol
uendo, non poſſit obtinere, quia non eſt aperta via agendi.
Tu dic melius, ꝙ in terminis huius legis, quia agitur contra
non obligatum ante factam excuſſionem, põt procedere di-
ctum Bal.& illud tenet hic domi. Raph.licet Bal.non alleget.
8 †Sed ſi agitur contra obligatũ, tunc poſtq̃ paſſus eſt litem cõ
teſtari, videtur renũciaſſe exceptioni dilatoriæ, quatenus iſta
exceptio differt iudicium, & ſic in toto iudicio non poterit
excipi,quominus ꝓcedatur ad ſcđm, ſi declararet ipſum debi
torem,& condemnetur.argu.in l.Pomp.§.j.de procur.& l.qđ
bona.§.ſi alieno.de dam. inf.cum ibi no.ſolum.n.hoc reperi-
mus in ſñia excõicationis, quæ impedit iudicium ſequens in
9 quacunque parte litis opponatur, vt in c.j.de excep. lib.6.†&
idem in ſimili ſñia banni.vt no.Bar.in l.eleganter.§.ſi.poſt.de
cond.inde. Aliæ vero dilatoriæ,vt impediant iudicium,debẽt
opponi ante litem conteſt.aliàs perderent vim dilatoriarum,
licet retineant vim peremptoriarũ, vt in dicto.§.ſi poſt. Si ve-
ro confitentur debitum, non expediret vlterius proſequi,qa
pro condemnato habetur, vt in l.ſi reus paratus.de proc. Sed
nunc eſt dubiũ, an facta condemnatione poterit opponi in
executione, puto ꝙ ſic, quia non impugnat ſñiam per l.Ne-
10 ſennius.§.fi.de re iud. & l.ex diuerſo. in fi.ſolu.matr. ¶†Quæ-
ro ponamus, ꝙ tpe quo inceptum eſt iudiciũ cum Seio ex-
promiſſore, Titius primus debitor erat non ſoluendo, & ſic
bñ fuit cęptũ, ſed ipſo pẽdente effectus eſt ſoluendo, vult ex-
promiſſor, ꝙ creditor dimittat eum, & vadat ad Titium, an
cogatur hoc facere? Cy.mouet iſtam qõnem in auth.pñte.C.
de fideiuſ.ſed hic vr̃ probari, ꝙ nondũ dicit eo tpe ex quo iu-
dicium inter me, & Seium acceptum eſt, & ſic vr̃ velle,ꝙ in-
ſpiciatur initiũ iudicij, & ſi tunc eſt bene cęptum,ex ſuperue-
nienti caſu nõ debet variari. tene mẽti.facit l.pe.§.j.ĩ.de inſti.
in rõne ſui, dicit uarietati ſtet̃ cum cõcordantiis ibi allegatis.
¶Item q̃ritur quid econuerſo, ſi aliqñ Titius fuit ſoluendo,
nũc uero cum iudiciũ inchoat̃ ꝯ Seium, non eſt ſoluẽdo? vr̃
idẽ,ut Seius nõ poſſit obiicere, ꝙ aliqñ Titius fuerit ſoluẽdo,
& ꝙ actor ſibi imputet quare non conuenit. arg.huius legis,
tu dic in hoc,vt hr̃.ĩ.de fideiuſ.l.ſi fideiuſſores.ĩ.in tex.& gl.&
ibi eſt caſus de hoc,ꝙ immo eſſet imputandũ, ſi fuiſſet negli-
gens,nõ ſic in ſimplici fideiuſſore,qui nõ põt imputare credi
tori,ꝙ non cõuenit principalem tẽpore, quo erat ſoluendo,
quinimmo ſi fuiſſet illi proteſtatus, vel denunciaſſet,ꝙ prin-
cipalem conueniret, vt vr̃ tex. in l.ſi fideiuſſor.§.creditori.eo.
tit.de fideiuſ.dic,vt ibi,quia iſte de quo hic non eſt obligatus,
niſi in defectum principalis, ſecus in fideiuſſore. Vel dic,ꝙ il-
la l.fideiuſſor.loquitur de iure veteri,quo non habebat bene-
ficium excuſſionis, hodie videtur ſecus, cum ſit eadem rõ,qa
non vr̃ obligatus,niſi in ſubſidium ꝓꝑ exceptionem,licet me
11 ro iure obligatus ſit. & hoc placet. †¶Vltimo quæritur,quid
ſi ſunt duo rei debendi, & creditor elegit vnum, & fecit eum
condemnari, non tamen facta eſt executio, an poſſit agere ꝯ
alium? & videtur,ꝙ non. quia hic erat in ſua electione quem
vellet conuenire eligendo,ergo vnum videtur ſibi præiudica-
re contra alium, Nõ ſic in caſu huius legis,vbi neceſſe habuit
conuenire primo Titium. Breuiter in contrarium eſt ueritas,
quia eſt caſus in l.fi.C.de fideiuſ. ꝙ eligendo vnum ex plurib.
obligatis,nõ præiudicat, quo minus ad aliũ recurrere poſſit,
ſi primo non exegit.tene mẽti illam l. qa notab.nõ ſunt alia.

ADDITIO.

a Excuſsionis. Vltra ea, quæ poſui hic in apoſtillis. Adde plenè no.in materia ex
cuſsionis.Sign. de Medio.conſi.57.

---

1 *Imperſonalitas circa verbum executiuum obligationis non vitiat ſtipula-
tione, et tũc reũ locupletem dando liberatur debitor,& quando vitiet.*
2 *Si promitto dare,intelligitur per me,ſi vero promitto dari,tunc ſolum fa-
ctum meum eſt in obligatione quo curem.*
3 *Promittens decem,nec vltra dixit dare, vel dari,ſubintelligitur dare.*
4 *Promiſsio facti alicui incertæ perſonæ ualet, & ſubintelligitur verbum da
re,vel curare.*
5 *Quando ex tenore libelli apparet, quòd quis petit aliud quàm quod ſibi
debetur,non cogetur reus ſubire iudicium,nec reſpondere libello.*

1 **§. Labeo ait.** ¶†Imperſonalitas circa verbum exe
cutiuũ obligationis non vitiat ſtipu-
lationẽ,& tunc reum locupletẽ dando liberatur debitor.h.d.
¶In tex. ibi (dari) & ſic imperſonaliter,quia non a ſe, vel ab
alio,& iſta imperſonalitas ſi eſt circa verbum executiuũ.non
vitiat ſtipulationem, ſecus ſi eſſet circa verbum inductiuum
obligationis,ſeu promiſſum,vt ſi diceret promittuntur,nam
a non valet ſtipulatio, ut in auth.ſi qñ.[a] de conſt.pecu.ſed hic
dixit,promitto tibi dari,ſeu ꝙ dabuntur decem,& ſic fuit per
ſonalis in verbo promiſſiuo, & hoc ex parte promiſſoris,ſed
ex parte ſtipulatoris ẽt ſi ſit in verbo promiſſiuo, non vitiat,
vt promittis dare.ro. licet.n. non dicat mihi,tñ ſubintelligit̃,
2 vt l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.de ver.ob.†Si vero dico ꝓmitto
dare per infinitiuum actiui, non eſſet imperſonalitas, nec in
promiſſio.nec in executio. & ſine dubio vleret,quia intelligit̃
per me,& tunc non liberaretur dando reum locupletem,qa
decem ſunt in obligatione. Sed quando per infinitiuum paſſi
ui videor promiſiſſe curare,ꝙ debetur,vnde decẽ non ſunt in
obligatione,ſed ſolum factum meum, quo curem, & dando
reum locupletem ſatis curo,& hoc uoluit glo. magna hic.in
3 prin. Item dixi,promitto decem,nec dixi dare,uel dari ſub in-
telligitur dare, & ſic idem dicitur in proximo præcedenti,ut
l.promiſſor.in fi.ĩ.de conſti.pecu.& hoc vult eadem gl.in fin.
Idem ſi dixiſſem promitto facere, quòd habebit decem,nam
hoc verbum, plus, importat ut uidear promiſiſſe per meip-
ſum dare,& hoc probatur in l. ſi hæres. de leg.j.allegata in gl.
pro,& contra.¶Sed opp. ꝙ iſta promiſſio promitto tibi dari,
uel quòd dabuntur decem,non ualeat,qa licet nõ uitietur ra
tione imperſonalitatis, tñ uitiatur ex alio, quia uideor ꝓmit-
tere factũ alienũ. Aut.n.intelligimus,ꝙ uidear promiſiſſe da-

re per

ADDITIO.

a Si quando. Et ibidem vide per Bal.& in hunc ipſum locum, & Fran.de Are.vide
omnino per Alex.& in l.ſtipulatio.§.ſicut.& §.ſi quis ita.ff.de ver.obl. & l.quot.
& l.illa.§.j.eo.titu. de verb.obl. Et adde quod ſecus eſt in legatis. Nam onus im-
perſonaliter iniunctum, hæredi iniunctum intelligitur, vt in locis ſupra alleg.

per me,& falſum eſt, quia non liberarer dãdo reũ locuple-
tem per dictã l.promiſſor.in fin. quia aliud pro alio &c.cuius
ꝯrium hic dr̃.Aut dicimus, ꝙ intelligimus dare per alium, &
tũc nõ deberet valere,qa ſi ꝓmitterẽ Titiũ daturũ, vel ꝙ Ti-
tius tibi dabit, nõ valet ſtip̃lo ꝑ l. inter ſtipulantẽ. in princ.de
ver.obli.& Inſt.de inuti.ſtipula.§.ſi quis alium. Timore huius
glo.ſuper verſ. (dari) facit vim in ver.(curari.) quod dicit eſſe
in tex,quod verbũ ſi nõ eſſet appoſitum in iſta promiſſione,
non valeret,vt in ll.contrariis, ſed qñ eſt appoſitum,bene va-
leret.vt l.ſtip̃lo.in prin.de ver.obl.quia promittit de facto ſuo.
Item dicit gl.ꝙ & ſi in tex.non hr̃,debeat ſubaudiri. Bar.autẽ
nõ vr̃ in hoc facere vim, nec perpendit de iſto contrario,ſed
ſolũ dicit ſufficere, ꝙ iſta imperſonalitas non eſt in verbo in
ductiuo oblõnis, ſed executiuo. Do.Raph. reprehendit Bart.
4 per plures rõnes.& adhæret gl. Ego dico ſic ſuſtinendo†Bart.
interdum quis promittit de facto alieno certæ, & determina-
tæ ꝑſonæ,& nõ valet promiſſio, niſi apponatur verbum face
re,vel curare, & ita loquuntur leges allegatæ in gl. Interdum
de incerta ꝑſona, vt promitto dari, vel ꝙ dabunt decẽ, & tũc
valet, quia ſꝑ ſubintelligitur verbum curare, & ita intelligo
iſtã gl.& tunc remanet iſte §.notabilis, & ſingularis,ſm intel-
5 lectũ Bar.¶†Vltimo no.hic,ꝙ qñ ex tenore libelli apparet,ꝙ
quis petit aliud, q̃ quod ſibi debetur, non cogetur reus ſubire
iudicium,nec rñdere libello,vt hic in fi.patet. nam debet hoc
intelligi,ꝙ iſte in ſuo libello narrauit,quãr talis promiſit ſibi
dari.x.ponendo verba inſtĩ, prout fieri conſueuit,& petebat
ipſum condẽnari ad dãdũ x. Certe ex tenore verborum appa
ret,ꝙ reus nõ teneret̃ dare x. ſed ſolũ curare,ꝙ ille habeat,iõ
ſi offert reũ locupletẽ, dẽt abſolui ab inſtãtia iudicij,& ita in
telligas iſtum text. Sed ſi narraret tãr qđ ſi eſſet verũ,dare te-
neret̃,licet verũ nõ eſſet,cogeret̃ rñdere libello,& procederet
iudicium, ſed non obtineret, quia debet inſpici,id quod nar-
rat̃ in libello,ſi verũ eſt,prout narratur. vt in l.cũ q̃dã puella.
in fi.& ibi no.de iuriſ.omn. iudi. & l.j.in princ.ſ.de dolo.& ſi
quadr.pau.feciſ.dica.l.j.ĩ prin.in gloſſella,q̃ dicit,& verum ſit.

1 *Quando vnus ex litigatoribus defert alteri iuramentum, per quod lis deciditur,dicitur credere,vel confidere de aduerſario,quia facit eum iudicem,& teſtem in cauſa.*
2 *Iuramenti deciſiui litis tres ſunt ſpecies.*
3 *Iuramentum litis deciſiuum defertur ſuper eo, quod fuit de pręterito,vel de præſenti.*
4 *Iuramentum de iure canonico in quibus caſibus non teneat.*
5 *Iuramentum teſtis eſt de veritate,& interdum de credulitate.*

## *De iureiurando. Rub.*

1 ¶†Quia qñ vnus ex litigatorib. defert alteri iur̃m, per quod
lis decidit̃, dr̃ credere,,vel confidere de aduerſario, quia facit
eũ iudicẽ,& teſtẽ in cã.vt C.de fideiuſ.l.fi.merito poſt titulum
præcedentem, qui ſub titulo, ſeu rubrica gñali,de rebus cre-
ditis,fuit præmiſſus: ꝑꝑ frequentiã contractus congrue ſubii-
citur iſte titulus,ante oẽs alios, ꝑꝑ experientiã fidei,& credu-
2 litatis, † & tractatur hic de iur̃o deciſiuo litis; cuius tres ſunt
ſpẽs,de quibus rubrica facit mentionem, & dr̃ de veritate,&
hoc eſt,quod voluit.l.quoties.ĩ.eo. dum dicit ꝑꝑ rem,& veri-
3 tatem,ſecundũ Gul.& defertur ſuper eo,†quod fuit de præte-
rito,vel eſt de præſenti,& in hoc differt a titulo de iureiur.qui
eſt in decretalib. quia ille tractat de iur̃o de futuro,vt ſi quis
iurat aliquid ſe facturũ, de quo in iſto titu.non fit mẽtio,niſi
in vno loco, vt ĩ.eo.l.ſi duo. in fi.nec in C.eo.tit.ſed de ipſo fit
mentio in aliis partibus iuris,qñ ponitur ad confirmationem
alicuius cõtractus validi.ſi.n.eſſet inualidus, ſeu inualidãdus,
tunc defertur,vt validet,vel obliget, veluti ſi qñ eſt inualidus
ex priuilegio minoris ætatis,vt l.j.C.ſi aduer.ven.& in auth.ſa
4 cramenta,ibi poſita.†Sed de iure cano. validatur quacunque
rõne ſit inualidus, dummõ poſſit ſaluari, ſine interitu ſalutis
æternæ.vt in c.cũ contingat.extra eo.titu. & per totũ.niſi ſit ꝯ
bonos mores, ut in cap. non eſt obligatoriũ.de reg. iu.libr.6.
vel contra vtilitatem publicam principaliter, vt in eo. cap.ſi
diligenti. de foro comp. vel niſi fuerit dolo, vel metu præſti-
tum,ſeu tendat in præiudicium alterius, vt in c.2.de pact.li.6.
quod plene proſequere. vt no.Barto.in l. ſi quis pro eo.ĩ.de fi-
deiuſ. vbi ponit pulchrum tractatum, hoc ſolum tradidit ad
iſtum finem.ſ.ad oſtendendum, qualiter iur̃m hodie de iure
canonico ſit ſeruandum,poſito,ꝙ poſſit ſeruari ſine interitu
ſalutis æternæ, quia non ſemper propterea eſt ſeruandum. &
iſtud facit te intelligere iſtum tractatum valde utilem, ad quẽ
5 ſemper recurrimus. ¶†Et no. hic in gl.rubricæ,ꝙ iuramentũ
teſtis eſt de veritate, & ſic ſi iuraret de credulitate, non ſtaret̃
a dicto eius.[a] Sed certe text. iuris canonici dicunt, ꝙ interdum
interrogatur de credulitate, ut in capitulo cum dilecta.de ac-
cuſ.& glo.in l.2.§.Item Labeo.de aqua plu.arcen.quæ incipit
[ſic igitur.]de hoc uide in Spec.de teſte.§.j.verſi. item ꝙ depo
nunt de credulitate.in 12.col.circa fin.

ADDITIO.

a Dictio eius Do. Iaſo. more ſuo ſolito, hic multa dicit ſuper hoc, ei adde quod Abb.in c.cum cauſam.de teſt.referens. Goffr. dicit, quod teſtis interrogatur de credulitate, & fama,& auditur ad præſump.non ad probationem.& h.d.no.& ſequitur Bar.Soc.conſi.inc,dominus labia mea &c.in cauſa contra filios.

## LEX PRIMA.

1 *Iuramentum fuit inuentum ad lites expediendas.*
2 *Exceptio iuriſiurandi eſt exceptio litis finitæ, & poteſt opponi ad impediendum litis conteſtationem.*
3 *Iuramento ſolo expediuntur lites, quando defertur iuramentum voluntarium extra iudicium lite non inchoata, ſed in neceſſario iuramento debet ſequi ſequentia iudicis.*
4 *Iuramentum neceſſarium eſt triplex, quia interdum defertur in defectum probationis,vel ad probationem ſupplendam.*
5 *Interdum ad innocentiam purgandam, & dicitur iuramentum purgationis,ſeu conſcientiæ.*
6 *Interdum defertur non in defectum probationis ad ſupplendam, ſed ad eam de nouo fiendam, licet nulla alia indicia ſint, & dicitur iuramentum in litem.*

1 MAximum. ¶†Iuramẽtum,de quo tracta
tur in hoc titulo, fuit inuentũ
ad lites expediẽdas, & interdũ ſolo iur̃o expediũ
tur,interdũ mediãte iudicis ſnĩa,unà cũ iur̃o.h.d.
2 in effectu. †Ex primo dicto patet, ꝙ exceptio iuriſiurandi eſt
exceptio litis finitæ,ſicut exceptio tranſactionis,vel rei iudica
a tæ, iõ põt opponi ad impediẽdũ litis cõteſtationẽ,[a] qđ dic,vt
3 ĩ.e.l.nã.& poſtea.in prin. ¶†Quantũ verò ad ſcđm, dic,ꝙ ſo-
lo iur̃o expediunt̃, qñ defert̃ iur̃m volũtarium extra iudiciũ
lite non inchoata, ſed mediãte ſnĩa iudicis una cum iur̃o, qñ
defertur iudiciale, vel a iudice ſolo in defectum probationis,
qđ eſt neceſſarium, nam poſt iur̃m ſequit̃ ſnĩa,qđ dic,ut ĩ.e.
4 l.nam & poſtea.§.fi. ¶†Vltimo ſcias, ꝙ iur̃m neceſſarium eſt
triplex, nam interdũ defertur in defectũ probationis, uel ad
probationem ſupplendam, de quo infra eo.l.admonendi, &
5 C.eo.l.in bonæfidei.†Quoddam in defectum probationis nõ
ad ipſam ſupplendam, ſed ad innocentiam purgandã, & hoc
dicitur purgationis,ſeu conſcientiæ, de quo habetur in l.præ-
ſenti.§.ſicubi.C.de his qui ad eccle. confu. & de pœn.iud.qui
6 ma.iud.auth. nouo iure. & de fal.l.ubi. † Quoddam eſt,quod
defertur non in defectum probationis ad eam ſupplendam,
ſed ad eam de nouo fiendam, licet nulla alia indicia ſint, &
hoc eſt iuramentum in litem, de quo infra titu. proxi. quod
interdum eſt ſuper actione,ut in arbitriis ratione doli aduer-
ſarij,ut in l.actionibus.infra tit.primo.& l.ſequenti. C.uñ ui.

ADDITIO.

a Litis conte. Item ad impediendum compromiſſum ſecundum mod.in l.fratris. C.de tranſ.& Rom.in rub.de arb.in 18.col.

## LEX II.

1 *Tranſactio poteſt ſummi,vt genus,& tunc dicitur receſſum a lite,& comprehendit etiam ſententiam,& iuſiurandum.*
1 *Trãſactio,vt ſpecies fit de re dubia,et lite incerta,aliquo dato,vel retẽto.*
3 *Tranſactio in ſpecie ſumpta dicitur contractus innominatus.*
4 *Quilibet contractus vltro citroq; obligatorius large põt dici permutatio.*
5 *Iuramentum litis deciſiuum maiorem habet authoritatem, quã res iudicata,& quare.*
6 *Contractus qui ſolo conſenſu contrahuntur,dicuntur maioris authoritatis, quã illi,in quib.requiritur conſenſus, & etiã alia,puta,res, vel verba.*
7 *Sententia,tranſactio, & iuramentum ſe habent,vt excedentia.& exceſſa.*

1 IVſiurandum. ¶†Ex primo dicto hui⁹
l.iuncta gloſ. magna. in
princ.quæ dicit, ꝙ tranſactio poteſt ſummi,ut ge-
nus,& dicitur iſtud,receſſus a lite,& ſic comprehẽ
hendit omnem actum, per quem a lite receditur, etiam ſen-
2 tentiam,& iuſiurãdum,& poteſt ſumi,ut ſpecies,†ut illa,quę
fit de re dubia, & lite incerta aliquo dato, uel retento, & de
iſto loquitur titulus de tranſactionibus.ff. eo.ſed de prima lo-
quitur iſte titulus.Patet ſecundum Bar.†ꝙ tranſactio in ſpe-
cie ſumpta,dicitur contractus innominatus,quia non habet
ſpeciale nomen,ſed retinet ſibi nomen generis, ſicut & per-
mutatio in ſpecie ſumpta, quæ eſt, cum permutatur ſpecies
cum ſpecie,de qua loquitur titulus, de rerum permutatione
nam ideo dicitur contractus innominatus, quia non habet
4 ſpeciale nomen, ſed retinet ſibi nomen generis, †cum quili-
bet contractus ultro citroque obligatorius large poſſit dici
permutatio,ut emptio, uel uenditio, quia permutatur res cũ
pecunia, & iſtam doctrinam tradit glo. C.de rer.permu.ſuper
5 rubrica.†ſm uero dictum huius l.dum dicit,ꝙ habet maiorẽ
authoritatem,quam res iudicata glo.in fi.aſſignat rationem,
quæ non eſt bona,ſecundum Gul.de Cug.quia non procedit,
niſi in iuramento iudiciali, in quo interuenit authoritas iu-
dicis,& uoluntas partis,non autem in uoluntario,in quo au-
thoritas iudicis non interuenit,nec in neceſſario,in quo non
interuenit uoluntas partis, & tunc tex. hic generaliter loqui-
tur, & ſic comprehendit omnes ſpecies iuramenti deci-
ſiui.

a ſini.[a] Dic ergo, ꝙ eſt maioris authoritatis, quia facilius expe-
ditur per iuramentum. [cum multa ſolennitas non ſit neceſ-
ſaria] ꝗ per ſententiam, in qua ſententia multa ſunt neceſſa-
6 ria, vt C. de ſenten. prolat. †& contractus, qui ſolo conſenſu
contrahuntur, dicuntur maioris authoritatis, ꝗ illi, in quib.
requiritur conſenſus, & ẽt aliud, puta res, vel verba, vt l. iuriſ
7 gentium. ſ. de pac. ¶† Vltimo no. gl. magnã. ex qua not. ꝙ iſta
tria remedia, ſ. ſnia, tranſactio, & iuſm ſe habent, vt exceden-
tia, & excedentia, vt in ſimili no. glo. ſ. tit. j. l. certi condictio. iſta tñ
gl. indigeret ſuppletione in multis, ſed in legibus particulari-
bus, de quibus mentionem facit, patent ſuppletiones.

ADDITIO.

a Deciſiui. Inquantum do. Iaſ. hic ponit, an inſtrumentum vigore iuramenti habeat executionem paratam. & in quarta lim tatione dicit debere intelligi de iuramento deciſiuo adde quod idem tenet Soci. conſil. inci. D. labia mea aperiat, viſis & conſideratis.

## LEX III.

1 *Iuramento præſtito aduerſario deferente ſtandum eſt, quo ad ipſos litigantes, non quo ad extraneos.*
2 *Verba legis, vel ſtatuti non fruſtra iudicantur appoſita.*
3 *Iuramentum calumniæ excuſat a præſumpta calumnia, & an ab expenſis litis.*
4 *Iuramentum vnius non facit præiudicium alteri, qui in illo non conſenſit.*
5 *Factum matris non poteſt nocere filiis, in his, quæ ſunt magni præiudicii, nec prodeſſe in præiudicium alterius.*
6 *Mater iurando ſe eſſe prægnantem, ex tali iuramento mittitur in poſſeſſionẽ bonorum illius, licèt ex alio eſſet prægnans, & ad quid proſit hæc miſſio.*
7 *Filius conſtituitur in quaſi poſſeſſione filiationis ex facto parentum, nec tamen fit præiudicium veritati, quominus poſſit probari contrarium.*
8 *Iuramentum deciſorium, an poſſit deferri in criminali?*
9 *Contra iuramentum deciſorium voluntariè præſtitum non admittitur probatio.*
10 *Accuſatus deferens iuramentum accuſatori, ſi iuret, præiudicat ſibi in pecuniaria, non in corporali pœna.*
11 *Iuramentum, an poſſit deferri in cauſa matrimoniali?*
12 *An poſſit deferri in cauſa monachationis?*

1 Ait prætor. ¶† Iuro præſtito aduerſario deferente ſtandũ eſt quo ad ipſos
litigantes, non quo ad extraneos. h. d. Bart. vſque
quaſi ad fi. l. vſque ad verſ. [iurari] & ponit hic par
tem verborũ edicti, qđ loquebatur, qñ actor defert reo, & reus
iurauit ſe non teneri, nam dicebat edictũ, qđ nec in reũ, neq;
in ſucceſſores eius dabit amplius actio actori, vt patet hic iũ
cta l. ait p̃tor. in prin. ĩ. eo. & hic exponit vnã particulã verbo-
2 rũ, ibi alterã. ¶† No. primo in ver. [non fruſtra.] ꝙ verba legis
nõ fruſtra iudicant̃ appoſita, quod eſt notandũ ad interpreta
tionem ſtatutorũ, vt nũquam debeamus interpretari taliter,
a ꝙ aliquod uerbum fuerit fruſtratorie[a] poſitum, ꝑ hoc quod
hr̃ in l. j. quod metus cau. tex. & in gl. & vide qđ per hoc nota
in addi. Specu. in titu. de ſen. §. qualiter. in addi. q̃ incipit, [vt lit.
cont.] Item no. ibi, [alioquin facilius.] ꝙ nõ debet eſſe in po-
teſtate debitoris ſe ab obl'one eximere, ſicr nec in p̃tãte alicu-
ius aliquod p̃iudiciũ alteri facere. facit l. ne in p̃tãte. ſ. de arb.
3 & de iudiciis. l. 2. §. ſed ſi agant. in fin. ¶† Item no. in §. vñ Mar-
cellus. circa medium. ꝙ iuſm calumniæ excuſat a p̃ſcripta ca
lumnia, facit c. 2. de iura. calum. Sed an ab expenſis litis? dic, vt
in l. q inſolidũ. de leg. 2. & in Auth. de iud. §. oportet. & ĩ auth.
4 gñaliter. C. de epiſ. & cle. ¶† No. ẽt ꝙ iuſm vnius nõ facit p̃iu-
diciũ alteri, qui in illo nõ cõſenſit, vt hic, & idẽ eſt de iure ca-
5 nonico, vt in c. 2. de pactis. li. 6. ¶† Vltimo no. ꝙ factum mr̃is
non põt nocere filiis, in his, q̃ ſunt magni p̃iudicij, nec ꝓdeſſe
in p̃iudicium alterius ſed bñ in his, q̃ ſunt modici præiudicij,
6 ſicut hic patet. † quia iurando ſe eſſe p̃gnantem ex tali. mittit̃
in poſſeſſione bonorũ illius, ac ſi ita eſſet, poſito, ꝙ non ex il-
lo, ſed ex alio ſit prægnãs, quia hæc miſſio ꝓdeſt quãtũ ad ali-
menta, nõ aũt quominus poſſit ꝓbari, ꝙ nõ ſit ex illo, vt hic
7 patet, conſtituit̃ † ẽt filius in quaſi poſſeſſione filiationis ex fa-
cto parentũ, qđ dic, vt l. non nudis & l. nõ epiſtolis. C. de ꝓba.
non tñ fit præiudicium veritati, quominus poſſit ꝓbari ɔ̃riũ,
8 vt ĩ. de probationib. l. fi. ¶† Vltimo gl. hic format tres quæſtio
b nes. de prima q̃one, an in criminali[b] poſſit deferri iuſm deci-
ſorium tractat Bar. in l. maritus. ĩ. de q̃o. & canoniſtæ in c. fin.
eo. ti. Br̃ dic, ꝙ ſi de crimine agit̃ ciuiliter ad pœnam applicã-
dam parti, ſine dubio põt deferri, vt hic in verſ. quacunq; ibi
dũ dicit [ſiue pœnali actione,] quia cã eſt priuata. Si vero cri-
minaliter ad pœnam publicam perſonalem, vel pecuniariã
applicãdam fiſco, cã non eſt priuata, & ſic non poteſt reipu.
fieri præiudicium per priuatos, vt ſ. de pac. l. ſi vnus. §. item ne
experiar. & §. ſi paciſcar. & propterea dixerunt quidã non de
bere deferri. gl. tñ hic videtur aliter ſentire per l. cum qui. §. in
popularibus. ĩ. eo. vbi cã erat publica, & tñ defertur, ſed certe
parum vr̃ facere, quia loquitur in actionibus popularibus, in
quibus, licet vertatur vtilitas publica quo ad quid, pœna tñ
in eis applicatur parti, vt l. ſi quis id quod, cum ibi nota. ſ. de
iuriſ. om. iu. Breuiter dic, ꝙ aut loquimur de voluntario, aut
iudiciali, aut de neceſſario. Primo caſu, ſiquidem qui vult ac-
cuſare, deferat ei, quem vult accuſare, & ille iurat ſe non cõ-
miſiſſe maleficium, illud iuſm ſeruatur quantum ad deferen
tem, quia ſi vult poſtea accuſare, non poteſt, per l. ſi maritus.
§. ſi negauerit. ĩ. de adult. non tñ fit præiudiciũ reipub. quomi-
nus iudex ex officio poſſit inquirere, & quominus alius accu
ſator admittatur, etiam abſq; eo, ꝙ probet de præuaricatio-
ne primi deferentis, cum non interueniat authoritas iudicis,
& ſic non obſtat. §. in popularibus. qui debet intelligi, qñ in-
teruenit. Si uero ille, qui dicebatur criminoſus detulit accuſa-
re volenti, & ille iurauit, tale iuſm parum, aut nihil oꝑatur,
quia in criminali requiritur ſnĩa, nec ſufficit ſola confeſſio,
vt l. Iul. ĩ. de confeſ. melius. in l ſi cõfeſſus. & ibi no. ĩ. de cuſto.
reo. vñ poſito, ꝙ talis delatio habeat vim confeſſionis, ſm qđ
tenet hic Ia. Bu. non ꝑpea ſufficit in criminali ad ſnĩam feren
dam confeſſio extra iudicialis. vt no. in l. capite. 5. de adul. licet
ſecus in ciuili, vt l. gñaliter. C. de non nu. pec. ¶ Secundo caſu
de iudiciali, quod defertur a parte parti iudice approbante,
ſi quidem accuſator vult deferre accuſato, & ſic ad abſolutio
nem fiendã, iudex non debet in hoc authorari, cum ille non
proſequatur cãm ſuam, ſed publicam, ut in iuribus. ſ. allega.
Si. n. authoritatẽ præſtitit, & ille iurauit ſe non criminoſum,
vr̃ ꝙ ꝑp authoritatẽ iudicis fiat præiudicium reipub. in hoc,
vt non admittatur alius accuſator, niſi doceat de præuarica-
tione primi deferentis, ut in d. §. in popularibus. maxime, ſi ſe
cuta fuit abſolutoria, vt in l. ſi quis. §. hiſdem. de accuſatio. ecõ
tra vero ſi accuſatus defert accuſatori ad condemnationem
fiendam, & ille iurauit, an ex hoc accuſatus debet cõdemna-
ri. Fuit hic varietas inter Gul. qui dixit, ꝙ non, quia in crimi-
nalibus requiruntur probationes luce clariores, & inter Iac.
But. qui voluit, ꝙ ſic, quia ſi accuſatus, defert accuſatori, uide
tur confeſſus crimen in caſu, quo accuſator iurat, & conſtat
ex confeſſione, non ratione iuriſiurandi, & effectus eſt ma-
gnus, quia contra confeſſionem admittitur probatio in con-
9 trarium. vt l. cum falſa. C. de iuris, & fac. igno. † Sed contra iu-
10 ramentum non, ut ĩ. l. prox. §. dato. & l. nam, & poſtea. §. j. † mi
hi videtur, ꝙ licet iuramentum detulerit, non propterea vi-
detur fateri crimen in caſu, quo iuretur, quia non neceſſario
hoc ſequitur, ſed bene fateor, quòd cenſetur conſentire, vt cõ
demnetur ac ſi crimen commiſiſſet, & dico, quòd ſi quidem
veniebat pęna imponenda pecuniaria, potuit ſibi præiudica
re per ſuam confeſſionem & ſic condemnabitur virtute iura
menti, nec poterit contrarium probare. Si uero pęna corpo-
ralis, tunc non potuit ſibi præiudicare, cum non ſit dominus
membrorum ſuorum, ut l. liber homo ad leg. Aquil. & ſic il-
lo non obſtante iudex ex officio quærat de eius innocentia.
ut l. ſi non defendatur. ĩ. de pę. & l. j. in fi. de quæſt. nec eum cõ
demnabit iuramẽto. ¶ Circa tertium vero, ſ. iuſm neceſſariũ,
ſi quidem quærimus, an iudex poſſit deferre accuſatori, qui ſe
miplene probauit ad ſupplendam probationem, dicendũ, ꝙ
non, per rationem de qua ſ. quia debent eſſe probationes lu-
ce clariores, ut d. l. ſciant. & ita intelligo dictum Gul. econtra
vero ſi uult deferre iuramentum accuſato ad purgationem,
quia actor non probauit, ſi quidem erat excluſus accuſator
a probando per lapſum terminum, poteſt deferre quinimo
debet etiam in cauſis arduis, nec aliter debet abſoluere, vt in
l. vbi. C. de fal. & in d. auth. nouo iure. de pęna iu. ſi uero non
erat excluſus, & poterat adhuc probare, non debet deferre,
quia datur in defectũ probõnis, & nõ põt dici defectus, quo-
uſq; admittitur ad probandum. arg. ſ. eo. l. non oĩs. §. cum pe-
11 cunia. & de cond. ob ca. l. ꝙ ſi ſeruus. ¶† Quantum vero ad ſe-
c cundã q̃õnẽ glo. an poſſit deferri in cã matrimoniali?[c] dic, ꝙ
ei, qui negat matrimonium deferri non poteſt, alias eſſet in
poteſtate partium matrimonium diſſoluere, quod eſſe non
debet, cum ſit indiſſolubile. ut no. in l. diuortio. ſ. de neg. geſt.
in gl. iũcto tex. huius l. poſt prin. in ratione ſui, ſibi alioqn. &c.
Sed ei, qui aſſerit matrimonium fuiſſe contractum, bene po-
teſt deferri per illum, qui negat, & ſi iurabit, habet̃ matrimo-
nium pro contracto, quia bene poſſunt de nouo cõtrahere,
licet contractum non poſſint diſſoluere, & hoc, ſi erat ſolu-
tus, & ſoluta, & habiles ad contrahendum, alias non fieret p̃-
iudicium alteri, ut in c. ſuper eo. de eo. qui cog. conſan. uxor.
ſuę. & ar. hic circa fi. quia nõ debet alteri præiudicare, & hoc,
in iuramento uoluntario, uel iudiciali, quo partes cõſentiũt,
ſed in neceſſario, qđ defert ſolus iudex, dicendum eſt, quod
nec

ADDITIONES.

a Fruſtratorie. Adde, quod verba contra naturam ſuam latè interpretantur quando alias diſpoſitio redderetur fruſtratoria, niſi dicta interpretatio fieret. tex. eſt in c. ſi ciuitas. de ſen. excom. quem allegat Abba. conſi. 27. & conſi. 62. lib. 2.

b Criminali. Adde Alex. conſi. 66. lib. 5. ibi. an idem ſit in cauſa magna pecuniaria.

c Matrimoniali. An in cauſa matrimoniali ſit iuramentum deferendum, vide Lu. Roma. conſi. 70.

nec etiam ei qui matrimonium aſſerit, ſi probauit ſemiplene deferendum eſt in defectum probationis, cum ſit cauſa magni præiudicij, quia habet inſtar ſeruitutis. ita no. Bal. in l. in bonæfidei. C. eod. niſi ſint magnæ præſumptiones pro eo, vt ſi nobilis, & diues peteret puellam inopem, & degenerem, aſſerens ſe matrimonium cum illa contraxiſſe, & illa negat, nam eſt veriſimile, ꝙ nobilis veritatem dicat, & deberet ſibi deferri, ſm Io. An. in c. fi. extra eo. tit. non ſic ſi ageret de diſſolutione matrimonii, in qua vertitur adhuc mai⁹ præiudiciũ.

12 †De altera vero quæſtione glo. dic, vt in d. c. fi. quia cauſa monachationis aſſimilatur cauſæ matrimoniali, cum agatur de matrimonio ſpirituali, vt in c. inter corporalia. de transla. pl.

1 *Iurari debet eo modo quo defertur, ad hoc, vt proſit iuramentum, dummodo ſit licitus modus, & poſtquam eſt iuratum habetur pro veritate.*

2 *Iudæo poteſt Chriſtianus iuramentum deferre per Deum, in quem credit.*

3 *Iuramenta ſolennia, quæ præſtantur ex forma iuris, vel ſtatutorum, debent præſtari ſuper ſacroſancto Dei euangelio, & quid de conſuetudine ſi non ſunt ſolennia.*

4 *Iuramentum ſi habet vim probationis, habet etiam vim ſententiæ.*

5 *Si lex, vel ſtatutum dicat, quòd contra inſtrumentum nulla poſſit obiici exceptio quominus executioni mandetur, tamen poterunt opponi exceptiones, quæ ex aliis ſtatutis, vel capitulis ſtatutorum oriuntur.*

1 Iurari autem. ¶†Iurari debet eo mõ, quo defert, ad hoc, vt proſit iurm, dũmodo ſit licitus modus, & poſtquam eſt iuratum, hr̃ pro veritate. h. d. l. ſeq. quæ incipit [ſi neque.] Et diuide pro clariori intellectu. Nam primo loquitur, qñ iurm fuit delatum vno modo, & fuit iuratum alio modo, quo caſu non prodeſt iuranti, etiam ſi vterq; modus fuerit licitus, & hoc in iſto. §. cum princ. l. ſeq. vſque ibi [quod ſi exegerit.] Secundo loquitur, qñ fuit iuratũ eo modo, quo fuit delatum, quo caſu prodeſt, etiam ſi ille modus non ſit in vſu, dummodo non reprobatus, vſque ibi [diuus Pius.] Tertio loquit̃, qñ ſimpliciter fuit datũ non expſſo aliquo mõ, & ille iurauit nõ ꝑ modũ ꝯſuetũ, ſed ꝑ ſuã ſuperſtitionẽ, puta ꝑ aliquem ſanctũ, in quẽ habebat deuotionem, licèt. n. non ſit modus ꝓhibitus, tñ non ꝓdeſt iurãti, q̃a delatio intellr̃ facta, vt iuret ſm modum cõſuetũ. ſ. ꝑ Deum, & ſancta Dei euangelia, ita intelligo illum ver. diuus, licet gl. & Doc. videantur intelligere de ſuperſtitione improbata, ſed non placet, quia de illa loquitur verſ. ſed ſi quis illicitũ. qñ er-

2 go eſt reprobata, puta per † Apollinem, tunc etiam ſi ſit iuratum ſm modum, & formam, quib. delatum eſt, non prodeſt iuranti, & hoc dicitur ibi. hoc tamen intellige, quando ambo ſunt eiuſdem ſectæ, vt ambo Chriſtiani, ſi autem diuerſarum, vt quando Chriſtianus deferat Sarraceno, vel Iudæo, poteſt deferri per Deum illius, & deferendo ſimpliciter, vr̃ actũ, ꝙ iuret per Deũ, in quem credit, & iſtud vr̃ ſentire gl. in §. diuus. inquantum dicit, ꝙ aliqui tex. nõ habẽt dictionẽ, non. & tũc dicit gl. pone caſum in Iudæo, vel Sarraceno q̃ iurauit ꝑ Deũ ſuum, & ſibi proſit, ſed ſi habes dictionẽ nõ, debes ponere caſum, qñ Chriſtianus defert Chriſtiano, q̃a nõ debet iurare ꝑ Deũ alienũ, tene menti. in d. ver. dato. ponitur de effectu iuri. ¶Circa primum caſum, qñ detuli, vt iurares ꝑ Deũ, & iuraſti per caput tuum, vr̃ dicendũ idem eſſe, econuerſo, ſi detuli, vt iurares per caput tuum. & iuraſti per Deũ, vt tibi non proſit, q̃a nõ ſeruaſti formã, licèt melius, & fortius iuraueris, ſed nõ cenſet̃ melius quo ad me, poſt quam in illo non conſenſi. fa-

3 cit ſ. de vſu. & habi. l. fi. in fi. ¶†Circa ſm, notandum eſt, ꝙ loquit̃ de iuro, quod defert pars parti, vnde põt deferre, vt ſibi libet, ẽt ſi deferatur per iudicem, vel alium ſuperiorem, vt cõtingit in iuris ſolennibus, quæ præſtantur ex forma iuris, vel ſtatutorum, debent. n. præſtari ſuper ſacroſancto Dei euangelio, nec ſufficeret tangere aliam ſcripturam, vt no. in c. vt circa. de elect. lib. 6. Si aũt non ſunt iura ſolennia, q̃ pſtãtur ex for

4 ma iuris, cõſuetudo introduxit, vt ſufficiat tãgere ſcripturam, in qua repreſentatur lib. euãgeliorum. ¶†Vltimo no. in §. dato. in fi. ꝙ ſi iurm habet vim ꝓbationis, hẽt ẽt vim ſentẽtiæ, vt in ea. l. ſed ſi poſſeſſori. §. fi. & vim iudicij, ſeu litis conteſtatæ, vt ĩ. eo. l. nam, & poſtea. §. ſi is qui temporali. & l. qui iuraſſe. in fi. habet etiam vim ſolutionis, ut in l. iuſiurandum. quæ

5 illam ſequitur. ¶†No. etiam illam glo. in illo. §. dato. in arg. ꝙ quantuncunq; lex, vel ſtatutum dicat, ꝙ cõtra inſtrm, vel lau

a dum, nulla poſſit obiici exceptio,[a] quo minus executioni mã detur, nihilominus poterũt opponi exceptiones, quæ ex aliis ſtatutis, vel capitulis ſtatutorum oriũtur, & ad hoc allegatur tex. cum gl. in dicto ver. dato, & quod habetur. in l. nam & poſtea. §. j. & in l. ita pudor. C. de adul. per gl. & Bar. in l. j. in princ. infra, quod vi aut clam.

ADDITIO.

a ¶Exceptio. Vide in apoſt. ad Bar. in d. l. j. vbi poſui, ꝙ ſtante prædicto ſtatuto intelligitur de his, quæ in compromiſſo deducta ſunt, non autem ſi ſit laudatum extra compromiſſum, quia tunc poterit opponi exceptio non obſtante ſtatuto, de quo per Soc. conſi. inc. capio primum conſultationis articulum.

LEX XV.

1 *Delatio iuramenti intelligitur, vt incontinenti iuretur, vel remittatur, & quando poſſit iurari ex interuallo. & num. 4.*

2 *Ille, qui detulit ſe remiſit, & gratiam fecit volenti iurare, incontinenti, habetur pro delato, & iurato.*

3 *Acceptans delationem iuramenti poteſt ex iuſta cauſa petere a iudice terminum ad deliberandam, quid habeat iurare.*

5 *Qui detulit iuramentum, poteſt ex iuſta cauſa, & re integra delationem reuocare, & ſi ſuperuenerint ſibi nouæ probationes.*

Non erit ratum.

1 Si neque. ¶†Delatio intelligitur, vt incontinenti iuretur, vel remittatur, ſed ſi remittatur, pro delato, & iurato habetur, & remittere eſt volenti iurare, gratiam facere. h. d. tamen cum l. ſeq. Bartol. & diuiditur, nam primo loquitur, qñ delatio iuramenti fuit ſuſcepta, non tamen fuit iuratum incontinenti, ſed diuertit acceptans ad extraneos actus, & poſtea volebat iurare, an ſibi proſit? & certè non, quia delatio intelligitur facta, ut iuret in-

2 continenti, alias habetur pro non facta. Hoc verum, †niſi vel ei iurare volenti incontinenti, ille qui detulit, remiſit, & gratiam fecit, quia forte perpendebat, ꝙ ille uoluit iurare, & ipſe ſciebat, ꝙ iuraret falſum. vnde noluit eſſe author periurij, tũc enim etiam ſi poſtea iuretur, iſta reſponſio prodeſt, perinde ac ſi iuratum eſſet, & hoc cum prin. l. ſeq vſque ad verſ. ſed ſi

3 nõ ſuſcepit. † Adde illam limitationem. ſ. niſi poſt acceptationem petierit a iudice terminum ad deliberandum, quid hẽat iurare, quia terminus ex iuſta cauſa debet ſibi concedi, vt ĩ. e. l. iuſiurãdum, & l. ad pecunias. §. j. & tũc poterit iurare etiã ex

4 interuallo, & proderit, † niſi fortè qui detulit ex iuſta cauſa delationem reuocauerit, quod põt facere re integra, puta ſi ſuperuenerint ſibi probõnes, quę a prin. non erant, & iſte eſt caſus in l. ſi quis iuſiurãdũ. C. eo. tit. ſm vnum intellectum, & verum, licet quidam dicant, ꝙ poſtquam fuit acceptatũ, non poſſit reuocari delatio. vt no. ĩ. eo. l. manifeſtæ. qđ põt procedere, quando iuſta cauſa non ſubeſſet, quia eędem probationes ſuberant tp̃e delationis, quæ nunc, tunc ſibi imputet, ſi detulit, ut l. ſi is a quo. ut in poſ. lc. & l. qui bona. §. de illo. de dam. infec. Item adde aliam limitationem, ꝙ ex interuallo audiatur volens iurare, ſi ille, qui detulit, inſtet, ꝙ iuret. tũc enim proderit, etiam ſi ex interuallo iuret rõne nouæ voluntatis, deber ergo hoc intelligi, qñ eo inuito, vel non conſentiente vult iurare, ſeu iurauit ex interuallo. Interdum nondum acceptauit delationem & diuertit ad extraneos actus, & poſtea vult acceptare, tunc loquitur verſi. ꝙ ſi non ualet, ꝙ non poteſt inuito deferente, quia intelligitur detuliſſe cum hac conditione, ꝙ incontinenti acceptet, alias habetur delatio pro non facta, & iſta conditio non habet uim remiſſionis, ſed reuocationis, quia remiſſio fit de iuramento acceptato, & vo-

5 lenti iurare. †Sit ergo cautus aduocatus, quando dubitat, quid habet iurare, ꝙ non petat terminum ad deliberandum, utrũ velit acceptare, quia non deberet ſibi dari, nec poſtea poſſet iurare, ſed acceptet, & poſtea petat terminum ad deliberandum, quid iuret. & ita intelligit Bar. hic in d. l. iuſiurandum, & l. ad pecunias. §. j. vel dic, ut ibi dicam.

LEX VII.

1 *Ex iuramento oritur exceptio reo, & eius ſucceſſori etiam in rem, & impedit litis conteſtationem, niſi requirat altiorem indaginem.*

2 *Exceptio alicui competens ſuper aliqua re, vel contra aliquem occaſione alicuius rei, tranſit in ſingularem ſucceſſorem illius rei.*

3 *Exceptio litis finitæ, vt eſt iuſiurandum, impedit litis ingreſſum.*

4 *Verba actionem non dabo, in lege, vel ſtatuto poſita, non tollunt ipſo iure poteſtatẽ agendi in ciuilib. ſed parant exceptionem, ſecus in criminalib.*

5 *Exceptio intentionis, quæ præſupponit actionem actori non competere, ſi non eſt litis finitæ, non impedit litis ingreſſum, niſi vltra eam ſtatim producatur inſtrumentum, puta ſolutionis.*

6 *Si petitur longus terminus ad probandas exceptiones litis finitæ, debet lis conteſtari reſeruatis ipſis exceptionibus poſt litem conteſt.*

7 *Si poſtea fiat probatio intra terminũ non proceditur vlterius, & pronũciabitur nullũ, quicquid factũ eſt. & quid ſi non opponantur ante lit. cõt.*

8 *Vide plures exceptiones, q̃ impediũt initiũ iudicii, licet nõ ſint litis finitæ.*

9 *Iudex inuito opponente non poteſt reſeruare poſt litem conteſtatam exceptionem litis finitæ, ſi non requirit altiorem indaginem.*

1 Ait prætor. ¶ † Ex iuramẽto oritur exceptio reo, & eius ſucceſſori, etiã in rẽ, quæ exceptio impedit conteſtationem, niſi requirat altiorem indaginem. h. d. cum l. ſequen. nam &

2 poſtea. ¶†No. ibi, [& ſi in rem.] ꝙ exceptio alicui competens ſuper aliqua re, tranſit in ſingularem ſucceſſionem illius rei ſimiliter competens ꝯ aliquẽ occaſione alicuius rei, tranſit ꝯ ſingularem ſucceſſorem eiuſdem rei, ut ĩ. pro ſocio. l. idemq; in fi. & ſ. cõi diuid. iunc. l. in hoc iudicium, circa mediũ, ſecus in actione perſonali, quæ non tranſit, ſine ceſſione, ut ſupra vſufr. quemadm. ca. l. 3. in fi. quod dic, ut pleniſſime no. ꝑ Dy. & Bar.

4 & Bar.in l.ſi tertius.§.ſi prius. ſ.de aqua plu.arcẽ. ¶†Item no.
in l. nã poſtea. in prin. ꝙ exceptio iuſiurãdi impedit inchoari
iudicium, tum ex eo, q̃a eſt exceptio litis finitæ, vt colligitur
ex l.j.ſ.eo.iuncto.c.j.de lit.conteſt.lib.6.tũ pp verba edicti præ
5 toris, quæ dicunt, †actionẽ non dabo. Nã dicit hic Bart.nota-
biliter, ꝙ vbicunq; lex ita loquitur, vel ſtatutũ, oriret̃ ex tali
lege, vel ſtatuto exceptio hñs impedire initiũ, vt non teneat̃
reſpondere libello per iſtum tex.& per l.j.ſ.ad Maced.talia tñ
a verba non tollunt ipſo iure [a] poteſtatem agendi in ciuilibus,
ſm Iac.de Are.quia nec tollunt oblõnẽ ciuilem, nec actionẽ,
ſed parant exceptionem, vt patet ex d.l.j. §.j.iuncta l.qui natu
ralis.ſ.ad Maced. ſecus in criminali, quia impediunt ipſo iure
6 accuſare.ita no.Bar.in l.j.ſ.ad Treb.addit Bar.†ꝙ oĩs exceptio
intentionis, vt illa, quæ præſupponit actionẽ actori non com
petere, ſimiliter impedit initium iudicij non ex eo, quod ſit ex
ceptio litis finitæ, ſed propter regulam, quæ eſt ſine actione,
vt l.ſi pupilli.§.videamus.de neg.geſt. ꝙ etiam videtur tenere
Spec.licet Bar.non allegét in tit.de excep.§.2.uerſic.ut autem.
ro oriens ex alio facto, non tollit̃, & ita loquitur aliud ꝯrium
gl.d.l.ſi quis vxori.§.ſi quis iurauerit.de fur. quia non tollitur
6 rei vendi. quæ non oritur ex furto, ſed ex dominio. ¶†Sed op
po.de l.duobus.§.penu.qui incipit.Pomponius. ſolu.idem hic
loquitur de iur̃o negatiuo præſtito per reum, per quod factũ
tollitur, ergo, & omnes actiones ex eo deſcendentes, ibi loqui
7 tur in affirmatiuo præſtito per actorem.†Quid ſi iuraui te fur
tum cõmiſiſſe in tali re? licet mihi detur actio furti, non tñ
condõ furtiua, quia non ſequitur neceſſario, cum illa non
competat, niſi res ſit mea, nec datur niſi dño, vt ↄ̃.de cõd.fur.
l.pri.ſed furtum põt committi etiam non dño cuius intereſt,
8 ne ſubtrahatur, vt l.ſi is cui. de furt. † Quid aũt in ſñia, ſi reus
fuit abſolutus ſimplr̃? dico idẽ, quod in trãſactione, vt videat̃
abſolutus ſolum ab actione intentata, & non videatur ꝓnũ-
9 tiatum ſuper facto. †Si vero expreſſe pronũcietur, puta abſol
uo talem a petitione talis, quia reperi, ꝙ furtum non fuit cõ-
miſſum, eſſet idem, quod in iur̃o, quia iudex põt pronuncia-
re non ſolum ſuper eo, quod eſt petitum, ſed etiam ſuper cã
ex qua petitum eſt, vt no.Inn.in c. cum eccleſia Sutrina. de cã
10 poſ.& propri.†& illud inducitur hic ad illã qõnẽ, an abſolu-
toria lata in ciuili facit præiudicium in criminali oriente ex
eodem delicto? quia vr̃ diſtinguendum, aut fuit abſolutus, qa
non probauit actor, vel ſimpliciter, quo caſu vr̃ abſolutus qa
non probatum, ut in l.Iul.& ibi not. ↄ̃. de condi.inde.& tunc
non facit præiudicium in criminali, aut fuit expreſſe dictum
quia delictum non fuit commiſſum, & tunc facit præiudi-
ciũ ar.hic, tñ iſte tex.non multum facit, quia loquitur de præ
iudicio, quod fit eidem perſonæ, quæ agit, & iur̃m detulit.Sed
11 †in dicta quæſtione fieret præiudicium alteri, quia cauſa ciui
lis tendit ad vtilitatem agentis, cauſa criminalis ad vindictam
publicam, ut l.licitatio. §. quod illicite.de pub. ſñia ergo lata
contra priuatum in cauſa ciuili qualitercunque lata ſit, non
facit præiudicium reipub.in criminali.de hoc vide per Barto.
12 plene in l.prætor.ↄ̃.de bo.rap. ¶†Inducitur etiam per Barto.ꝯ
Dy.qui conſuluit, ꝙ ſi minor iurauit non venire contra con-
tractum non perdit beneficium reſtitutionis, niſi fuerit de il-
lo certioratus, & hoc etiam tenuit Cy. in l.2. C.de reſcin.ven.
Bar.contra per iſtum tex.qui dicit, ꝙ ſufficit, ꝙ ſit iuratum ſu
per facto.Sed iſte tex.nihil facit, quia hic loquitur de iur̃o ne-
gatiuo, quod tendit ad tollendum factum, quo ſublato tollũ
tur omnia remedia ex facto orientia.Dy.loquitur in iur̃o, qđ
non tendit ad tollendum, ſed ad roborandum, licet ad tollen
dum remedia contra factum. Vnde non vr̃, ꝙ extendatur ad
remedia, quæ ipſe ignorabat ſibi competere per l.mater dece-
dens.de inof.teſt.& ea quæ ſunt iuris præſumitur ignoraſſe, vt
l.regula, de iur.& fac.igno.Et in iſta opi. multo tempore ſui ꝯ
a Bar.poſtea[a] repetendo auth.ſacramenta, mutaui opi.propter
13 id quod voluit † Barto.ꝙ iuramentum de futuro tendens ad
roborationem facti, & ad tollendum remedia contra factũ,
extendatur etiam ad remedia iuris, quæ ipſe iurãs ignorabat
ſibi competere propter authoritatem iuramenti, & iſtud vr̃
eſſe de mente illius authen. quæ generaliter loquitur.& ad l.
mater decedens.poteſt reſpõderi, licet ipſe non rñdeat, ꝙ loquit̃
de his, quæ conſiſtebant in facto, de illa.n.ignorata non extẽ
ditur, ſecus in conſiſtentibus in iure.Præterea non excluditur
virtute tacita renunciationis, quia fateor, ꝙ in illa non exten
ditur ad ignorata, ſed excluditur ꝑꝑ authoritatem iuramẽti,
& vide Bal.qui allegat Ioan.Andr.in d.l.j. C.eo.& nunc repe-
rio.D.Raph.idem tenentem, licet Io.And prędicta non alle-
get, ſed benè dicit, ꝙ iſte §.non facit pro Bar. & bene dicit, nõ
tamen declarat, vt dixi, ſed pro Bar. dicit facere dictum auth.
14 dum loquitur ſimpliciter.†Vltimo gl.hic inducit tex.hic in fi.
b ꝙ teſtes nõ debent deponere extra articulum.[b] tu dic de hoc
vt no.in l.momentaneæ.C.qui legi.perſo. & in l. ſi quis liber-
tatem, de pe.hære.vbi Doc.diſtinguunt, aut iurauit deponere
ſuper articulo, & tunc non creditur in eo, quod dixit vltra,
quia deponit non iuratus, aut ſuper articulis, & tota cauſa, &
tunc ſecus, ſi iſtud, quod dicit, facit ad cauſam. Pone enim ꝙ
articulus eſt de veritate, ſed teſtes dicunt de publica fama, cer
te hoc facit ad cauſam. quia per famam deuenitur ad verita-
tem, ita tenet Bal.C.de prob.l.non nudis, & etiam iſte tex.nõ
15 tractat de hoc. ¶†Sed an teſtes ſint recipiendi ſuper articulo
impertinenti? & vult, ꝙ non. Dr̃ autem impertinens, qñ non
ſuper materia in libello deducta. vt erat hic quia ducebatur
factum defuncti, hic in verſiculo nunquid ergo, & in proceſ-
ſu cauſæ ſeu articulis deducebatur poſtea factum hæredis, &
volebat teſtes examinare, non debet iudex pati. Idem quali-
tercũque articulus probatus non releuat, dicitur impertinẽs,
vt l.ad probationem.C.de proba.certe non debet admitti ta-
lis articulus de iure communi, vt ibi etiam cum proteſtatio-
ne, ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum, vt
no glo.in cap.cum contingat.de officio delegati.Sed in curiis
ciuitatum ſeruatur contrarium, quia ad hoc, vt cauſę citius
expediantur, prouident ſtatuta, vt admittantur omnes articu
li, quos partes volunt probare etiam per teſtes ſuper eis, &, ꝙ
in calculo ferendæ ſententiæ poſtea diſceptetur, qui ſint perti
nentes, & qui rectius faciant fidem, & qui non, vt his diebus,
feci in quadam cauſa hic commiſſa. Et adde ad iſtam glo.qđ
no.Specu.in titu.de te.§.j.ver. Aut quod depoſui.& Bar.in l.j.
§.diuus.infra depoſiti.

ADDITIONES.

a Poſtea repetendo. Adde ꝙ hanc eandem opin.tenet Alexan. in conſil.42.col.4. circa fi.in 1.volu.& ibi dixi hanc eſſe communem opin.& hanc eandem tenet etiam ipſe Paul.in fi.infra.ad Velleia.& vide Geor. natam in repe.c. quamuis.de pact lib.6.in col.13.ver an autem, qui tenet hanc eandem opi. Fran. Cur.

b Extra articulum. de hoc latè per Bal.conſi.120.2.lib.conſiliorum ſuorum, & ad de Alexan.de Imo.in conſil.25.col.3.in 2.volu. per Ang.de Peruſio in ſuo conſil.170.Cur.

1 *Iuramentum ſi eſt formiter ſuper contractu præſtitum, tunc ex illo contractu oritur actio vtilis, & etiam actio in factum.*

2 *Iuramentum dicitur formiter præſtitum, quando in eo exprimitur cauſa, quæ ſi eſſet vera, eſſet obligatoria. & ſi eſt informiter præſtitum, quæ actio oriatur.*

3 *Si in ſententia condemnetur aliquis cauſa expreſſa, non ſolum oritur actio in factum, ſed etiam vtilis ex illo contractu, vel cauſa, ſi vero cauſa nõ expreſſa, tunc actio in factum tantum, & quid in ſtatutis.*

4 *Iurans aliquem ſibi vendidiſſe talem rem, nec dixit pro quanto precio, an cogatur declarare pro quanto, vt poſſit agere.*

5 *Contra petentem executionem ſententiæ, ad rem venditam poteſt opponi de precio non ſoluto.*

6 *Si iuraſti me conueniſſe tecum de permutando librum meum cum tuo, non habes actionem, niſi librum tradas.*

7 *Iuramentum intelligitur ſecundum naturam contractus ſuper quo præſtatur, & non producit actionem, niſi quatenus ille contractus produxit.*

1 **§.Si quis iurauerit.** ¶†Ex iuramẽto formiter
præſtito orit̃ vtilis actio ex
illo contractu, cuius formam continet iur̃m ad omnia illa
iura, quę competeret directa, & ẽt ꝯ ipſum iurãtem, ſi directa
competeret, & eo ſolo caſu competeret, quo competeret di-
2 recta.h.d.cum §.ſeq.vſque ad §.ſi quis iurauerit.†Dr̃ autẽ præ
ſtitum formiter, qñ in eo exprimitur cauſa, quæ ſi eſſet vera,
eſſet obligatoria.Et ita vtilis actio oritur ex illa cauſa ficta, q̃
habetur pro vera, & ultra hoc etiam oritur actio in factum
ex iuramento, vel ex prætoris edicto ꝑꝑ iur̃m vt ſ.eo.l.ſed, &
ſi poſſeſſori.poſt princ.ſicut enim in reali oritur actio, vt dixi.
in l.nam, & poſtea.in fin.ita in perſonali, vt hic. & tunc dr̃ in-
formiter pręſtitum, qñ non exprimitur aliqua cauſa, vt ſi iu-
ras me tibi teneri in x.& tunc competit ſolum actio in factũ,
nec vitiatur, quia cauſa non ſit expreſſa, ſicut nec confeſſio
facta in iudicio. vt l.vnica. C.de confeſſis, ſecus in facta extra
iudicium, vt l.cum de indebito in fi.ↄ̃.de probatio. & in ſtipu-
latione facta.ſine cã vt l.ij. §.circa. de do. excep. & quod dixi
3 in iuramento † idem dicendum eſt in ſñia, ꝙ ſi condemnet
aliquem cauſa expreſſa, nõ ſolum oritur actio in factum, ſed
vtilis ex illo contractu, vel cauſa. Si vero cauſa nõ eſt expreſ-
ſa, tunc actio in factum tantum.iſta no.Bar.ſm Iaco.Butri.in
l.Iulia.de condit. indebi. cum tractat de effectu ſententiæ. Idẽ
in ſtatutis producentibus aliquam actionem de nouo, nã aut
diſponunt formiter expreſſa cauſa, & producunt actionem
ex illa cauſa, aut informiter non ſubſiſtente cauſa obligato-
ria de ſua natura, & producunt conditionem ex ſtatuto, vt l.
fi.C.de pe.hære. & per Bart. in l.j.de condi. ex le.ꝙ vide quod
4 no.in l.j.circa fi.ↄ̃.de pub.iud.¶†Item per iſtum tex.dum dicit
[de euictione caueatur.ſemel]conſului in ciuitate Senarum,
cum quidam eſſet condemnatus ad tradendum rem tanquã
venditam, & ſententia tranſiuit in rem iudicatam, venditio
non poſſet conſtare, niſi per dictam ſententiã, volebat actor,
ꝙ non ſolum traderetur ſibi res, ſed etiam, ꝙ promitteretur
a de euictione.ſecundum conſuetudinem loci[a] cum fideiuſſori
bus, reus ſe defendebat, ꝙ ſententia erat ſtricti iuris, & non
extenditur ultra, q̃ contineat, pro quo optime l.j.C.ſi plures
vna ſen.niſi ergo aliter probetur venditio, dicebat ſe non te-
neri virtute ſententiæ niſi ad tradendum. Ego allegaui iſtum
tex.pro caſu in ꝯriũ, arguendo de iuramento ad ſententiã.vt
ſ.eo.l.ſed, & ſi poſſeſſori.§. fi.quia hic non fuit iuratum ſuper
b hac euictione.& nihilominus venit in cõſequentiam.[b] ¶Sed
quæ

ADDITIONES.

a Conſuetudinem loci. Adde quod voluit.Rom.7.conſi.in vltimis verbis.

b In conſequentiam. In quantum D.Iaſ.hic ſequitur Pau. & deinde dicit, ꝙ confeſſio ficta delicti quæ inducitur per contumaciam, debet intelligi, facta cum ſuis qualitatibus, licet contrarium tenuerit Anchar.conſi.409. videtur quod ſua op. non poſſit procedere, per ea quæ voluit Ro.conſil.456.vbi conſuluit, quod ſi accuſatus interrogatus fuerit an vulnerauerit Titium gabellarium, & reſpondeat, quod Titium vulnerauit, tamen non intelligitur, quod cõfeſſus fuerit quatenus illũ gabellarium, per iura, & rationes de quibus ibi per eũ potes videre.

quæritur de duob. Primo ſi iuraſti me tibi vendidiſſe talem
rem, non tñ dixiſti pro quanto precio. Reſpondeo, cogeris de
clarare pro quanto, aliàs non potes agere ſecundum Bar. in l.
certum.de confeſ.& ad hoc bene facit l.duobus. §.ſi ei.ỹ.eod.
ibi.dum dicit, diſtinguẽdum ſit, & replicatione emendandũ.
& vide.quod no.per eundem, non tñ ſtabitur tuæ declaratio-
ni, ſi non declares precium iuſtum, ſed recurritur ad iudicem
ar.l.domum.ỹ.de contrahen.empt.vel dic, aut dicebas me vẽ-
didiſſe pro x.ego detuli iuſm, ꝙ vendiderim, & iuraſti me vẽ-
didiſſe, tunc videor detuliſſe prout aſſerebas, quaſi illud cen-
ſeatur repetitum. l.Titia.§.idem rñdet.de verb.oblig.aut non
præceſſit expreſſio certæ quantitatis, & tunc talis delatio iura
menti quantitate non expſſa vr̃ non valere, ſicut nec inſtru-
a mentũ[a] continens venditionem, nõ quantitatẽ precij[b] ut no.
b Cyn.in l.j.de inuti.ſtip. quia iuſm habet vim ꝓb. vt ſ.eo.l.ſed
ſi poſſeſſoris.§.fi.& ꝓbatio per inſtrumentũ, vel teſtes non va
let (vt dixi) non expreſſa quantitate, & ex hoc ſequitur, ꝙ etiã
ſi velles poſtea declarare iuſtũ precium, non teneor ſtare tali
5 declarationi.†Itẽ, ꝙ ſi iuraſti me vendidiſſe pro x.agis ad rem,
& ego excipio, ꝙ non debes audiri, ſicut ſi eſſem condemna-
tus ad rem tradendam, & peteres executionem ſñiæ nõ poſ-
ſem excipere de precio non ſoluto, ſed deberet fieri executio,
& poſtea poſſes petere, quia illa exceptio eſt perẽptoria, & ſic
debuit proponi ante ſñiam, vt l.perẽptorias.C.ſen.reſcin.non
poſſ.Ita determinat Spec.in tit. de execu.ſñiæ. §.fi.ver.itẽ illud
quæritur.idem debet eſſe in iuſo, ꝙ habet vim ſñiæ, & execu
tionem paratam ſicut ſententia. Breuiter dicant Spe.& Barto.
c quicquid velint, iſta opin.non eſt vera,[c] quia iſta exceptio nõ
opugnat ſñiam, & ideo, p̃t opponi in executione ſñiæ vt l.ad
uerſus.in fi.ff.ſol.ma.& l.Neſennius.in fin.de re iud.ergo, & in
executione iuramenti, ut eſt caſus contra eos.ỹ.proxi.§.Mar-
cellus.in prin.licet Bar. videatur reſpondere ibi, ꝙ pignorati-
tia nõ erat nata ante ſolutionem, ſed actio exempto ad rem
tradendam bene eſt nata ante ſolutionem precij, licet obſtet
exceptio; ſed iſta reſpõſio nihil ualet, quia paria ſunt nõ eſſe
natam, vel eſſe natam ſine effectu pp exceptionẽ, propterea
ſi mihi datur actio, fortius exceptio. & ita ſemper tenui con-
tra Bar.reperio dominum Raph. idem tenere, & iſtud proce-
dit maxime in iuramento extraiudiciali, quo caſu nõ poteſt
mihi imputari, cur exceptionem precij non ſoluti non oppo
ſui, cũ adhuc eſſet tp̃s proponi. quia non erat iudiciũ inchoa
tum, ut in ſimili no.Bar.in l.j.in fi.princ.quod vi aut clam. &
Bal.in l.2.de conſti.pec.& de ſen.l.cum eorum, & glo.in c.j.de
reſcript.lib.6.ſuper ver.[proceſſus.] in fi.& Innoc.in c.olim.de
cauſa poſ. circa medium ibi. [quando autem &c.] ¶Vltimo
6 †per iſtum §.Marcellus.determinat Bar. ꝙ ſi iuraſti me cõue-
niſſe tecum de permutando librum meum cum tuo, non ha
beas actionem, niſi librum tradas, cum permutatio ſit cõtra
ctus innominatus, & ex ea non oritur actio niſi ei qui imple-
7 uit ex parte ſua, †& iuramentum intelligitur ſm naturam cõ
tractus ſuper quo præſtatur, & non producit actionem, niſi
quatenus ille cõtractus produxit, vt patet in illo §.Marcellus.

ADDITIONES.

a Nec inſtrumentum. Adde eundem Pau.de Caſtr.in l.j.infra.loca.& Alexan.in d.
conſi.18.col.1.in fi.ver.preterea.Cur.

b Precij. An valeat venditio eo non expreſſo, vide quod voluit Lud.Ro.conſ.111.
& 305. Et adde, quòd iſtam opi.Pau.de Caſtr. refert etiam Alexan.Imo.in conſ.
col.1.in fi.in 1.vol.Cur.

c Non vera. Adde ꝙ idem ipſe tenet conſi.144.in primo impreſſis, & no.hic all.
mar.Alex.de Imo.in conſi.col.2.verſi.ad idem ꝙ ſtatutum prohibens exceptio
nem poſſe opponi contra inſtrumentum vel ſententiam, non tollit exceptionẽ,
vel defenſionem reſultantem ex ipſo inſtrumento vel ſententia.Cur.

1 §.Si quis iurauerit. ¶†Qui iurauit per princi-
pẽ, & peierauit, poteſt de
periurio ex ordinẽ puniri.h.d.ſecus vr̃, ſi per Deũ, quia ſatis
punitur in alio ſeculo, & ita vr̃ ſentire gl. Vel dic vt in l.de per
iurio.de crimi.ſtel.& hic fit mentio de iuſo futuro, qñ quis iu
rat aliquid ſe facturum quo caſu non oritur actio iuſi, ſicut
oritur qñ quis iurat de p̃terito vt in toto iſto titulo cũ potius
tendat ad obligandũ iurantẽ. An aũt obligetꝰ dicendũ eſt, ꝙ
non de iure ciuili, niſi in operis libertorũ, vt l.iuriſiurandi.de
ope.liber. de iure aũt canonico dic, vt plenè no. p Bart.in l.ſi
quis pro eo.de fideiuſ.& ibi etiam tractat de tertia ſpecie iura
menti confirmatiui, qñ quis iurat non venire ꝯ contractum,
de quo non loquitur iſte titulus, ſed tetigi ſuper rubrica.

LEX XIIII.

1 *Si defero tibi iuramentum, teneris alterum de tribus facere, vel iurare,*
*vel deferre, vel ſoluere.*
2 *Iuramentum calumniæ remittitur parenti, vel patrono, ſed iuramentum*
*veritatis, non. & num. 1.*

1 L.Quoties. ¶†Iuramentum. veritatis parenti, vel
patrono non remittitur.h.d.præmitte,
2 qꝰ ſi defero tibi iuramentum, teneris alterum de tribus facere,
vel iurare, vel deferre, vel ſoluere, vt ſ.eo.iuſiurandum leg.ait
3 prætor.§.fin.& l.manifeſtæ. †Quid ſi filius, vel libertus deferat
patri, vel patrono, an ipſi teneantꝰ, ſi illi nolũt aliquod de tri
bus facere, dicentes, ꝙ ei remittitur iuſiurandum, vt d.l.iuſiu-
randũ.§.hoc iuſiurãdũ. certe non pñt dicere, quia verũ, in iu-
ramẽto de calumnia, non in iuſo veritatis, & hoc vult iſta l.

LEX XV.

1 *Quando mittitur officialis ad maſculos egregias perſonas, debet pars mo-*
*ueri, & non quando mittitur ad mulierem. & num. 1.*
3 *Cuius expenſis fiat iſta miſſio. remiſ.*

1 AD perſonas. ¶†Egregiæ[a] perſone non co
a guntur venire coram iudice
ad iurandum, ſed ad eas debet mitti officialis pu-
blicus. Idem in valetudine impeditis.h.d. idem in
mulierib.vt in Auth.vt litigãtes iurent in §.ſi vero.aliud tñ in
2 mulieribus, quã in maſculis, †quia qñ mittitur ad maſculos,
vt in caſibus iſtius §.debet ab altera parte moneri, ꝙ ſi vult va
dat cũ officiali publico, & aſſiſtat, ut l.gñaliter.§.iiſdem.C.e.ſe
cus, qñ mittitur ad mulierem pp honeſtatem, ſm Gul.de Cu.
3 per dictum §.ſi uero.†Cuius aũt expenſis debeat fieri iſta miſ-
ſio, vide prædicta in l.gñaliter.§.pen.& ꝙ no.Bar.poſt glo.in l.
ij.ff.in qui.cau.in poſ.eatur. l.ſi poſtulauerit.de adul.

ADDITIO.

a Egregiæ. An priuilegio l.huius renunciari poſsit, & an habeat locum in paupere
nobili, qui propter verecundiam non audeat exire domum, vide Rom.ſingul.
ſuis.folio.9.

LEX XVI.

2 *Vbicunque habes contra me exceptionem, per quam potes me repellere*
*ab agendo, non teneris reſpondere libello, & quando hoc fiat.*

1 SI patronus. ¶†Nõ cogitur quis iurare ſu-
per actione, quæ contra eum
2 non poteſt opponi. Item patrono remittitur iuſm
calumnię.h.d.†Et tene menti, quia vbicunque ha
bes contra me exceptionem, per quã potes me repellere, ab
agendo, nõ teneris rñdere libello meo, qđ qñ ſit dixi ſ.eod.l.
nã, & poſtea in prin. ſi vellẽ tibi deferre iuſm, vt iures, aut de
feras, vel ut ſoluas, nõ cogeris ſubire, ſicut nec cogeris ſubire
iudiciũ.caſus eſt hic no.& i l.i ꝯctib. §.de illo. C.de nõ nu.pe.

LEX XVII.

IVſiurandum. ¶Iuramentum contra-
uentionale voluntarie
defertur, & recuſatur.h.d. hoc eſt dicere, ꝙ in illo
non habet locum quod dr̃ in l. iuſiurandum, &
ad pecunias.§.ait prætor.& §.j.quia nullum illorum trium te
netur facere. habet ergo locum in iudiciali, hoc vult iſte text.

2 *Iuramentum quando non prodeſt iuranti, non cogitur illud recipere.*
3 *Pupillus deferendo iuramentum cum tutoris authoritate ſi appareat læ-*
*ſus, poteſt in integrum reſtitui, ſed propter hoc non poteſt aduerſarius*
*iuramentum recuſare. & nu.5. vide tamen, & nu.5.*
4 *Minor.25.an.deferens iuramẽtum ſine tutoris, vel curatoris authoritate,*
*poteſt contra talem delationem venire, & replicare etiam ſine aliqua*
*reſtitutione, & quando contra pupillum non detur exceptio iuſiurandi.*
5 *Pupillus non cogitur recipere iuramentum ſibi delatum, nec tutor in hoc*
*ſibi authorizare, ſi tamen iurat ſibi prodeſt.*
6 *Solutio facta pupillo iuſſu iudicis parit pleniſſimam liberationem, nec ad*
*uerſus eam reſtituitur, licet pecuniam perdat.*
7 *Actus quando poſſit dici iudiciarius licet non fiat in præſentia iudicis.*
8 *Productio inſtramentorum poteſt fieri coram notario cauſæ apud banchũ*
*in die iuridico, licet iudex non ſit præſens.*
9 *Contractus celebrati in præiudicium eccleſiæ per intruſum prælatum nul-*
*lum ius habentem in prælatura, non valent, ſed in fauorem eccleſiæ,*
*valent, ſecus in aliis non priuilegiatis.*
10 *Per falſum hæredem intruſum in hæreditate non poteſt acquiri exceptio*
*vero hæredi.*
11 *Debitores ſoluentes prælato intruſo nullum ius habent in prælatura, quan-*
*do liberentur.*
12 *Prælatus ſi non eſt intruſus, valent geſta per eum, licet poſtea priuetur ra*
*tione delicti etiam commiſſi ante contractum.*

1 §.Pupillus. ¶†Pupillus ſine tutoris authoritate non
põt iuſm deferre, ſed cũ tutore, & ſic ẽt
ſolus tutor põt.h.d.vſq; ad §.procurator. Primo ergo caſu nõ
cogitur aduerſarius recipere, qa ſi reciperet, & iuraret, nõ pro
deſſet ſibi iuſm, qa pupillꝰ poſtea poſſet venire ꝯ, ẽt nulla re-
2 ſtitutione p̃habita, cũ ipſo iure ſeruetꝰ illęſus, & rña eſt, †qñ iu
ramẽtũ nõ ꝓdeſt iurãti, nõ cogitꝰ iurans illud recipere, vt in l.
ꝓxi. Scđo vero caſu ꝓdeſſet iuranti, quia tutor põt p̃iudicare
pupillo mero iure, & ideo cogitꝰ, vel deferre, vel ſoluere, niſi
aliã iuſtã cãm habeat recuſandi, vt ỹ.e. l.iuſiurandũ, & ad pe-
cunias.§.ait p̃tor, iunctis his quæ habẽtur.in l. manifeſtæ.ỹ.e.
3 †licet ẽt poſſit pupillus in integrũ reſtitui, ſi appareat læſus, vt
habetur hic in glo. ſed non pp hoc põt aduerſarius recuſare
iuſm, cum ad reſtõnẽ petẽdã multa requirantꝰ, vñ non inſpi-
citur, ꝙ poſſit peti reſtõ ar.in l.Iulia.qui & a qui. ¶In tex.ibi,
(iuſiurandum deferre debet).ſ.quantum ad hoc, vt aduerſa-
rius cogatꝰ recipere, & quantũ ad hoc, vt ſi receperit, & iurauе
rit, ſibi ꝓſit iuſm, & pupillo noceat. ¶In tex.ibi [detulit,] ſup-
ple,

ple,& aduerſarius receperit,cum non cogatur, vt ſ̃.dixi,& iu
4 rauerit. ¶†In tex. ibi, [exceptio idem obſtabit] ſupple mero
iure.ſed replicabit ẽt ſine aliqua reſtõne, ſecus, qñ interueniſ-
ſet tutor,qa tunc eſt neceſſaria reſtõ. Et idẽ in adulto habẽte
curatorem,vel non habente, & cũ ipſo deferente,ſic intelligi
tur.l.nam, & poſtea.§.ſi minor.ſ̃.co.ſi autem ſine ipſo, idem
dicas,quod hic dr̃ in pupillo.ꝙ mero iure obſtet exceptio,ſed
dabitur replicatio ſine aliqua reſtõne, & hoc voluit hic gl.2.
in fi.quæ dicit veritatem, licet ſequens gl. videatur ꝯ̃rium vel
le,ꝙ ẽt quando hẽt curatorem, & ſine ipſo defert non hẽt re
plicationem, niſi mediante reſtõne in integr. per illum.§.ſi
minor.q gñaliter loquitur,ſed cõiter illa gl.reprobatur, & te-
netur p̃cedens per l.ſi curatorem.hẽs.C.de in integ.reſt. ¶Sed
opp.ꝙ nec ipſo iure dat̃ exceptio iuſiurandi,nec ſit neceſſaria
replicatio,qñ nõ interuenit tutor,vel curator,cũ non habeat
adminiſtrationem bonorum ſuorum, & contrahendo non
obligatur, nec valet ꝯ̃ctus in l.obligari. de auth. tu. ergo nec
quaſi ꝯ̃ctus,qui celebratur in delatione iuramenti,vt ſ̃.co.l.q
iuraſſe,in fi.gl.& Doc.iſtum paſſum non declarãt. de quo mi
ror.Mihi ſic vr̃ dicendum,ꝙ ſi erat doli capax,ſicut contrahẽ
do obligatur naturaliter licet non ciuiliter iuxta plene no. in
l.j.ĩ.de noua.ita quaſi ꝯ̃hendo i iur̃m deferendo,& poſſit tol-
lere naturalem obligationẽ, qua aduerſarius ſibi tenebatur.
& ex hoc ſequitur, ꝙ aduerſario cõpetit exceptio, qua actio
eliditur mero iure,quæ cõſiſtebat in ciuili, & naturali obliga
tione, & nunc remanet ſine naturali. Sed propter rationem
factam in ꝯ̃rium, datur ſibi replicatio ſine aliqua reſtitutio-
ne,ita intellige illum text. & hoc credo fuiſſe de mente.i.gl.q̃
intelligit ſm̃ Azo.vt loquatur in doli capace,& non dicit ꝑꝑ
qd.Sed ego dico,eſt ꝑꝑ id qđ dr̃ in tex. ꝙ obſtet exceptio me-
ro iure.Si aũt non eſſet doli capax,vt,quia non eſſet proxim[9]
pubertati,ſed infantiæ,tunc ſicut ipſe ꝯ̃hendo non obligatur,
vt no.in d.l.ita quaſi contrahendo, & iur̃m deferendo nõ tol-
lit naturalem obligationem,qua aduerſarius ſibi tenebatur,
& ideo tunc non obſtabit exceptio mero iure,nec eſt neceſſa-
ria replicatio iuris,ſed facti.& iſto mõ p̃t intelligi tex.in l.j.§.j.
quarum re act. non da. quæ directo contrahatur, dum dicit,
ibi non obſtare exceptionem,& hic dr̃ contrarium,licet glo.
hic quæ incipit imo, dicat illũ tex.intelligi ſm̃ iſtũ,ſed hoc eſt
deſtruere illũ.nã vr̃ potius econuerſo, ꝙ iſtud intelligatur ſm̃
illum.vt dum dicit obſtare exceptionem,ſupple, de facto,nõ
de iure ꝑꝑ rõnem in contrarium factam, ſed melius eſt con-
cordiam reducere mõ prædicto,& ſic vterque tex.remanebit
vt iacet,& hoc non reperies tactum ab aliquo. & ſm̃ iſtam di
ſtinctionem intellige,ꝙ in §.ſi minor. dicat in adulto curato-
rem habente, ꝙ non obſtat exceptio.ſm effectu, quia datur
replicatio,cũ ipſe ſit doli capax, & potuerit tollere nal̃ẽ obli-
gationem, ſicut potuerit ſe naturaliter obligare ſine curato-
5 re.¶†Gloſ.2.ibi,]ſed ipſi pupillo nõ defertur,]ſupple ẽt cum
tutoris authoritate, quia non cogitur recipere, nec tutor in
hoc ſibi authorizare,ſi tñ iurat ſibi prodeſt. Qñ aũt defertur
diſtinguitur an interueniat tutor,vel nõ. & hoc intendit glo.
dicere. ¶Glo.ibi,[ſed cũ ſacr̃m,]iſta glo. in hoc ver. intendit
opponere contra id,quod dixit in princ.ibi [ſed,& tunc reſti-
tuitur &c.]imo non reſtituitur, ſi coram iudice detulit,& ad-
uerſarius iurauit ꝑꝑ authoritatem iudicis approbantis,& cõ
6 firmantis.ut no.ſ̃.cod. l.j. quoniam habet vim ſolutionis†&
ſolutio facta pupillo iuſſu iudicis parit pleniſſimam liberatio-
nem, vnde aduerſus eam non reſtituitur pupillus, licet pecu-
niam perdat ut ſ̃.de mino.l.ait p̃tor.§.permittit̃.gl.ſoluit duo-
bus modis,ſed melior ſolo eſt,ꝙ iõ aliud in vera ſolone,quia
ſi pupillus reſtitueret,ille qui ſoluit remaneret in dãno,quod
non eſſet iuſtũ,poſtquã coactus ſoluit,& teneret̃ iterũ ſolue-
re,nam ſic remanet in dãno, ſed ſi pupillus reſtituatur aduer-
ſus iur̃m potius lucrũ ſibi aufertur, i.exceptio q̃ ex iur̃o cõſe-
cutus eſt abſque eo, ꝙ aliquis uere ſoluerit.& non eſt eadem
7 rõ.&c.C.de codicillis.l.fin.¶†No.tñ glo.ibi vel dic,ꝙ actus p̃t
dici iudiciarius,licet non fiat in p̃ſentia iudicis,certe hoc non
p̃ot procedere in iur̃o iudiciario, vbi requiritur factum iudi-
cis approbantis,& confirmantis,ac p̃cipientis,ut no. ꝑ glo.in
l.j.ĩ.eo.ſed poſſet procedere, vbi factum iudicis non require-
8 retur.†vt in productione inſtrumẽtorum,quæ poteſt fieri co-
a ram notario[a] cauſæ apud banchum in diciuridico,licet iudex
non ſit p̃ſens,ut no.C.de app.l.eos.in gl.ſuper ver. [a ſcrinio,]
& in auth.q̃ ſupplicatio,de præci. impera. of. q̃ vtrobiq; no.ꝑ
9 Bar.¶†In gl.fi.ibi [vñ oĩa caſſantur,] intellige hãc glo. in con
tractib.celebratis in p̃iudiciũ eccleſiæ, ut non ualeant,ſi ſunt
celebrati ꝑ intruſum p̃latũ & nullũ ius habentẽ in p̃latura,
qa non habet adminiſtrationẽ bonorũ eccleſiæ.Si uero in fa
b uorẽ eccliæ.tenderẽt, tunc valent, quia per talem intruſum[b]
poteſt acqri eccliæ,licet nõ in præiudiciũ,ut no.ꝑ Bar.ĩ.de cõ
dic. inde.l.ſi vrbana.& l.ſi filiæ.ĩ.de ſol. licet ſecus in aliis non
10 priuilegiatis,ut ſ̃,de pac.l.ſi tibi.§.cũ poſſeſſor, vbi per falſum
hæredem intruſum in hæred.tate nõ p̃ot acquiri exceptio ve-
11 ro hæredi.†Quid aũt in debitorib. eccleſiæ ſoluentibus prela-
to intruſo,an liberentur?dic, vt plene no. in d. l.ſi vrbana.vbi
diſtinguitur,an ſoluerint ex cõtractu celebrato cũ eo,& libe
12 rent̃,an ex cõtractu celebrato cũ vero p̃lato,& tũc ſecus. †Si
ãt p̃latus non erat intruſus, valent geſta per eum,licet poſtea
priuetur rõne delicti ẽt cõmiſſi añ contractũ,& quouſq; pri-
uatus eſt,habet adminiſtrationẽ,& hoc vult dicere gl. in fi.fa
cit l.iubemus.§.ſane.de ſacroſ.eccl. & l.ex cõtractu. de re iud.

ADDITIONES.

a Notario.Adde Lu. Roma. conſ.408. & ibi an productio inſtrumentorum poſ-
ſit fieri in abſentia partis.

b Intruſum.Sed an poſſit dici intruſus ille qui ſcit beneficium ad alium pertinere
vigore gratiæ anterioris. vide per Oldr.conſ.136.

1 *Cautio de rato,non habet locum, quando conſtet,quod procurator non hẽt mandatũ,niſi ſit coniuncta perſona,ſed non admittetur ad deferendum iuramentum, & quid in mandato ad vnã cauſam cum libera. & nu.2.*

3 *Mandatum generale cum libera,tantum valet quantum ſpeciale excepta poteſtate donandi, & delinquendi.*

4 *Procurator verus(quantum ad id quod non cadit in ſuo mandoto) non habetur pro procuratore.*

5 *Iuramentum quibus ex cauſis poſſit recuſari.*

6 *Procurator de cuius mandato dubitatur,non admittitur cum cautione rati,quando per illam non eſſet reo plene ſuccurſum,& quare?*

7 *Non dicitur quis poſſe id facere, quod non ſine verecundia poteſt.*

8 *Verecundia plus attenditur, quàm commodum pecuniarium.*

9 *Quando quis agendo fundat intentionem ſuam in turpitudine non debet admitti,ſecus quando fundat eam in alio, & ad ipſam coadiuuandam allegat turpitudinem,vel quando detegitur ab alio.*

10 *Reus cogitur recipere iuramentum ei delatum ab vno ex pluribus hæredibus vnius creditoris.*

11 *Practica qualiter reus non admittat procuratorem,de cuius mandato dubitatur ad deferendum iuramentum, & ſi offerat cautionem rati, & quando teneatur ſolum ad expenſas litis.*

12 *Stipulatio rati an ſit commiſſa contra procuratorem ſtatim, quòd dominus non habet ratum,& ſic incipit agere.*

13 *Periurus quando ſit infamis.*

1 §.Procurator. ¶†In tribus caſibus hic poſitis pro
curator poteſt iur̃m deferre, extra
illos non p̃ot, nec aduerſarius recipere cogitur,ẽt ſi vellet ca-
uere de rato,qa ꝑ talẽ cautionẽ nõ plene prouidetetur iuran
ti, cum per ipſam non poſſit proſequi ſuum intereſſe. Si aũt
poſtea ageret,& dñs obtineret, niſi ſuã turpitudinẽ allegaret,
ſcilicet dicendo ſe periurium.h.d.cum l.ſeq. & ſequens reddit̃
difficilis ꝑꝑ gl.quæ eſt hic. qm̃ adducit hic totã materiã tit.rẽ
ra.ha.q̃ eſt valde difficilis, & per Bar.multum plene examina
2 tur in l.ſi ſine.§.cum aũt.rẽ ra.haberi.¶†Et diuide in tres par-
tes,quia primo ponitur, ꝙ conſtabat procuratorem habere
mandatum cum libera,uel habere mandatum ſpãle,uel eſſe
procuratorẽ in rẽ ſuã,& tunc non eſt dubium,ꝙ p̃ot deferre,
& aduerſarius p̃ot accipere,iurare. vel referre,vel ſoluere,qa
tunc erit plene ſecurus,ſi iurat, uſque ad legem alias.Scđo lo-
quitur.qñ conſtabat ipſum non hẽre aliquid de iſtis tribus, &
tũc aduerſarius recipere non cogitur, & ſibi iur̃m non ꝓdeſt,
& iſto caſu nõ eſſet dubiũ, ꝙ ẽt cũ cautione rati non admit-
teret̃,qa illa cautio non hẽt locũ,qñ conſtat, ꝙ non hẽt mã-
datũ,ſed ſolũ qñ eſt dubiũ,ut plene no.in l.i. C.de procu.niſi
ſit coniuncta ꝑſona,vt e.ti.l.exigendi.& ſ̃.de proc.l.ſed & hę.
tñ hoc eſt verum,ꝙ admittit̃ ad agendũ, nã poſſet obtinere,
ſed nõ admittit̃ ad deferendũ iur̃m,ẽt ſi ſit cõiuncta perſona,
qa iſte eſſet actus p̃iudicialis, ita intelligo hic, & hoc vſq; ad
ver.[nec multũ, ibi p̃ot intelligi, qñ erat dubiũ de mãdato.&
dr̃,ꝙ ẽt tunc non admittitur cum tali cautione, qa ꝑ eam nõ
eſſet plene conſultum iuranti,& quia non probat,vſque ad l.
3 ſi itaq;. ibi p̃ot eſſe quarta in qua concludit ex p̃miſſis. Nota.
ex prima parte tex. cum gl. ꝙ tm̃ valet generale mandatũ cũ
libera,quãtum ſpãle.Rõ colligitur ex l.procurator cui libera.
ſ̃.de procu.quod eſt verum, niſi in duobus caſib quantum ad
poteſtatem donandi, quæ non cadit in generali mandato cũ
libera,vt l.cõtra iuris. §.fi.de pac.& tñ poteſt cadere in ſpecia-
li,vt l.filius.ĩ.de dona. Item quãtũ ad delinquendũ: quia hoc
non cadit in generali, vt poſſet delinquere,& dñm ex delicto
obligare ad pœnam,vt ſ̃.l.qđ quiſq; iu. l.3.§.ꝙ ſi procurator.
cum ibi no.& ĩ.de cond.inde. l.ſi procurator.per Docto.quia
non venit dolus in tali mandato.ĩ.mand. l.creditor. §.fi.& tñ
in ſpeciali bene poſſet cadere, vt l.j.§.quoties.ĩ.de vi & vi. ar-
ma. in argumẽtum. Sed quæritur hic, quid ſi aliquis habebat
mandatum ad vnam tm̃ cauſam cum libera, non tñ cum po
teſtate deferendi iuramẽtum expreſſe conceſſa?rñdeo adhuc
poterit deferre, ſicut ſi haberet ſpeciale, vt in ca. qui ad agen-
dum.de procur.libr.6. & not.in l.qui Romæ §.Callimachus.
4 de verb.ob.¶†Ex ſecunda parte in l.aliàs no.iuncta.l.ſi itaq;,
quæ venit ad exemplificandum iſtud principium, ꝙ verus ꝓ-
curator quantum ad id, quando non cadit in ſuo mandato,
non habetur pro procuratore, & ita habetur in l.j.§. quæſi-

5 tum.ſ.ad Treb.¶†Item no.in verſic. nec poſtea,ꝙ non cogit
quis recipere iurm quando ſibi non prodeſſet, & iſta eſt vna
de cauſis,ex qua poteſt recuſari Sunt & aliæ de quibus habe-
a tur.ſ.e.l.manifeſtæ.per glo. & Doc.[a] Et quando aliqua de illis
cauſis ſubeſt non habet locum illa l.manifeſtæ.nec l.iuriuran
dum.§.ait prætor.ſ.eod.vbi dicitur,ꝙ debet iurare,vel referre,
vel ſoluere. Hoc eſt verum, niſi habeat cauſam recuſandi,&
hæc eſt vna de illis. alia.ſ.l.proxi. §. ſi pupillus.quæ tendit ad
6 idem ¶In tertia parte in verſi.[nec multum.]No.†ꝙ procura
tor de cuius mandato dubitatur, non admittitur cum cautio
ne rati, quando per illam non eſſet reo plenè cõſultum, &
ita limitantur omnia iura dicentia ipſum dẽre admitti. Qua-
liter aũt hoc oñdatur,ꝙ parũ proficiat,ſubiicitur hic in text.
in ver.[ſi.n.]nam ſi contingat poſtea apparere,ꝙ non habeat
mãdatum, & dñs nolit habere ratum,qđ ille fecit,poterit ve-
nire ꝯ,& iterum agere contra iurantem,& iurans non põt ſe
iuuare ex iuro, ſed habebit neceſſe liqdare de iure ſuo oppo-
nendo aliam exceptionem, ſi qua ſibi competit, puta pacti,
vel ſolonis,& eam probare,ac ſi nõ iuraſſet,& ſic patet.& iu-
ramentum parum aut nihil ſibi proficit, & ſi ipſe velit agere
contra procuratorem,& fideiuſſores eius ex cautione rati,&
conſequi intereſſe bene poterit, tñ habebit neceſſe docere de
ſuo periurio, & ex hoc conſequitur totam verecundiam, &
perinde hr̃,ac ſi nõ poſſet agere nec intereſſe cõſequi,ex quo
non ſine verecundia. Qualr aũt hoc oñdatur,tãgitur in gloſ.
& oñditur ſic,nam habebit neceſſe dicere,ꝙ non obſtante iu
ramẽto dñs iterum egit,ꝯ eum, & iuſte obtinuit, & ſic opor-
tuit ſibi ſoluere ac ſi non iuraſſet,qñ nõ accidiſſet,ſi mãdatũ,
habuiſſet,vel dñs habuiſſet ratum.& ſic dicit ſe poſſe cõſequi
quicquid ſoluit dño, & ſi ita eſt,ꝙ dñs obtinuit,& iuſte,ſequi
tur manifeſte, ꝙ falſum ipſe iurauit iurãdo ſe non teneri, &
ſic allegabit ſuum periurium.Si aũt diceret dñm obtinuiſſe,
ſed in iſto caſu hoc non potuiſſet contingere, niſi vel culpa
ſua non allegantis ea, quæ debebat allegare, vel iniuria iudi-
cis, neutra iſtarum habet nocere procuratori. ar. l.ſi per pru-
deriam.in prin.ſ.de euic.habet ergo neceſſe dicere,ꝙ iuſte ob
tinuit,ſi vult recuperare ea quæ ſoluit, & ſi ita eſt,hoc nõ põt
contingere, niſi duobus concurrentibus ſ. ꝙ ille procurator
non habuit mãdatum ad deferẽdum iurm,quia ſi habuiſſet,
dñs nõ potuiſſet poſtea agere iterum, nec iuſte obtinere, fuit
ergo in culpa aſſerendo ſe hẽre mandatum. Aliud eſt.ſ.ꝙ dñs
fouebat iuſtitiam, & ipſe iurans erat verus debitor, & ſi hoc
eſt,ergo falſum iurauit, licet ergo poſſit recuperare, q̃ ſoluit
pp cautionem,tñ quia mediãte allegatione periurij, nõ repu
7 tatur poſſe recuperare, & hoc vult gl. ſm ſecundã opi.† Azo.
quæ habetur ibi,vel non multum cum ſequẽti. ¶Et ſic no.ꝙ
non dr̃ quis poſſe facere id quod non ſine verecũdia poteſt.
8 facit.l.nepos Proculo.de ver.ſigni.¶†Item no.ꝙ verecundia[b]
b plus attenditur,quàm commodum pecuniarium, & ea ꝑpõ-
9 derat. item,ꝙ non obſtante turpitudine põt quis agere. Et ſic
allegat̃ iſte tex.ſm opi. Azo. ꝙ põt quis agẽdo ſuam turpitu-
c dinẽ[c] allegare.nam Azo.vult, ꝙ agere poſſit & recuperare in
tereſſe,tñ quia non ſine allegatione turpitudinis, nõ cogitur
quis ſe ſubiicere huic turpitudini, & ideo põt accuſare iuran-
tem.licet offeratur cautio rati,ſi tñ recuperat,& iuret bñ poſ-
ſet agere dicto caſu,licet turpitudinẽ ſuam allegaret.Sed ꝯ de
l.ſi creditoribus. C.de ſeruo. pig. da.ma. & l.cum profitearis.
C.de reuo.do. So,qñ quis agendo fundat intẽtionem ſuam in
turpitudine ſua,nõ deberet admitti,vt ibi, ſecus qñ fundat eã
in alio,& ad ipſam coadiuuandũm allegat turpitudinem, ut
hic fundabat in cautione rati, & poſtea dicebat illam fore cõ
miſſam ex eo,quia dominus nõ habet ratum,& iterùm egit,
& ſi procurator excipiat,ꝙ male agit,& iuſte obtinuit,ipſe re
plicabit,ꝙ imo bene & iuſte, quia ideo cogebatur habere ra-
tum illud iuramentum, poſtquam non dederat mandatum,
& ipſe eſt verus debitor, & ſic allegat turpitudinem ſuam re-
plicando,& ad hoc allegatur iſte tex. Vel dic, ꝙ ẽt fundando
intentionem ſuam in turpitudine, bene poteſt agere,qã illa
turpitudo erat ab alio detecta, vt l.pe. de ſuſpe.tu.& in l.rele-
gatorum.de releg. & interdic.in fi.& ita hic,qa erat detecta ꝑ
ſñiam latam pro dño,ſecus ſi eſſet occulta, & ita loquitur cõ
trarium, & iſta colliguntur ex dictis Bar.cætera circa iſtum ar
10 ticulum dic,ut per eum. ¶†Et per iſtum tex.dicit Bar.ꝙ ſi ſint
plures hæredes vnius creditoris,& vnus hæredum agat contra
debitorem,& velit deferre iuramentum, non cogitur reus re-
cipere,quia aliis agentibus, & obtinentibus, quibus non no-
ceret iurm appareret de periurio iurãtis,& iſta eſt cã recuſan-
di iurm,vt hic. Certe ſalua ſua pace,hoc non eſt verum,quia
hic loquitur,qñ iurans neceſſe haberet poſtea allegare ſuum
periurium,agendo contra procuratorem, ſed in caſu iſto nõ
habet neceſſe allegare, quia non agitur ꝯ illum qui detulit iu
ramentum,nam aduerſus ipſum eſt ſecurus exceptione iuſiu
randi pro ſua portione alij vero agunt proportionibus eorũ.
& poſito, ꝙ obtineret iſte ſemper poterit dicere, ꝙ iniuſte
obtinuerunt, nec enim per hoc, ꝙ alij obtinuerunt, iſte qui
iurm detulit,poterit iurantẽ iterũ ꝯuenire, & ſi de facto ꝯue-
niret,poterit dicere ſe verũ iuraſſe,& alios iniuſte obtinuiſſe,
11 vt patet ad ſenſum, & ſic Bar.nõ bene ꝯſiderauit hoc. ¶†Gl.
magna quę eſt hic duo facit,nam primo deducit in practicã,
oſtendendo qualiter reus non tẽneatur admittere procura-
torem,de cuius mandato dubitatur,ad deferendum iuramẽ-
tum,etiam ſi offerat cautionem rati, quia illa cautio rati pa-
rum reo prodeſſet,& ꝙ prodeſſet parum, oſtendit per argu-
mentum a ſufficienti partium enumeratione,nam dño non
habente ratum.& iterum poſtea agente, poteſt dare quattuor
caſus,in duobus primis per cautionem rati non prouideret̃
plene,quia non poſſet reus per eam recuperare niſi ẽxpenſas
litis,non autem ſortem,& hoc eſt parum. In aliis duobus ni-
hil recuperare poteſt,& ſic nihil proficeret. Primus eſt, ſi dñs
poſtea agens ſuccumberet,quia ipſe reus opponeret aliam ex
ceptionem,& probaret ſe non eſſe debitorem,nam non recu
peraret niſi expenſas quia ſua non intereſt in plus ut l.ſi ſine.
§.Marcellus.ſ.rem ra.ha.Secundo ſi obtineret iniuſte,[a] & idẽ,
ut ſolas expenſas recuperet. nõ quia ſua non intereſt in plus,
ſed quia procuratori non imputatur, ꝙ dñs interim ageret,
ex quo iniuſte egit,unde mitius agitur cum eo. ꝙ non teneat̃
niſi ad expenſas,ut l.ſi ſine.§.cum autem.Tertius caſus eſt,qñ
egit,& obtinuit iuſte, & tunc ſecundum quoſdam non pote-
rit recuperare reus,quoniam agendo ſuam turpitudinem al-
legaret.Quartus eſt,quando lis adhuc penderet inter dñm,&
reum,& tunc idem,quia ſtipulatio rati adhuc non eſt cõmiſ-
ſa ſm quoſdam.Et ſic patet ex omnibus, ꝙ non plene conſu-
leretur per dictam cautionem,ſed ſemiplene, uel nullo mõ,
& hoc eſt uſque ibi. [ſed certe.] Poſtea arguit ꝯ primum, ter-
tium,& quartum caſum, ꝙ non procedãt ea quæ dicta ſunt,
& ſic deſtruatur dicta argumentatio, & eam ſuſtinendo præ-
terquam ad ultimum caſum,ubi non reſpondet ꝯ primum,
ergo dum dixit gl. ꝙ ſi dominus egit, & ſuccubuit, reus non
poterit recuperare niſi expenſas, oppono, ꝙ imo etiam ſor-
tem,ut l.procurator ad exhibendum. §.j.rem ra. ha. & ſic ſa-
tis proderit cautio rati glo.reſpondet,& non bene. Dic ergo,
ꝙ procurator ibi,qui cauit de rato, egit & exegit.nõ ſi dñs po-
ſtea agat, & ſuccumbat, ꝑt reus recuperare quicquid ſoluit
procuratori,tanquam indebite ſoluerit,quia per hanc ſñiam
latã cum dño,apparet eum non fuiſſe debitorem,& ſic inde-
bite ſoluiſſe,uñ intereſt totum recuperare. Sed hoc,qđ dictũ
eſt ſ. & dr̃ in §.Marcellus, procedit, qñ procurator qui cauit
de rato,non exegit,ſed potius ſuccubuit, ſi iurm detulit,vnde
non intereſt rei [ſi dñs poſtea egit, & ſuccubuit] recuperare,
12 niſi expenſas, & ſic patet, ꝙ iſte caſus ſuſtentatur. ¶†Contra
tertium caſum qñ dñs egit,& iuſte obtinuit, dictum eſt ſupra
in argumentatione,ꝙ reus ex cautione rati nihil poſſit agere
& ſic nihil proficere. Contra de iſto textu, dum dicit,ſine ſti-
pulatione de rato agam,& ſic innuit, ꝙ agere poſſit timore,
vnius.Azo fuit in duplici opin.primo,quod non poſſit agere
ad ſortem,ſuper qua iurauit,quia allegaret ſuam turpitudinẽ
ſed ad uſuras poſtea currentes,quas oportuit eum ſoluere,ſu
per quibus non iurauit, poſtea mutauit opi. quòd imo poſſit
agere ad ſortem,& iſta eſt uera, tñ quia non ſine uerecundia
13 reputatur non poſſe.¶†Contra quartum caſum opp.pro de-
claratione glo.in uer.[in quarto q̃ro,] nam fuit dictum,ꝙ lis
adhuc pendet tpe quo quis uult agere ex cautione rati inter
dñm,& reum.non põt dñs agere,quia ſtiplo rati non eſt com
miſſa,Contra,imo vr̃,ꝙ ſit commiſſa ſtatim, cum dñs nõ ha
buit ratum, antequã incipiat agere, multomagis poſt quã in-
cipit.l.quo.n.§.j.rem ra.ha.glo. vr̃ fateri ſm Azo. & tunc plus
dicit, qđ eſt cõmiſſa ad totã ſortẽ, nec ſoluit̃, licet dñs poſtea
ſuccũbat. Sed ad ꝯriũ nõ rñdet poſtea in fi. gl.vr̃ diſtinguere,
an procurator qui cauit de rato,habebat mandatum reuera,
ẽt gl.dicit uerum, quia imo non eſt commiſſa indiſtincte,qñ
adhuc nõ intereſt rei ex quo lis.pẽdet,qa forte obtinebit.Nec
an non?tu dic breuiter,ꝙ neutrum dictum Azo.eſt uerũ. nec
ob.illa.l.quo.n. §.j. qa loquit̃, qñ reus ſoluit procuratore ca-
uente de rato.uñ ſtatim,ꝙ dñs non hẽt ratum intereſt ſua re-
cuperare,qñ apparet ipſum nõ fuiſſe liberatũ ex ſolone,nos
loquimur,qñ nõ ſoluit.Itẽ poſito,ꝙ ſit cõmiſſa,eo caſu quo
ſoluit,ſi ante ageret, & dñs poſtea in lite ſuccũberet, ceſſaret
intereſſe,& ſic non põt agere ex cautione rati, niſi ad expẽſas
litis,ſi eas nõ recuperaſſet a dño ſuccũbẽte,ꝑut dixit gl.i prin.
in pri-

ADDITIONES.

a Et Doct.[a] Et potiſſimũ per Bar.qui ponit quib. modis recuſari queat,tu eum ibi
vid. to.& in l.alias.hoc ipſo titu.Et num iurare, vel iuramentũ referre recuſans
puniatur.vide per Bar.in l.iuſiurandum. & d. l.manifeſtæ hoc titu. & in l.gene-
raliter. §.ſed iuramento. C.de reb.cre.& per Alex.in l.ſi non ſortem.hoc titu.
b Verecundia. Adde,vt late per Old. conſi.93.
c Turpitudinem. An quis poſſit allegare turpitudinem ſuam. vide per Soc.conſil.
incip. viſo inſtrumento ſimulationis &c.

in primo caſu,& ſic reprobat ſm̃ dictum Azo.& ex his rema
net ſuſtẽtata argumentatio primo loco facta.Sc̃do vero caſu
quẽ gl.non ꝓſequit̃,aut dñs egit,& iniuſte obtinuit,dũ glo.di
cit,ꝙ nõ põt agi ex cautione rati,niſi ad expẽſas litis procedit
duob.cõcurrentib.ſ.ꝙ ꝓcurator,ꝗ cauit,re vera habeat man
datũ,licet non potuerit oſtendere,ſ cũ cauit.ſi n.potuiſſet,nõ te-
neb.ãt cauere, vt ne ſatiſdatio rẽ ra.ha. bñ tñ oñdit poſtea in
lite vertẽte inter dñm,& reũ,& nihilominus dñs obtinuit in-
iuſte,& ſic nihil eſt,ꝙ poſſit imputari ꝓcuratori, vñ nõ tenet̃
niſi ad expenſas, quia ſaltem debuit operari, ꝙ dñs de facto
non ꝯueniret, & ita intelligitur iſte §. cum aũt.in quo glo.ſe
fundat.Si vero poſſet aliquid imputari ꝓcuratori, vt quia re
vera nõ hẽt mãdatũ,vel ſi habebat, nõ oñdit requiſitus in li-
te vertente inter dñm,& reum.ꝙ ſi oñdiſſet,forte dñs nõ ob-
tinuiſſet in lite,iniuſte committetur ſtipl'o ad totã ſortem, &
ita no.in d.§.ꝙ aũt.vbi pleniſſime per Bar.bñ non expediebat
tñ laborare.quãtum gl.fecit, nec ſuſtinent̃ oĩa membra iſta.
enim eſt verum dicere, ꝙ cautio rati in nullo iſtorum caſuũ
plene proficiat,imo in primo, & ſecundo plene prouidet,in-
quantum rei intereſt,vt quia non intereſt,niſi recuperare ex-
penſas,& quantum iuſtum eſt,vt in ſc̃do, quia non eſt iuſtũ,
vt in plus conſequatur, ſi nihil poteſt imputari procuratori.
Item in quarto,cũ pendet,nihil intereſt adhuc rei. vñ non põt
dici, ꝙ cautio rati parum proficiat, nam proficiet, cum opus
erit. Dic ergo, ꝙ ꝑ ſolum tertium caſum põt reus repellere
procuratorem,quia ſi contingeret dñm non habentem ratũ,
iterum agere, & obtinere iuſte nõ diceretur cautio iurati reo
ꝓficere,poſtq̃ ex ea non poſſet conſequi intereſſe,niſi allega-
ret ſe periurũ, & in hoc ſtat ſubſtantia huius tex.quicquid gl.
& Bar.hic dicant.¶Vltimo q̃rit̃ ſm̃ Gul.de Cug.vtrum periu
a rus ſit infamis?[a] & remittit ad gl. no. quæ eſt in l. Lucius.ſ̃ de
inſa.quæ diſtinguit. an iurauit de futuro, & poſtea non ſerua-
uit iur̃m,& ſic venit ꝯ ipſum,& eſt infamis, & efficitur periu-
rus,cum non obſeruat,non autem fuit a princ.& iſte caſus in
l.ſi quis maior. C.de tranſac.aut iurauit de præſenti, vel præ-
terito aliquid,quod nõ eſt verum,& tunc ſtatim eſt periurus,
non ex eo,quod venit contra iuramentum, ſed quia menda-
cium dixit,& iſto caſu nõ eſt infamis,dicta l.Lucius, ꝙ etiam
patet,quia punitur crimine ſtellionatus, vt ĩ.de crimine ſtel-
b liona.l.de periurio.[b]quod crimen non infamat, vt l.j.de infa-
mi.vbi non ponitur inter crimina de quibus ibi.

ADDITIONES.

a Infamis.An periurus ſit infamis,vide per Do.de Ro. deciſ.ſuis hoc titulo, & ibi quid de frangente fidem promiſſam.

L.de periurio.Imo.in illa l.non dicitur,committit crimen ſtellionatus, propter periurium,ſed propterea quod rem.alienam ſuam eſſe iurauit, generale.n.per iurium ab homine non punitur,iuxta l.2.& ibi ſcribent.C.de reb.cred.

LEX XX.

à SEruus quod. ¶†Iuramentum ſerui,vel
filiifamilias in cã patris,vł
dñi prodeſt illis indiſtincte, ẽt ſi non hẽt peculiũ,
vel in cã non peculiari,vel vſq; ad uires peculij.h.
d.cum ſeq.vſque ad l.qui iuraſſe, poſſunt ergo prædicti profi-
cere patri,vel domino,ſed non eis nocere in acquiſitis perdẽ
dis,niſi uſque ad uires peculij, ſed in acquirendis de nouo,be
ne poſſunt nocere,vt no.in l.ſeruus. C.de pac. & quod habe-
tur.ſ̃.de pac.l.ſi autem dominicam. C.de acq.poſ.l.fina.

LEX XXI.

1 *Infans etiam in ſui fauorem non poteſt iurare,cũ non poſſit loqui.& nu.1.*
3 *Mutus poteſt conſtringi ad iurandum, ſi habet intellectum, cum habeat conſenſum.*
4 *Iuramentum cadit in eo,qui poteſt naturaliter obligari,ſed non periuriũ, & quando in eo non cadat?*
5 *Pupillus proximus pubertati iurans in contractu ſe eſſe puberem, & non venire contra contractum,habetur pro pubere, & minor adultus aſſerens ſe maiorem habetur pro maiore.*
6 *Pupillus ex delicto obligatur, cum eſt doli capax.*
7 *Periurium non committitur ſine dolo.*
8 *Iurans falſum, an præſumatur periurus, & doloſe iuraſſe? & an procedat accuſatio?*

1 QVi iuraſſe. ¶†Pupillus poteſt iurare ad ſui
cõmodum, licet in eo non ca-
dat periurium,quia non cadit dolus,& periurium
1 non eſt ſine dolo.h.d.in effectu.¶†In tex.ibi.[æta
tis ſit,] dicit Gul. dummodo ſit maior infante, nã infans etiã
in ſui fauorem non põt iurare, qa non põt loqui, & in iur̃o
requiruntur,uerba,vt in Auth.de mandatis prin.§.ſed neque,
3 quod no.ſm̃ Bar.†Nam ex hoc ſequitur, ꝙ mutus nõ poteſt
iurare,quia non põt loqui ſecundum Bar.hoc non placet,qa
etiam in matrimonio requiruntur verba pro forma,vt no.in
a l.cum notiſſimi.C.de præſcri.xxx.ann.& tamen[a] mutus poteſt
matrimonium ꝯhere,quia tunc requirunt̃ uerba,cum cõtra
hentes poſſunt loqui,ſi non pñt, non requiruntur.ita hr̃ in c.
tua.extra.de ſpon.puto ergo, ꝙ mutus põt iurare, ſi habet in
tellectum.& ad iurandum poſſit conſtringi, quia habet con-
ſenſum, iuxta ea quæ no.in l. item quia ſ̃.de pac.ibi ſecundũ
hoc &c.¶In tex.& gl.bene vr̃ uerum,quod dicit Gul.de infan
te, quia æquiparatur furioſo, cum careat omni intellectu,li-
cet infantes interdum poſſint loqui, vt ſi ſunt ſex annorum,
vel ſeptem cum dimidio facit.l.in neg.de re.iur.& in iuramen
to requiritur aliquis intellectus, non tamen requiritur, ꝙ ſit
doli capax,& ſic,ꝙ ſit proximus pubertati, vt colligitur,quia
ſi eſſet doli capax, non ſolum iur̃m in eo caderet, ſed etiam
periurium,vt in c.j.extra.de delic.pue.vbi caſus, cuius contra-
rium hic dr̃,& ita intelligit iſtam l glo.quæ eſt ibi,ſ.in pupillo
non doli.capace,vt procedat in eo,quod hic dr̃, ꝙ in eo non
cadit periurium,ſed iuramentum bene cadit, ſiue ſit doli ca-
4 pax,ſiue non. † Quantum uero ad naturalem obligationem,
diſtinguit̃,an ſit doli capax,an nõ vt no. in l. j. de noua. cadit
ergo iuramẽtum in eo, qui non poteſt naturaliter obligari,
ſed non periurium, ut hic patet. Item eſt uerum, ſi quod iu-
rat,eſt ad ſui commodum,ſecus quando ad ſui incommodũ,
vt in auct.ſacram.puberum. in illo verbo [puberũ.] vna cum
5 glo.fallit in caſu.l.fi.de lib.ca.vt hic in fi.glo.2.dicit tñ†Gul.de
Cu.vnum verbum no.ꝙ ſi pupillus proximus pubertati iura-
b ret,cum contrahit,ſe eſſe puberem,[b] & poſtea iuraret non ve
nire contra contractum,habebit locum auth. ſacramenta.ſi-
cut ſi eſſet pubes,licet non loquatur de impuberib.qm̃ habe-
tur pro pubere,poſtquam ita iurauit,ut in titu. ſi mi.ſe ma.di.
per totum, quod nota. quia ille titulus loquitur in adulto aſ-
ſerente ſe eſſe maiorem cum iuramento, uel ſine, & habetur
6 pro maiore cum decipit.†Gul.vult illud idem eſſe in pupillo
aſſerente ſe adultum,quia hoc cadit in delictum, cũ decipit,
& pupillus ex delicto obligatur. cum eſt doli capax.vt d.ca.j.
quod perpetuo tene menti, quia non recolo alibi iſtud legiſ-
ſe,nec Doc.aliquid dicunt in iſto titulo, ſi minor ſe maiorem
7 dixerit.¶†Vltimo no. ꝙ periurium non committitur ſine do
lo,& ex hoc ſequitur, ꝙ ſi uolo te accuſare de periurio, & in
accuſatione dico te iuraſſe falſum, iſta accuſatio non conclu
dit,niſi dicam,ꝙ ſcienter,& doloſe iuraueris falſum,quia põt
falſum eſſe iuratum, & non eſſe periurium, ut hic colligitur.
8 Sed contra,nam eo ipſo,ꝙ quis iurat falſum, præſumitur per
iurus, & doloſe iuraſſe, ſi contrarium non apparet,ut ſ̃ eo.l.
alias.in fine.Sol.verum eſt tñ ad hoc,ut procedat accuſatio,&
præſumatur iſte dolus,debeo allegare,in accuſatiõe,alias præ
c ſumitur[c] quantum ad hoc.vt accuſatio procedat,ut probatur
ex no.per Bar.ſ̃.ſi cer.pet.l.cum quid. ante finem per l.ſi adul-
terium.§.item Pollioni.ĩ.de adul.fateor ergo ꝙ ſi allegaui do
lum,eo ipſo,ꝙ apparet contrarium, præſumitur iſte dolus.d.
l alias.in fin.niſi qualitas perſonæ ſuadeat contrarium,vt hic.
Si uero non apparet contrarium eius, quod eſt iuratum, in
dubio iuramentum præſumitur verum. vt ſupra eod.l.ſi duo
patroni poſt princi. ibi [multum tamen &c.]vt no.per gloſ.ĩ.
prox.§.in fine.glo.quæ incipit, [ſed oppono.]

ADDITIONES.

a Tamen mutus.Adde Alex.de Imo. in l.i.infra de verbo.oblig. quem vide.Curt.

b Puberem.Adde eundem conſi.223.

c Alias præſumitur. D.Iaſo. hic concludit, ꝙ ad incurrendum periurium ſufficit culpa,ſed ad incurrendum pœnam periurij, requiritur dolus, & hoc probatur authoritate Bal.allegantis Innoc.in c.P. & G.de off.dele.vbi voluit, ꝙ impotens ad ſoluendum,ſit periurus,quo ad pęnam periurij, confirma.eius dictum per id quod voluit Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.de of.procon.& leg.vbi voluit,ꝙ iudex iurans ſeruare ſtatuta,ſi non ſeruat,non poteſt de periurio puniri, niſi doloſe faciat, refert & ſequitur Soc.conſi.87.

1 *Iuramentum fideiuſſoris,qui iurat principalem. nihil debere prodeſt principali.& num.2.*
3 *Sublata obligatione principali qua tenetur filius,tollitur actio de peculio acceſſoria,qua tenetur pater.*
4 *Pater iurando pro filio tanquam filio. acquiritur filio vtilis exceptio, & an poſſit iurare pro filio tanquam pro extraneo?*
5 *Pater ſi iurauit nihil eſſe in peculio filii, & poſtea reperiatur habere peculium, an, & quomodo non obſtante iuramento poſſit pater de peculio conueniri.*
6 *Si filius haberet peculium, non tenebitur pater reſpondere interrogationi, vtrum fuerit acquiſitum poſt iuramentum, vel ante.*
7 *Licet contra iuramentum, non admittatur probatio per teſtes, vel inſtrumenta,tamen debet admitti per confeſſionem partis, idem contra præſumptionem iuris,& de iure.*
8 *Poſitioni criminoſæ,vel captioſæ non eſt reſpondendum.*
tionem.de comp.l.ſin autem.§.fi. C. de fi.inſtr.& per Inn.in c.fi.
de ord.cog.& in c.fi.de fid.inſtr.

L E X   X X X I.

2 *Iuramentum ad hoc, vt deferatur actori in ſupplementum probationis , ad ipſum ſupplementum, quæ requirantur, & nu.1.*
3 *Iuramentum neceſſarium, ſeu purgationis, a iudice reo delatum non põt a reo recuſari, nec referri.*
4 *Sentẽtia lata prætextu iuramenti neceßarii, & falſi ad hoc vt retractetur, quæ debeant concurrere.*
5 *Tranſactio non reſcinditur prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum .*
6 *Sententia lata prætextu iuramenti neceßarii, & falſi, quæ etiam tranſiuit in rem iudicatam, ad hoc, vt retractetur per inſtrumenta de nouo reperta, an ſit neceſſaria reſtitutio in integrum .*
7 *Poſito, quod reſtitutio ſit neceſſaria, an debebit impetrari intra quadriennium continuum.*
8 *Inſtrumenta, quod ſint de nouo reperta, probatur per iuramentum .*
9 *Impeditus in prima dilatione producere duos teſtes, ſi obtinuit ſecundum, non poterit producere niſi illos duos teſtes.*
10 *Cauſa propter quam admittitur emptor ad petẽdum fideiuſſores, nec prius teneatur ſoluere pretium.*
11 *Sententia in quibus caſibus retractetur per inſtrumenta de nouo reperta. num.17.*
12 *Sententia lata prętextu iuramenti neceſſarii, & falſi, an retractetur per inſtrumenta de nouo fabricata.*
13 *Quod poterit retractari per teſtes de nouo repertos.*
14 *Legiſlatori referenti tenorem alterius legis creditur, licet de illa lege nõ cõſtet, nec reperiatur, & ꝙ idem ſit in ſtatutis referentib. aliud ſtatutum.*

15 Iudex

15 *Iudex ſi in ſententia ſua te condemnauit ad dandum mihi quolibet anno tãtũ, ſecundũ, ꝙ tui anteceſſores dederunt, licet non appareat, ꝙ vnquã dederint nihilominus teneris.*

16 *Dictio ſecundum, ꝙ non faciat conditionem.*

17 *Iuramentum neceſſarium defertur reo, quando actor deficit in probando, niſi concurrant requiſita, adhuc, vt deferatur actori. & quæ ſint.*

18 *Quando quis dicatur fuiſſe impeditus, vt ei cõteſtetur reſtitutio aduerſus ſñiam ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa &c. ſi inſtrumenta de nouo reperiiſſe dicat.*

19 *Si extant probationes falſæ, & etiam veræ, poteſt ſententia fundari in vero, nec poterit retractari.*

20 *Qualiter iudex qui detulit iuramentum neceſſarium reo, ex eo ꝙ actor nõ probauit, ferat ſententiam, nec poſſit poſtea retractari.*

21 *Sñia lata nõ propter probationes, ſed ſolum propter falſas probationes iã factas, vel pp falſum inſtrumentum, retractatur etiam non per inſtrumenta de nouo reperta.*

22 *Si fuit lata ſolũ propter defectũ probationis nullo interueniẽte iuramẽto, vel falſis teſtibus, ſeu inſtrumentis, nõ retractatur per inſtrumenta de nouo reperta, & quando retractatur.*

23 *Si fuit lata prætextu iuramenti neceſſarii, & falſi, delati propter defectũ probationis retractari poteſt inſtrumenta de nouo reperta.*

24 *Inſtrumenta non poſſunt produci, niſi vſq; ad concluſionem in cauſa, niſi ſint de nouo reperta.*

25 *Inſtrumenta de nouo reperta poſſunt produci poſt concluſionẽ in cã, ẽt peremptorio emanato ad audiendum ſñiam, caſu quo admitteretur ẽt poſt ſententiam ad ipſam retractandum.*

26 *Inſtrumenta de nouo reperta caſu quo poſt ſñiam, quæ tranſiuiſſet in rem iudicatam non reciperentur, & a ſñia ferenda non poterat appellari, dẽbit iudex reuocare concluſionem in cã ſi ſaluum ſit alteri parti ius ſuum, & talia inſtrumenta recipere.*

27 *Concluſio in cã nihil aliud eſt, quam præcluſio facultatis amplius producendi teſtes, vel inſtrumenta.*

28 *Poſt terminũ peremptorium datum ad producendum inſtrumenta non dẽt quis admitti, ſi alteri parti non ſit ius ſaluum.*

29 *Inſtrumẽta de nouo reperta non poſſunt produci poſt concluſionem in cã, quando non reciperentur poſt ſñiam, quę tranſiuiſſet in rem iudicatam, & an ea ferenda poterat appellari.*

30 *Sententia, quando eſt lata ſub condõne, an pars admittatur ad probãdum vſque ad euentum conditionis.*

31 *Quandocunque poſt ſñiam aliqua pars admittatur ad probãdum aliquid pro ſe ſimiliter, & altera debet admitti ad probandum contrarium.*

32 *Actor ſi nihil probauit plene, vel ſemiplene, nõ compellitur reus iurare, niſi actor ſibi iuramentum deferat.*

33 *Actor, quando dicatur nihil probaſſe.*

34 *Terminus iuriſdictioni datus intra quem debet cauſa expediri, cenſetur ẽt præfixus partib. ad probandum, & producendum omnia iura ſua, & habet vim peremptorii ſi lis eſt, vel habetur pro conteſtata.*

35 *Talis terminus non habet vim peremptorii, quando poſt litem conteſtatã actor petiit terminum ad probandũ, & iudex, vel arbiter voluit dare.*

36 *Actor ſi plene probauit, non cogitur iurare, ſed dẽt reus condemnari.*

37 *Reo qui ſemiplene probauit exceptionem, quando debeat deferri iuramentum ad ipſam ſupplendam.*

38 *Qualiter dicatur quis plene probaſſe.*

39 *Probatio quid ſit, & ꝙ ſit arbitraria, & dependeat ex mero iudicis arbitrio.*

40 *Probatio per argumẽta, & veriſimiles coniectras fit in his, quæ de ſui natura liquido probari non poſſunt, & difficilis eſt probatio.*

41 *Probatio ſemiplena ex quibus reſultet.*

42 *Scriptura priuata, quando facit plenam, & quando ſemiplenam probationem.*

43 *Liber rationum defuncti (qui erat perſona fide digna) inducit magnã præſumptionem pro hærede, ſecus in ſimplici ſcriptura.*

44 *Scriptura priuata alicuius officialis, vel mercatoris, ſeu artẽ publice exercentis, quam fidem faciat inter alios.*

45 *Teſtis ſolus, quando faciat ſemiplenam probationem.*

46 *Teſtes duo in teſtamentis non faciunt ſemiplenam probationem.*

1 ADmonendi. † Sententia lata prætextu iurĩ
neceſſarii, & falſi, per inſtrã de
nouo reperta põt retractari, & tale iuramentum de-
fertur in cauſis dubiis. Deciſio vero cãæ fcã per iurm
iudiciale, vel voluntarium, in quib. quis conſenſit, per talia in
ſtrã non retractatur. h.d. iſta. l. ſingularis, & vtilis in ſua mate-
ria valde. Et primo ponit vnũ dictum vſq; ibi [ſed hæ.] Scđo
ponit illius dicti limitationem. Et hæc ſecunda ſubdiuiditur
in tres. Primo. n. ponitur iſta limitatio vſq; ibi [ſolent. n.] Scđo
ponitur, qñ habet locũ limitatio vſque ibi, [qđ ſi aľs.] Tertio
ponĩt deciſio noui caſus in quo primũ dictũ legis ſeu prima
2 pars ñ hẽt locũ. † Et pone hic caſum, ꝙ actor ſemiplene ꝓba
uit ĩtẽtionẽ ſuã, vel hẽbat multa argumenta, ꝓ ſe, nõ tñ ſuffi-
ciẽtia ad plenã ꝓbõnẽ, nec erat caſus, in quo ſibi deferẽdũ eſ
ſet iurm in defectũ ꝓbõnis ad ipſam ſupplendã, qa multa re-
quirunĩ adhoc, vt deferaĩ actori. ſ. vt cã non ſit magna, ſeu de
magna quãtitate. Idẽ, ꝙ poſſit ſcire veritatẽ rei ꝑ ſenſum cor-
3 poreũ. Itẽ, ꝙ ſit perſona legalis, & fide digna. † Itẽ, ꝙ nõ ſit cã
famoſa, vel pœnalis, vt in c. fi. extra. c. ti. vbi dr̃, ꝙ ex qbuſdam
cauſis defertur interdum actori iurm. Deficiebat ergo hic ali
quid ex prædictis. ſed iudex pp præſumptiones, quas habebat
actor pro ſe noluit abſoluere reum, niſi iurauerit ſe non tene
ri, & detulit ſibi iuramentum ſine conſenſu actoris, quod fa-
cere potuit, vt d. c. fi. & dicitur potius iuramentum purgatio-
nis, & ẽt dr̃ neceſſarium, quia non poteſt a reo recuſari, nec
referri, vt ĩ d. c. fi. in prin. iudex autem ſm iurm abſoluit in rẽ
eum. & ſententia tranſiuit in rem iudicatam. tunc actor com
paret, & offert ſe paratum oſtendere de periurio, & de
iniuſtitia ſententiæ per publica inſtrã. Quæritur an ſit audien-
4 dus, & † ſñia retractanda, & cã ex integro agitanda? Reſponde
tur, ꝙ ſic, duobus concurrentib. ſ. ꝙ illa inſtrã ſint de nouo re-
perta. & velit ipſis duntaxat vti, non aũt aliis de nouo non re
pertis. Si forte reperiat, ꝙ illa non ſufficerent ex toto, & ipſe
vna cũ illis vellet vti ẽt aliis inſtr̃is, ſeu teſtib. tunc non eſſet
audiendus. Sed q̃ritur ſcđo, an hoc habeat locũ indiſtincte?
Rñdetur, ꝙ non, ſed ita demũ ſi tale iurm fuit delatum a ſo-
lo iudice, ſine actoris conſenſu, & poſtea ſolutus fuit reus. Et
ſi dicatur qũo potuit iudex deferre ſine conſenſu partis? Re
ſpon. quotidie iudices hoc faciunt, quia in dubiis cauſis defer
tur iurm illi, cui illis vr̃, & ſm ipſum iurm poſtea ferunt ſen-
5 tentiam. Si † vero fuiſſet iurm delatum a parte iudice præſen-
te, & approbante, vel ẽt extra iudiciũ, & ſic cã eſſet deciſa ex
iurõ delato a parte, ſiue per ſñiam iudicis, vt in primo caſu, ſi
ue per ſolum iurm, vt in ſecundo, non retractaretur ꝑtextu
taliũ inſtrumentorum, qa diceretur deciſa potius tranſactio-
ne, q ſñia pp partium conſenſum, qui interuenit in tranſa-
ctione, non in ſñia. & regula eſt, ꝙ tranſactio nõ reſcinditur
prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum. C. de tranſ.
l. ſub prætextu. & hic eſt caſus. ¶ In tex. ibi [interdum] hoc iõ
dicit, quia regulariter, poſt iurm non quæritur, an ſit verum,
quod iuratum eſt, ſed an ſit iuratum, vt ſ. eod. l. non erit. §. da-
to. & l. nam & poſtea. §. ſed hic quæritur de periurio, quia in
hoc iurõ pars non conſenſit. ꝯria loquuntur, qñ cõſenſiſſet,
6 vt in fi. hui⁹. l. ¶ † In tex. ibi [ex integro cãm agere] dicit Gul. ſ.
ipſo iure nulla præhabita reſtitutione, quia poterit actor intẽ
tare. ſ. actionem primam, & ſi exciperetur de ſententia, repli-
cabitur de dolo, quia fuit lata prætextu falſi iuramẽti, & hoc
intendit probare per inſtrã de nouo reperta, vt ſ. de dolo. l. cũ
te. vbi vr̃ probari. Sed Iac. But. intelligit præmiſſa reſtitutione
in integrum, per quam ſñia illa fuerit reſciſſa, & non prius ꝑ-
ut probatur. ſ. e. l. nam, & poſtea. § ſi minor. vbi non prius pt
replicare, ergo nec prius agere actione prima. Item per l. diu⁹.
ſ. de re iudi. vbi ſi lata ex falſis teſtibus, vel inſtrumentis datur
per prius in integrum reſtitutio ad reſcindendam illam ſentẽ
tiam, antequam cauſa de nouo poſſit agitari. idem ergo hic,
vbi lata ex falſo iuramento, quod habet vim probationis. Im
mo fortius hic, nam retractatio de qua loquitur. l. diuus. & to
tus tit. C. ſi ex fal. inſtr. facilius fit, quam iſta de qua hic, qa per
quæcunque inſtrumenta, & teſtes etiam de nouo reperta ex
quibus poſſit detegi falſitas primorum teſtium, vel inſtrumẽ-
torum retractatur, vt ex illis legibus intelligitur, quæ indiſtin-
cte loquuntur. Iſta autem de qua hic non niſi per inſtrumen-
ta de nouo reperta. ſi ergo illa non poteſt fieri, niſi mediante
reſtitutione in integrum, vt in illa l. diuus, ergo nec iſta. Et iſta
pars eſt in ſe vera in duobus caſibus, tamen poſſet procedere
opi. Gul. j. ſi dolo rei decipientis actorem omiſiſſet actor pro-
bationes facere, & ita loquitur. l. cum a te. Vel quando eſſet
lata contra actorem abſentem interuenientibus falſis allega-
tionib. rei, ex quib. induxit iudicem ad deferendum ſibi iurm,
& ad abſoluendum per l. ſi prætor. §. Marcellus. ſm intellectũ
7 Bar. & aliorũ. ſ. de iud. † Sed hic dubitatur eo caſu, quo reſtitu
tio eſt neceſſaria, vtrum debebit impetrari intra quadrienniũ
continuum ſecundum. l. fin. C. de tempo. in integum reſtitu. d.
Raph. dicit poſſe attentari, ꝙ non, quia datur ex conſtitutio-
nib. principum, vt patet. ſ. dum⁹ dicit permitti conſtitutionib.
principum, non autem ex edicto prætoris. Remedia autem
conſtitutionum cum ſint ius ciuile, ſunt perpetua, licet præto
ria ſint proprie temporalia. Contrarium puto verius, ꝙ im-
mo detur iſta reſtõ originaľr ex clauſula generali per edictũ ꝑ
toris [ſi qua mihi iuſta cauſa.] ſ. ex quib. cau. ma. l. j. & iſtæ con
ſtitutiones permittunt. ſ. confirmando, & in ſpecie loquendo
cum illa clauſula loquatur in genere, nec per hoc alteratur
natura reſtitutionis in integrum, quæ originaliter ex edicto ꝑ
toris deſcendit, ſicut nec alteratur beneficium prætoris, quod
datur filio de abſtinendo ab hæreditate paterna, licet per con
ſtitutiones principum illud idem beneficium dari videaĩ, ut
l. j. C. ſi vt ſe ab hęre. abſt. vnde quidam dicebant, quòd filius
abſtinendo hodie deſinit eſſe hęres nomine, quia abſtinet de
iure ciuili. Sed communiter tenetur contrarium, quia ius ci-
uile referendo prętorium ipſum confirmat in eodem ſtatu,
non autem tribuit nouã nãm, & ꝙ perueniat hic reſtõ ex illa
clauſula generali, vr̃ de mente Inn. in c. vltra tertiã. de teſti. &

Bart.

8 Bar.referentis ipſum ĩ l.j.C.de ſen.aduer.fiſ.la.lib.x. ¶ †In tex.
ibi inſtrumenta ſe inueniſſe dicat,ſupple,& probatur verum
eſſe,nec enim ſufficeret hoc aſſerere,vt probatur in ſimili.ſ.
ſi qua.pau.fe.di.l.j.in prin.& in prima gloſ.& l.j.in prin.de do-
lo.& puto etiam, ꝙ ſufficeret iuramentum, cum difficilis ſit
a probatio,[a]& hoc per ca. paſtoralis.extra de excep.& poſſunt
dici nouiter reperta,ſiue ignorabat ſe habere, & poſtea ince
pit ſcire, ſiue ignorabat ubi erant, vel ſciebat, tamen conſe-
qui non poterat, vt ſi erant penes tertium,qui negabat ſe ha
9 bere. ¶†In textu ibi [quibus nunc ſolis vſurus ſit]nota hunc
tex.per quem dicunt Docto. ſi aliquis in prima dilatione fuit
impeditus duos teſtes producere, & propter hoc obtinuit ſe-
cũdam dilationem,prout debuit de iure,iuxta plene no.in l.j.
ſ.de fe.ꝙ in hac ſecunda dilatione non poterit producere,ni-
b ſi illos duos[b] teſtes per quos obtinuit dilationem ſecundam.
10 †Interdum tamen contingit,ꝙ quis admittitur latius, quam
ad id ꝑꝑ quod admittitur, vt in emptore, cui ante ſolutum ꝓ
tium mouetur quæſtio de euictione per aliquem.nam nõ te-
netur ſoluere pretium,niſi datis fideiuſſorib. tam pro euictĩo
ne illius,quàm pro euictione cuiuslibet alterius, licet iſta ſit
cauſa ꝑꝑ quàm admittitur ad petendum fideiuſſores, quæ ſi
mota non eſſet,non fuiſſet admiſſus,& hoc hr̃.ſ.de per.& cõ
mo.rei ven.l.pe.§.fi. vbi tangitur in gloſ.licet hoc non ſoluat
iuncta.l.fi.C.quando li.ab empt.diſce. vbi colligitur ſolutio q̃
11 dixi.¶†No.ergo hac prima parte caſum,in quo ſententia re-
tractatur per inſtrumenta de nouo reperta.ſ. qñ eſt lata ꝑtex-
tu iuramenti neceſſarii falſi. Eſt & alius caſus.ſ.in cauſa fiſca-
li,vt dicit l.j.C.de ſent.aduer.fi.la. & in cauſa pupilli,vel eccle
ſiæ,vt no.gl.idem ĩ cauſis ſpiritualibus,vt no.Inn.ĩ c.quia ꝑꝑ,
de elec.& in quibus ſententia non tranſit in rem iu. vt in ma
trimonialib.vt in c.lator.de re iud.Regulariter ſecus, vt l.ſub
ſpecie.de re iu.& e. ti.Imperatores. licet autem regulariter nõ
admittatur,ſi tñ de facto fuit admiſſus,& ex talib. inſtrumen-
tis appareat de iniuſta ſententia,& falſitate iuramenti, reſcin
deretur ſñĩa ſm Inn.in c.Bertoldus.de re iudi. qui ita elegãter
no.in gl.quæ incipit[no.poſt diffinitiuam,]& Io.An.in nouel
la,vt in c.j.de litis conte.li.6.ſuper verbo retardet.poſt princi-
pium.Retractatur ẽt ſñĩa ex præſumptionibus iuris &de iure
nouiter ſuperuenientibus ſi lata fuit ex aliis præſumptionib.
ꝯriis,vt eſt tex.notabilis cum glo.in l.antep. C. de adul. & ibi
Bal.& vr̃ ſentire,ꝙ ẽt ex confeſſione illius ꝓ quo lata eſt,ſi ꝯfi
teretur illam iniuſte latam.arg.iſtius tex.cum gloſ.quia ꝯ præ-
ſumptionem iuris,& de iure reſultantem ex ſñĩa, quæ hr̃ pro
veritate,vt l.res iudicata.de iud.admittitur probatio in cõtra-
rium per confeſſionem partis iuxta no.in authen.ſed iam ne-
12 ceſſe,& in corpore vnde ſumitur.C.de donat.ante nup.† Per
inſtrumenta vero de nouo fabricata ſententia etiam in caſu
huius.l.non retractatur.& hoc voluit gloſſ.ii.magna princ.ſe-
cundum Bart. quia per ipſam non detegitur periurium, alias
fuit mihi viſum contrarium per l.4.§.ſi ex conuentione.de re
iud.& non reperio.d.Raph.idem tenere.& dicit iſta gloſ. vult
dicere oppoſitũ,ꝙ per illã põt retractari ſñĩa non ſolum ĩ ca
ſu huius l.ſed indiſtincte. Breuiter reducendo ad concordiam
dic,ꝙ ſi in illis non ſit expreſſa mentio de ſñĩa,tñ apparet, ꝙ
per illa voluerit a ſñĩa recedere,procedit opi.Bar.alias proce-
dit hæc ſecunda, & ita procedit hæc regula.ita loquitur. §.ſi
ex conuentione.& l.ſi cã cognita.de tranſa. & de minor.l.mi
13 nor.25.an.cui fideicommiſſum.cum ſua gl.† Item, & ꝑ teſtes
ſ.de nouo reptos,ſilr̃ poterit retractari,cum appellatione in-
ſtrumentorum,de qua hic teſtes comprehẽdant,ut l.notionẽ.
14 §.inſtrumentorum.de verb.ſig.¶†Sed quæritur vbi ſunt con-
ſtitutiones,de qb.hic fit mentio? gl.dicit, ꝙ illas non hẽmus,
ex qua gl.coniuncta cũ tex.no.ꝙ creditur legislatori referen-
ti tenorem alterius legis,licet de illa non conſtet, & non re-
periatur.Vnde inducitur ad quæſtionem ſtatuti dicẽtis, quòd
pro tali maleficio punitur quis in tanta quantitate ſecũdum
formam ſtatutorum, ꝙ licet non reperiatur aliud ſtatutũ idẽ
15 dicens,ſtabitur huic.†Idem in ſententia iudicis, ſi condemna
uit ad dandum mihi quolibet anno tantum,ſecundum,ꝙ tui
anteceſſores dederunt,licet non appareat,ꝙ nunq̃ dederunt,
16 nihilominus teneris,†quia illud verbum[ſecundum]non po
nitur conditionaliter,pro ſi,ſed totaliter,pro quia,vt in capi.
Abb.vbi eſt caſus,de verbo.ſig.& idem in priuilegiis,& reſcri
ptis.& de ſignificatu illius dictionis (ſecundum) ꝙ non facit
conditionem,habetur in l.pe.C.de inſti.& ſubſt.in text.& glo.
de hac etiam quæſtione hr̃ in l.eum qui.§.Iul.de conſti.pec.&
iſtud habui de facto,cõſulere in ſimili caſu,cum quidam epi-
ſcopus inueſtiiſſet quendam de quodam feudo decimali om-
nium reddituũ, & inter alios nominat fœnum,& poſtea ſub
c debat ſecundũ qđ tui anteceſſores[c] fuerunt inueſtiti,& exege
runt. dicebatur,nunquam anteceſſores exegerunt decimam
fœni,& ꝙ niſi probet,non põt exigere, ꝯrium dixi,ꝙ non te-
nebatur probare per teſtes.c.Abbate.& per id, quòd no.hic ꝑ
Doc.& in d.§.Iul.non ſic creditur notario referenti de tenore

d alterius inſtrumenti, vt in auth.[d] ſi quis in aliquo.C.de eden
17 ¶†Circa ſecundam partem no. ꝙ qñ actor deficit in proban
do,defertur iuramentum reo.Hoc verũ, niſi concurrant quã
plura, q̃ requiruntur, vt deferatur actori.ſ.ꝙ cauſa ſit ciuilis,
non criminalis vel ſpiritualis.Item, ꝙ non ſit famoſa.Item ꝙ
non ſit pœnalis.Item,ꝙ non ſit magna.Item,ꝙ ſciat veritatẽ
per ſenſum corporeum.Item ꝙ ſit legalis,& fide digna.Item,
ꝙ habet pro ſe ſemiplenam ꝓbõnem. Item ꝙ illa non ſit eli-
ſa per aliam præſumptionem in contrarium, vt l.j. C. qui, &
aduer.quos,cum ibi no.Item, ꝙ nẽ ſit concluſum ĩ cã.iſtis.n.
omnib. concurrentib. actori deferẽ ad ſuplendã ſuã probõ-
nem,& tenẽ iudex ſibi petenti deferre,alias poſſet appellare
vt l in bonæfidei.C.e.in fi. prout hr̃ verbum [dẽt]in tex.& eſt
cõis opi.altero vero iſtorum deficiente, põt reum abſoluere,
ſi vult,ẽt non delato iuramento,vel iuramentum ſibi deferri,
& alias non abſoluere propter præſumptiones, quæ faciũt ꝓ
actore,vt hic,& in d. c. fi. & dr̃ iuramentum neceſſarium,qa
non poteſt recuſari,nec referri, & ſi recuſetur,põt iudex ipsũ
habere pro confeſſo,& condemnabit,vt l.generaliter.C. e.&
arg.in l.2.§.ſinautem reus.C.de iu.cal. vel etiam nõ condẽna-
re,ſed abſoluere.Totum enim relinquitur ſuo arbitrio, ſicut
poterat deferre,vt ſ.titu.j.l.videamus.§. ſed an iudex, & l.in a-
ctionib.Iſta autem tria iura habemus de iſta materia, & non
plura.ſ.iſtam.l.& l.in bonæfidei.C.eo.& d.c.fi. vbi melius po-
nitur in prædicta,& declaratur iſta l.& illa in l.bonæfidei.His
expeditis,quæ concernunt tex.oportet expedire duo principa
lia contraria quorum vnum ponitur ĩ prima gl.mag.& aliud
in ſecunda.Et prima gl.format tria contraria,primum, & vl-
timum ſunt leuia.ſ.de l.ſub ꝑtextu.C.de tranſac.& de re iud.l.
poſt rem.iõ ſup iſtis nõ inſiſto. Secundum eſt difficile de.l.Im
peratores.de re iud.& C.eod. ti.l. ſub ſpecie.in quib.dr̃,ꝙ ſñĩa
non reſcindiẽ ꝑ inſtr̃m de nouo repertũ. Timore huius.l.iſta
legitur trib.modis in glo.Primo,ꝙ hic fuit lata ſñĩa abſoluto
ria, & ẽt præſtitum iur̃m,& tunc nõ obſtat cõtrarium. Secũ-
do,ꝙ fuit præſtitũ iur̃m,non tñ adhuc lata fuit ſñĩa.Tertio,ꝙ
hic fuit lata ſentẽtia ſub ꝯdõne,ſi iurauerit,nõ tñ adhuc fuit
iuratũ,& ſic hr̃ pro non lata. Vnde nõ obſtat,quia ibi fuerat
lata pure,& tranſierat in rem iudicatã,hic non. Primus intel-
lectus cõiter tenẽ,ꝙ hic prius fuit iuratũ,& poſtea lata ſentẽ
tia ſm iur̃m,& ad hoc ꝯriũ rñdeẽ,ꝙ ibi duntaxat fuit ſñĩa la
ta,hic ẽt iur̃m ꝑſtitũ.Rõ diuerſitatis eſt,qa qñ iudex actore ple
ne non probante reũ abſoluit ſine iur̃o, ſententia eſt funda-
ta in vero defectu ꝓbõnis,& ſic in cã vera.Vñ vt ſit litiũ finis
non debet retractari, & imputet ſibi actor cur non præpara-
uit ſibi probões antequam litẽ inchoaret ſm, ꝙ lex conſul-
uit.C.de eden.l.qui accuſare,nec reus fuit in aliqua culpa,vel
delicto.Sed qñ detulit iur̃m, & ille iurauit falſum, & ꝑꝑ hoc
fuit abſolut⁹,ſñĩa fundaẽ in falſa cã,& falſa ꝓbatiõe,qa iur̃m
illud loco ꝓbõnis deferẽ,nec fuiſſet aliter abſolutus. vnde di-
ctat æquitas,vt dolus eius non debeat ſibi patrocinari ſi de ip-
ſo põt oſtendi ꝑ inſtr̃a de nouo reperta, nã cũ ſñĩa fundatur
in falſa cã,eſt nulla qñ exprimiẽ, vel reſcindiẽ iuxta no.in l.is
ad quem.ſ.de acq.hæ.¶ Sed nunc extra gl.& Doc. opp.contra
primum, ꝙ ẽt ſi non fuit delatũ iur̃m debeat reſcindi ꝑ inſtr̃a
de nouo reperta, qa ſi ſunt reperta de nouo apparet,ꝙ in pri-
ma cã fuit impeditus,& hoc iuſtum impedimentum eſt ſuffi-
ciens cauſa,quæ tendit ad reſtitutionem ex clauſula generali
ſi mihi iuſta cauſa,& ita no.Inno.in c.vltra tertiã. de teſtib.&
18 Bart.in l.j.C.de ſen.aduer.fiſ.la. ¶†Solue, & tene menti,quia
tunc videtur impeditus fuiſſe, qñ omni diligentia facta non
potuiſſet ea habere, ut ſi erant penes tertiũ, qui negat ſe ha-
bere,tunc indiſtincte concederetur reſtitutio, ẽt ſi ſententia
fuiſſet iuſta ſm acta,& ꝓbata,& nec fuiſſet ĩ dolo, vel culpa,
nec actor,& ita loqtur dictum Inn.Si vero facta diligenti in-
quiſitione potuiſſet ea reperire, tunc non dicitur impeditus
fuiſſe,& nõ habet locũ illud dictum,nec daretur reſtitutio, ſi
reus eſſet abſolutus ſine iur̃o falſo,ſi vero cũ iur̃o,tunc dolus
rei præponderat culpæ actoris, vt l.item ſi obſtetrix. in fi.ad l.
Aquil. fuit enim in culpa, qa non diligenter inquiſiuit iuxta
no.in ſimi.ſ.ad Maced.l.final.in gloſſ.¶Contra ſm dictũ op-
po.fortiter, poſito, ꝙ fuerit delatũ, & præſtitum iur̃m, & ſic
ſubſit falſa cauſa abſolutionis, nihilominus ſubeſt ẽt vera.ſ.
defectus probationis actoris,in qua vera cauſa poteſt ſenten-
tia fundari. vnde non nocet ſibi,ꝙ ſubſit etiã falſa,per eã.l.cũ
ibi no.C.ſi ex fal.inſtr.& c.cum Ioan.& And. de re iud.in qui-
bus

ADDITIONES.

a ¶ Difficilis probatio.Adde quod voluit Lud.Rom.conſi.481.& facit quod voluit Fed.conſ.119.

b Illos duos. Adde quod uoluit Ang.conſ.257. & uide in d.l.i.ſupra de feriis. Bar.conſi.ſuo 96.

c Anteceſſores.Ad de eundem Pau. conſi.249.Ludo.Ro.conſi.336. & ibi quid in priuilegiis,& reſcr.

d ¶ Authen.ſi quis in aliquo.De hac materia vide late Alciat.in d.authen.C.de edendo.

19 bus patet, ꝙ ſi extant probationes falſæ, & etiam veræ, quia ſententia poteſt fundari in vero, non poteſt retractari ratione falſarum. Sol. propter hoc viſum eſt mihi, licet nullus Doctor tangat, ꝙ ille debeat reſtringi ad caſum, quo apparet, ꝙ iudex fundauit ſe in falſa cauſa, quia reus iurauit ſe non eſſe debitorem, vel rem de qua agebatur ad ſe pertinere, & iudex ipsũ abſoluit ex cauſa dicti iuramenti, ac ſi in ſe aſſumpſiſſet onus probandi, & probaſſet per falſos teſtes, nam actore non probante reus debet abſolui, tanquam non debitor, vel tanquã dominus rei, vt probatur in l. circa. ff. de prob. Si ergo apparet, ꝙ iudex fundauit ſe in vera cauſa, quia abſoluit, eo ꝗa actor non probauit. & ſic non fuit ſecutum iuramentum, tunc procederet ꝯrium, nã ſicut alias non retractaretur talis ſententia ſi nullum iuramentum eſſet præſtitum, ita nec nũc poſtquã in eo ſe non fundauit, nam animus iudicis inſpicitur. l. ſi teſta
20 mento. de excep. rei iud. † Si autem ſimpliciter abſoluiſſet cẽſet abſoluiſſe, quia nõ ꝓbatũ fuit, vt no. in l. j. ff. de ꝯd. id. ſit ergo cautus iudex ſi vult ſuam ſñiam non retractari, qũ detulit iuramentum, ꝙ abſoluat adhuc, ꝗa actor non ꝓbauit, nõ ex eo, ꝗa non ſit debitor, alias abſoluat iudex ipſum reum ſimpl'r. & ſi dicatur, ꝙ poſtꝗ̃ delatũ eſt iuramentum nõ abſoluiſſet eũ, niſi iuraſſet cũ primo potuiſſet eũ condẽnare tanquã habitũ pro confeſſo, ergo abſolutio ſimpl'r facta, vel ẽt eo, ꝙ actor non probauit non fundatur duntaxat ſuper vero defectu probationis, ẽt ſuper falſo iuro. R'ndeo, ſi cõſtaret de mente iudicis, ꝙ aliter non abſoluiſſet, ſed condemnaſſet, tũc retractaretur. ſed ſi non conſtat, licet potuiſſet eũ non abſoluere, ſed condemnare potuiſſet, & ẽt abſoluere ſi voluiſſet cũ ſit in arbitrio ſuo, vt dixi. & in dubio, potius præſumit̃ pro iſta parte, ne ſñia reſciſſioni ſubiaceat per d. l. ſi. C. ſi ex fal. inſtru. ¶ Sed adhuc opp. fortiter eo caſu, quo apparet, ꝙ fundauit ſe in falſo inſtro, videretur, ꝙ poſſet reſcindi ſñia ẽt per inſtra de
a nouo non reperta,[a] vt qñ fundat ſe in falſis teſtibus aut iſtris, vt in toto ti. ſi ex falſis inſtrumentis. & d. l. diuus. ff. de re iud. vbi nõ diſtinguitur, an ſint reperta de nouo, vel nõ, per quod ex eis poſſit detegi falſitas primarum probationum. Iſtum paſſum etiam non reperio declaratum. Vnde videtur mihi poſſe reſponderi, ꝙ in l. iſta huic falſo iuramento dedit cauſam defectus actoris, quia nõ probauit intentionem ſuam plene, quàm ſi probaſſet, iuramentum non fuiſſet delatum, & ideo non auditur niſi inſtrumenta ſint de nouo reperta ſed in cõtrario nullam culpam commiſit actor. Et iõ ſi apponeremus caſum, quòd actor hic in nulla culpa fuiſſet, quia plene probaſſet ſuam intentionem, puta ſe mutuaſſe, reus autem oppoſuit exceptionem pacti, vel ſolutionis, & eam ſemiplene probauit, & quia concurrebant alia, de quibus ſupra dixi in actore, fuit ſibi delatum iuramentum in defectum probationis, tunc actor admittitur ad probandum etiam per inſtra de nouo non reperta, maxime ſi non habuiſſet tempus in ipſa inſtantia producendi, puta, quia lapſus eſt terminus præfixus ad producendum iura, & econuerſo, ſi actor ſemiplene probauit, & delatum fuit ſibi iuramentum, reus admittitur etiã per inſtrumenta de nouo non reperta, quia in nulla culpa fuit. Quidam vero magnus Doctor cum audiret hanc meam opi. dicebat poſſe dare huic l. alium intellectum, ꝙ id de quo hic, vt non admittatur, niſi per inſtrumenta de nouo reperta contingit ꝓp iuri religionem, ne de periurio quæratur. arg. in l. 2. C. eo. non ſic in ti. ſi ex fal. inſtr. & licet iſta opin. ſatis demulceat, tñ mihi non placet, quia non ſatisfacit per omnia, quia plus vr̃ imputandum ſibi, ꝙ iurauit falſum, ꝗ̃ ſi falſos teſtes produxiſſet, quia religionem diuinã, & iudicẽ contẽpſit. & ab eo, cui plus cõmittit, plus exigit, vt l. ꝓsbyteri. C. de epiſ. & cler. poſtquam ergo l. amittit actorẽ ad retractationẽ iuramenti, quia in eo non conſenſit, videretur admittendum ẽt ꝑ inſtrumenta de nouo non reperta, niſi culpa poſſet obiici. Et cõtrariũ procederet iuro delato a parte de cuius periurio nõ
21 quæritur, ſed ſolum Deum hẽt vltorem. ¶ † Ex ꝓdictis collige tres concluſiones, prima eſt, ꝙ ſi ſñia eſt lata non ꝓp defectũ probationis, ſed ſolum propter falſas ꝓbationes iam factas, vel propter falſum inſtr̃m, tractatur etiam per inſtrumenta nõ de nouo reperta, per ti. ſi ex fal. inſtru. licet ibi non fiat mẽtio de falſo iuramento, ſed de falſis inſtrumentis, & falſis teſtibus, ſed poteſt dici, ꝙ appellatione inſtrorũ etiam continetur iur̃m neceſſarium, quod inſtruit cauſam, vt d. §. inſtrumento-
22 rum de verb. ſig. † ¶ Secunda, ꝙ ſi fuit lata ſolũ ꝓp defectum probationis nullo interueniente iuro, vel falſis teſtib. ſeu inſtris, & non tractatur per inſtra de nouo reperta niſi pars cõtra quam lata eſt, fuerit impedita, ſine aliqua ſui culpa, illa ꝓduceret per ea, quæ no. Inn. in d. c. vltra tertiã. & niſi in caſib.
23 ſpecialib. de quib. ſ. dixi, ¶ † Tertia ꝯclo, ꝙ ſi fuit lata ſñia ꝓp falſum inſtrumentum, quod fuit delatum ꝓp defectum probationis, tunc hẽt locum iſta l. & id qđ. ſ. dixi, ꝗa aut fuit delatum actori ad ſupplendam probationẽ, aut reo, & hoc ſcđo caſu, aut iudex fundat ſolũ i falſo iuro, aut ſolũ i dfectu ꝓbõnis, aut dubitat, quod proſequere, vt ſ. dixi. & hæc de prima lectu. contra ſecundam, quæ eſt, ꝙ hic non fuit lata ſententia, ſed ſolum præſtitum iuramentum quo caſu non obſtat. d. l. Imperatores, & d. l. ſub ſpecie. in quibus ſententia fuit lata, ꝗ lect. eſt vera in ſe. Sed oppo. ꝙ non congruat huic l. quia vr̃ ꝯ tex. dum dicit abſolutus fuerit, & ſic erat ſententia gloſſ. timore huius exponit. ſ. deſtinatione non re. ſed contra, quia deſtinatio cõſiſtit in animo iudicis, qui ſoli Deo notus eſt, nec iudex debet propalare ipſum partib. vt l. vbi. C. de fal. & ſ. de of.
24 preſi. l. obſeruandum. † Sol dic, ꝙ erat concluſum in cauſa, & forte actor fuit citatus ad inſtantiã rei, cui iuramentum fuit delatum ad ſententiam audiendam, vnde ſatis apparebat, ꝙ iudex volebat ſententiam ferre pro reo, ſed ante concluſionẽ in cauſa, non ſic poteſt comprehendi, cum aliæ probationes poſſent recipi, ſed poſt concluſionem nihil, ut not. in c. paſto-
25 ralis. de cau. poſſ. & prop. per Inn. Ex his † Bar. colligit vnã concluſionem veram, ꝙ licet in cauſa fuerit concluſum, & pars fuerit citata ad ſententiam audiendam, & appareat, ꝙ pro illa parte ſententia venit ferenda, nihilominus admittũtur inſtrã de nouo reperta, nec obſt. c. cum dilectus. de fid. inſtru. vbi dr̃, ꝙ inſtrumenta non poſſunt produci, niſi vſq; ad concluſionẽ in cauſa, quia procedit, niſi ſint de nouo reperta, vt in hac l. ſecundum iſtam lect. ſed certe ipſe nimis generaliter loquit̃. Ideo dic melius, quòd aut eſt caſus in quo talia inſtrumenta admittũtur, ẽt poſt ſententiam ad ipſam retractandam, & verum dicit Bar. & ita loquitur iſta glo. relata ad text. quia in caſu huius. l. ſm̃ primam lect. admitterentur etiam poſt ſententiam, & hoc probatur expreſſe in tex. glo. in ca. licet. de prob. nam ea, quæ fiunt poſt concluſionem in cauſa, cenſentur fie-
26 ri poſt ſñiam. vt ff. de cnic. l. ſi rem. §. fin. & expreſſe p Bar. ī in l. ſi mater. §. eadẽ. in fi. de excep. rei iu. aut erat caſus in quo poſt ſñiam, quæ tranſiuiſſet in rem iudicatam, talia inſtra non reciperentur, & tunc aut a ſñia ferenda non poterat appellari, & tũc ne ius partis totaliter pereat poterit iudex, & debebit reuocare concluſionẽ, & talia inſtrumenta recipere, & ita vidi
b obſeruari[b] in Romana curia, vbi practicatur ius commune, nõ aũt recipere ſtante concluſione, quia inuicem ſibi repu-
27 gnant, † cum ꝯcluſio nihil aliud ſit, ꝗ̃ præcluſio facultatis amplius producendi teſtes, vel inſtrumenta Hoc tamen vr̃ verũ quod debeat reuocare concluſionem, & admittere ſi ſaluum eſt alteri parti ius ſuum, alias videtur ſecus, ſicut quando quæritur vtrum poſt terminum peremptorium datum ad produ-
28 cendum inſtrumenta quis debeat admitti, nam diſtinguitur, an alteri parti ſit ius ſaluum, vel non, vt no. in l. mãcipiorum. ff. de op. le. per Bar. & l. ſi ea. C. de accu. per Cy. & gl. in clem. ſæ-
29 pe. circa fi. de verb. ſig. † Si vero erat talis cã in qua poterat appellari, tunc talia inſtrumenta de nouo reperta poſt concluſionem non debent admitti, vt in d. c. cum dilectus, ſed ꝑmittat ferri ſententiam, & appellationem interponat, & in cã appellationis producat, ſicut diximus in confeſſione facta per errorem, & non reuocata ante concluſionem, quia poterit ĩ cauſa appellationis reuocari, vt not. in l. non fatetur. de confeſ. & l. creditor §. iuſſus. de appella. ſi nõ realiter produceret, ſed peteret terminum ad producendum dicens habere inſtrumenta de nouo reperta, indiſtincte poſt concluſionem non
30 deberet terminus dari, & ita vidi in curia practicari. ¶ † Circa
c tertiam lect. ꝙ ſi ſententia fuit lata conditione[c] ſi iurauerit, dicendum eſt, quòd hodie iſta lec. non poſſet procedere, quia ſtatim iurãdum, vt l. gñaliter. in prin. C. eo. ti. ſed hic innuit ꝙ dudum poſt, intantum, quòd inſtrumenta interim fuerunt reperta. Præterea etiam tunc admittetur ad producendũ inſtra de nouo non reperta, quia non eſt iurandum per reum loco
31 purgationis, ſi actor poteſt probare de iure ſuo. ¶ † No. tamẽ ex iſta lect. ſm̃ Bar. quòd qñcunq; poſt ſẽtẽtiã aliqua pars admittitur ad probandum aliquid pro ſe ſtr̃, & altera debet admitti ad probandum contrarium, vt æqualitas ſeruetur in iudiciis. Vnde ſi fuiſſet lata ſñia pro te, ſub cõditione ſi hinc ad mẽſem probaueris, ꝓſuppoſito, ꝙ ſententia valeret, ſicut vſq; ad menſem admitteris tu ad ꝓbandum, ita & ꝯuerſo debeo admitti, licet in ſententia nihil de me dictũ ſit. facit. l. petẽdæ. C. de temp. in integ. reſt. Et ſimiliter ſi admitteris in executione ſententiæ ad ipſam impediendam, ut contingit in caſibus, in quibus admittitur exceptio peremptoria poſt ſententiam. no. in l. 1. C. de iu. & fac. ig. ſimiliter & ego debeo admitti, puta, opponis exceptionem cõfecti inuentarii, & dicis bona hæreditaria

ADDITIONES.

a ¶ Reperta. Quando ſententia non poſſit reſcindi per inſtrumenta de nouo reperta, vide per Barto, Soc. conſi. incip. dominus labia mea aperiat ſubtiliter. & eleganter &c.

b ¶ Obſeruari. d. Iaſ. tranſit cum op. Bar, quia ex iuſta cauſa poſt concluſionem in cã poteſt iudex inſtrumenta admittere, ad quod adde, ꝙ voluit Rota. deci. ſuis de prob. in nouis, & antiquis. quod voluit Rom. conſi. 174. & conſi. 155.

c ¶ Sub cõditione. An ſententia lata ſub conditione valeat, vide per eundem Pau. de Ca. conſi. 87. Ale. conſi. 40. Fulg. conſi. 36.

reditaria non ſufficere,ego debeo admitti ad probandum ꝯ-
trarium , vel ſi dicis non eſſe fiendam executionem vltra id,
quod facere potes,debeo admitti ad probandum , quòd po-
tes facere,vt æqualitas ſeruetur,vt l.fin.C.de fruc.& lit.expen.
¶Et ex his eſt expedita prima gl.magna. Pro declaratione vl
terius gloſ.formatur vna alia oppoſitio cõtra text.dum dicit,
ꝙ in cauſis dubiis propter defectum probationis iudex poteſt
deferre iuramentum reo , & compellere ipſum ad iurãdum,
vt colligitur in verbo [exactum]& in verbo[exacto iuireiurã
do,]quod importat neceſſitatem,vt l.fideicommiſſa. §.ſi rem.
de leg. 3. Contra,nam aut actor non probauit intentionem
ſuam,& reus debet abſolui ſine aliquo iuramẽto, vt l.qui ac-
cuſare.C.de eden.nec poteſt dici cauſa dubia , immo & clara
pro eo poſtquam lex ita ſtatuit, aut actor plene probauit , &
tunc reus debet condemnari etiam ſi velit iurare ſe non eſſe
debitorem,quia non deberet ſtari tali iuramento.Sol.iſta ar-
gumentatio eſt a ſufficienti partium enumeratione,nam pri
ma pars procedit,quando actor nullo modo aliquid probaſ-
ſet de ſua intentione,& cauſa eſt clara.Tertius caſus eſt,quan
do probauit ſemiplene , quo caſu loquitur iſta l. vt non de-
beat abſolui reus,niſi cum iuramento,quod aliquando defer
tur actori,concurrentibus illis de quibus ſupra dixi,prout col
32 ligitur ex dictis Doct.& ſic ſunt tres caſus. ¶† Circa primum
quando actor nihil probauit plene,vel ſemiplene non com-
pellitur reus iurare,vt d.c.fi.extra eod.ibi dũ dicit[etiam nihil
præſtiterit,]ſed Venetijs,vt audio ſeruatur contrarium . Item
aduerte,quia hoc verum, ꝙ iudex non poteſt ipſum compel
lere ad iurandum,ſed ſi actor defert ſibi iuramentum,& tũc
compelleretur,vel iurare,vel referre,alias condemnaretur ꝑ
l.iuſiurandum.§.ait prætor.& §.fi.& per l.manifeſte.ſ.c. quod
qualiter procedat ibi tangam, quia Spec.in ti.de dela.iuramẽ
33 ti,videtur ſentire contrarium hoc caſu. ¶ † Circa iſtum caſũ
quæritur,quando dicatur actor nihil probaſſe? Reſpondeo,ſi
fuiſſet ſibi datus terminus ad probandum,& intra illum non
probaſſet,& hoc ſecundum omnes,vt probatur.C.de iud.l.ꝓ-
perandum.§.& ſi quidem.per Docto.licet glo.ibi aliter dicat,
q̃ communiter non tenetur.Si vero ille terminus non eſſet da
tus,non diceretur non eſſe probatum,ſed nihil ſufficienter a-
ctitatum,& diceret̃ de cã non liquere,iõ abſolueretur reꝰ ab
obſeruatione iudicii ſi eſſet prope finem inſtantiæ,alias non,
vt d.§.& ſi quidẽ, & poſſet actor iterum agere. Sed in p̃cedẽti
caſu abſoluitur diffinitiue , & ẽt ſi non eſt prope finem inſtã-
tiæ,& non auditur actor iterum volens agere , & probare,vt
34 d.l.Imperatores.de re iu.dicit tamen hic†Bar. vnum uerbum
notabile , ꝙ ẽt quando terminus ad probandum non fuiſſet
datus per iudicẽ,ſi tamen iuriſdictioni illius iudicis fuiſſet op
poſitus terminus,vt quia fuiſſet cauſa commiſſa ſibi expediẽ
da intra menſem de volũtate partiũ,vel partes compromiſe-
runt cum appoſitione termini , ꝙ ille terminus nõ ſolum eſt
præfixus iuriſdictioni,vt in primo caſu,vel notioni,vt in ſecũ
do,iuxta no.in l.ait prætor.in prin.de re iud.ſed ẽt cẽſetur præ
fixus partibus ad probandum,& ad producendum omnia iu-
ra ſua,& ideo ſi actor non producit,poteſt reus in fine termi-
ni diffinitiue abſolui , & ita videtur fuiſſe de mente Inn. in c.
ſuper eo.el 2.de appel.& etiam Spe. in ti.de ſen. §.nũc uiden-
dum.ver.illud aũt.licet Bar.ipſum Specu.non alleget.plus di-
cit Bal. no. in authen. ei qui. C.de tempo.appel. ꝙ etiam hẽt
vim termini peremptorii ad audiendam ſententiã.& ideo in
vltima die termini poterit reus abſolui ẽt actore non citato.
Facit quod no.in cle.i.de appel.in gl.& per Bart.in l.item illa.
de conſt.pec.D. Rapha.hic dicit,ꝙ non putat iſtam opi.Bart.
veram,ꝙ habeat vim termini dati ad probãdum,ꝙ Inn. hoc
nõ dicit,in illo cap. ſi bene inſpiciatur, & quod cũ ſemel vel-
let deducere in practicã pro ſuo clientulo,vt abſolueretur dif
finitiue,nõ potuit obtinere.Breuiter ego vidi de hoc magnã
diſceptationẽ,quia Bal.conſuluit ſm opi. Barto.primo anno
quo Papiã applicuit,& oẽs alii tenerunt ꝯriũ,& lata fuit ſen-
tentia ꝯ cõſiliũ Bal.de quo facit mentionẽ in d.auth. & dicit,
ꝙ ille iudex fuit vna beſtia humana , de qua diſceptione Ra-
pha.non facit mentionem,& re vera,ꝙ illa fuerit opi. Inno.
patet ex no.in Spe.vbi.ſ. quia recitat Inno. ad literam pro iſta
opi.videtur mihi dicẽdum, ꝙ ſi partes cõparuerũt corã iudi-
ce,vel arbitro, & actor propoſuit intentionẽ ſuam,& reus ne
gauit,& ſic lis eſt conteſtata, vel habita pro conteſtata , tunc
procedit opi.Inn. Bart.& Bal.quorum maxima eſt auctoritas
35 in cauſis decidendis.† Si autem non comparuiſſet,tunc ꝓce-
dit alia opi.quia lite nondum cõteſtata non debet dari termi
nus ad probandũ , ergo ille terminus iuriſdictioni præfixus,
non debet habere vim termini peremptorii ad probãdũ.Pu-
to ẽt,ꝙ in eo caſu ſi actor petiiſſet terminũ poſt lit.conteſt.&
iudex arbiter noluiſſet dare,adhuc procederet ſecunda op.&
terminus ille non haberet vim termini peremptorii,& impu
tandũ eſſet iudici,quare non dedit terminum , poſtquam pe-
tebatur,cum probationes nõ ſint fiendæ ſine termino,vt no.
in l.in crimine.de adul.ſed ſi actor non petiit alium terminũ,
tũc ille terminus haberetur pro termino, & iſta eſt veritas in
iſto paſſu iudicio meo.Fateor tamen,ꝙ lex in qua Bart.prin-
cipaliter ſe fundat cum glo.ſupra de arb.l.ſi de meis.§. fi.cum
l.ſeq. parum facit pro ipſo, nec vnquàm ſciui bene colligere
ex illa glo.& hoc idem dicit.D.Raph. & auctoritas Inno.mo
36 uet me principaliter in d.c.ſuper eo. ¶† Circa ſecundum art.
quando actor plene probauit, non dicitur res dubia , immo
certa pro ipſo,& non habet locum iſta l.quia reus debet con
demnari,etiam ſi vellet iurare contrarium , & ẽt ſi actor ali-
ter non iuret, & reprobatur conſuetudo,quæ eſt in cõtrariũ,
ꝙ ille,qui plene probauit,teneatur iurare,vt in eo.ti.de prob.
37 †Sed Venetiis, ( vt audio ) ſeruatur illa conſuetudo,quæ ſatis
videtur facta ad reſecandum malitias hominum, licet decre-
talis illa reprobet prædicta verba , quando reus pro ſe nihil
probauit.ſi autem oppoſuit exceptionem contra intentionẽ
actoris,plene probatam,aut ipſam plene probauit, & abſol-
uitur,vt in l.ſiue poſſidetis.C.de prob.aut ſemiplene , & tunc
aut illa ſemiplena probatio non erat de directo contraria ꝓ-
bationi actoris,puta probaui, ꝙ tali menſe, & tali die in tali
loco mutuaui tibi præſenti , & recipienti centum, tu probas
per vnum teſtem, ꝙ alibi eras illa die,tunc illa probatio ſuc-
cumberet plenę probationi , nec debet tibi deferri iuramen-
tum ad ipſam ſupplendam,ẽt ſi concurrerent omnia,quæ re
quiruntur in actore,ſed ferenda eſt ſententia pro me, qui me-
lius probaui,vt C.de edi.di. Adria.tollẽ.l. edicto.ibi dum dicit,
[& ei poſſeſſio acquiratur,qui meliora iura &c.]aut illa ſemi
plena probatio erat de directo contraria , quia fatebaris me
mutuaſſe , ſed dicebas te ſoluiſſe , & ſolutionem probaſti per
vnum teſtem, tunc ſi concurrant illa quæ requiruntur ĩ acto-
re ad deferendum ſibi iuramentum ad ſupplendam ſuam ꝓ-
bationem , ſimiliter debebit deferri reo ad exceptionem ſuã
probandam, & in hoc concordant legiſtæ , & canoniſtæ , &
fuit originaliter doctrina Pe.vt no.Cy. in l.j.C.de proc.& Io.
38 And.refert in d.c.fi.extra eo.ti.†Qualiter autem dicatur, quis
plene probaſſe Bart. hic de capite ſuo tradidit doctrinã, ꝙ ad
perfectam probationem peruenitur per tres gradus.Quorum
a primus vocatur ſuſpicio,[a] ſecundus opinio,tertius fides,quo
39 niam†probatio nihil aliud eſt,quàm iudicem ad fidem ſentẽ
tiæ,& credulitatis perfectam rei geſtæ deducere. vt ſ.de prob.
l.quinquaginta.in fin.quod proſequere,vt hic nota. per eum
pulchre.Sed iuriſconſultus in l.3.in ver.tu magis.ſ. de teſti.di-
cit , ꝙ per hoc non poteſt tradi perfecta doctrina , ſed totum
relinquitur arbitrio iudicis,an aliquid ſit perfecte probatum,
quod not. quia per hoc dico,quòd probationes ſunt arbitra
riæ.& dependent ex mero iudicis arbitrio,ſm ſubiectam ma-
teriam,nam in aliquib.requiritur probatio per teſtes,vel in-
ſtrã,qñ ſunt talia in quib.conſueuerunt adhiberi , vt contra-
40 ctus,& vltimæ voluntates.† In aliquib.aũt ſufficit probõ per
argumenta, & veriſiles coniecturas , qñ ſunt talia,quæ de ſui
natura liquido probari non poſſunt, & difficilis eſt probõ,qa
non cõſueuerunt adhiberi teſtes,& iſtam doctrinam dat tex.
no.in l.non omnes.§.a Barbaris.infra de re milita. vide Cy. in
l.j.in fin.C.de ſic.& vide quod no.Bar.in l.Lucius.ſupra de in-
fa.& C.vñ vi.l.ſi qñ.in fi.& Bal.in l.non hoc.C.vñ cog.vbi om
nino vide,& adde quod no.in cap.ꝙ præterea. extra de teſtib.
41 ¶†Circa tertium,& vltimum articulũ,qñ actor ſemiplene ꝓ
bauit dubitatur ex quib.reſultat ſemiplena probatio , vt ſi ſit
deueniendum ad iurm deferendum,vel actori , vel reo.gloſſ.
hic.& in l.in bonæfi.C.eo.enumerat plures.ſ.domeſticam ſcri
pturã.i.priuatam, Bar.hic ſuper iſto facit longum tractatum,
diſtinguendo inter diuerſas priuatas ſcripturas, quæ aliquan-
42 do eſt apoca,aliqñ epiſtola,aliquando liber rõnum. † Tu au-
tem compendioſius diſtingue , alio modo tres caſus , ꝙ aut
ego produco cõtra te ſcripturam tuam priuatã,aut meã,aut
cuiuſdam tertii , non curo de qualitate ſcripturæ quantũ ad
propoſitum . Primo caſu tres ſunt caſus,nam aliquando fa-
cit plenam fidem,vt ſi ipſam confiteris eſſe de manu tua,& il
la continet intentionem meam, puta,ꝙ ꝓmiſiſti, vel tibi nu-
meraui,nam non expedit vlterius quærere , poſtquam enim
confiteris,ꝙ ſit de manu tua , licet neges contenta in ea vera
eſſe,debes condemnari per l.Publia.in fi.ſ. depoſi.Idem ſi ne-
ges,& tamen habet ſigillum conſuetum,ut l.2.C. de re.alien.
non alie. Idem ſi non habet ſigillum, ſi tamen ſit ſcripta à
tribus teſtibus,& ultra hoc probetur per comparationem li-
terarum,nã ſi ex his duobus reſultat plena probatio. Idem ſi
non eſſet ſubſcripta,tamen eſſent duo , uel tres teſtes , qui de-
ponerent

ADDITIO.

a Suſpicio. Adde quod voluit Ale.conſi.1.lib.i.& quia D.Iaſ.hic.in rep.opulenter materiam tractat,adeo vt additione non egeat breuibus pertranſibo,eo maxime,quia in apoſtillis ad Bar.& Ale.multa poſui,quibus etiam adde, quod pulchre voluit Soc.conſ.inci.præſtantiſsime Doctor,& iuſtiſsime iudex.

ponerent ſe vidiſſe ſcribi a te, & vltra hoc eſſet facta comparatio literarum, vt ĩ auth. & ſi contractus. & in corpore, vnde ſumitur. C. de fid. inſtr. Sed quando eſt ſubſcripta, non requirit ꝙ teſtes deponant. nam etiam ſi ſint mortui, vna cum comparatione literarum facit plenam fidem, vt ibi. & l. ſcripturas, & auth. ibi poſita. C. qui po. in pig. ha. idem ſi facta eſſet duntaxat comparatio literarum, & nõ ſit apo. licet liber rationũ, vel epiſtola, nam olim dabatur plena fides ſoli comparationi literarum, vt l. comparationes. C. de fid. inſtr. ſed hodie per d. auth. de in.t. caut. corrigitur in apoca. cùm non ſufficiat ſola comparatio, ſed ſubſcriptio teſtium requiritur, vel depoſitio. igitur in aliis ſtatur iuri veteri. & hoc vult Bart. extra iſtos caſus, ſola comparatio literarum, vel ſola teſtificatio per ſcripturam, aut ſubſcriptio teſtium, ſi eſt apoca non facit plenam fidem, ſed ſemiplenam, & ita intelligas iſtam gloſſam, quæ loquitur obſcure, dum ponit comparationem de per ſe, & domeſticam ſcripturam de per ſe. Si vero nec eſt facta comparatio, nec eſt ſubſcripta, vel approbata a teſtibus, ex quo negatur non facit plenam, nec ſemiplenam fidem, aliqualem tñ ſuſpicionem inducit, quia non de facili præſumitur quis feciſſe vnam falſam ſcripturam timore pœne. iuxta illud: oderunt peccare mali formidine pęnæ, & ſecundum Bar. quæ ſuſpicio vna cum aliis argumentis exhauriret aliam probationem, vt s̄. eo. l. ſi duo. verſi. multum tñ cum his, quæ ibi nota. Secundo caſu, ſi produco meam ſcripturam, nullam fidẽ facit me viuẽte, vt l. rationes. C. de probationib. inter mercatores tñ conſueuit eſſe vſus in contrarium, quibus datur tanta fides, vt etiam fere vbique terrarum ſtetur libris eorum etiam pro ſe, quia maxima pœna imponitur eis, ſi aliquis falſum ſcribe-
43 ret, vt eſt † Florentiæ, & in quibuſdam locis taxantur vſque ad certam quantitatem, ſed ſi talis ſcriptura produceretur ꝑ hæredem eius, etiam de iure communi, licet ille non mercator induceret ſemiplenam probationem quia non eſt veriſimile, ꝙ ille in articulo mortis dimiſiſſet librum abſcõſum, & hoc Bar. tenet hic, per dictam l. rationes. dum dicit ſolas, nam innuit a cõtrario, ꝙ ſufficeret cum aliis. Bal. autem hic limitat. vt procedat in libro rationum defuncti, in quo ſunt accepta, & debita, & credita, quia magna reſultat pręſumptio pro eo ſi defunctus erat perſona fide digna. Sec⁹ ſi eſſet vna ſimplex ſcriptura, continens tale debitum pro eo. iuxta not. in l. ſi inter chartulas. C. de iure fi. lib. x. Et eſt bona limitatio, & credo. Bart. non aliter ſenſiſſe Florentiæ, vbi indiſtincte datur plena fides libris defuncti, non autem ſemiplena tantum, ut Barto.
44 dicit. † In tertio caſu, quando produco ſcripturam tertii priuatam. aut ille tertius habebat officium publicum, tanquam publicus officialis, puta gabellarius, vel alius officialis, & ſcripſit in libro communis, vel officii. aliquid quod pertineat inter te, & me, & talis ſcriptura inter te, & me facit plenam fidem, ſicut ſi eſſet ſcripta manu notarii, vt s̄. de edendo. l. quidam. §. numularios. & ibi nota per Bar. C. de fi. inſtrumentorum, authenti. ad hæc. aut non erat officialis publicus, & tũc aut erat publicus mercator, vel negociator, & facit fidem ſemiplenã, vt not. in d. §. numularios. Nec obſtat ſi dicatur, viuæ voci ſuæ non ſtaretur ſine iuramento, ut l. iuſiurandũ. C. de teſtib. ergo nec ſcripturæ ſuæ. Quia reſpõdeo, quando inducitur, vt teſtis, non deponit tanquam mercator publicus, ſed tanquam priuata perſona, ideo requiritur iuramentum. ſed quando ſcribit in libro mercantiæ, ſcribit tanquam publicus mercator, & eſt ratio, qñ ad fidem talium cõſueuit communiter recurri, quia homines volentes facere confici publicum inſtrumẽtum, ſæpe vaduut ad vnum mercatorem. & faciunt ſcribi in libro ipſius ea, quæ geſta ſunt inter eos, prout pluries vidi fieri, & feci propter publicam vtilitatem. Talis ſcriptura etiam ſine depoſitione iuramenti facit ſemiplenam fidem, & ſic ſufficiet cũ aliis, & hoc de iure communi, ſed in aliquib. locis ſtaretur præciſe tali libro. Si autem nõ exercet publicã artẽ, nullã
45 fidẽ facit priuata ſcriptura. † Scđo inducit̃ ſemiplena fides ꝑ vnũ teſtẽ, quod eſt verũ, ſi eſt omni exceptione maior, alias ſecus, vt no. in l. ẽt matri. ̄ſ. de probationib. Item eſt verum eo caſu, quo duo faciunt plenã, alias ſecus, vt in caſu. l. fi. C. ſi certum petatur. Item eſt verum, niſi plures veriſimiliter poſſent hẽri, ut in probatione famę, vt ſi fama eſt, plures ſunt qui poſſent deponere. Si ergo inducatur vnus ſolus, non probat famam ſemiplene, quia p̄ſumptio eſt contra producentẽ, ẜm Bar. itẽ eſt verũ, qñ talis teſtis deponit ſuꝑ ipſo facto, ſecus ſi ſuper indiciis ad factũ, tũc. n. ẽt ſi ſunt duo, non ꝓbãt factũ, ſed ſolũ indiciũ ad factũ, nec ẽt illud ꝓbat̃, niſi ꝑ duos teſtes, & đ
46 hoc eſt gl. s̄. fa. erci. l. fi. q̃ Bar. ibi multũ notat, † Itẽ eſt verũ, qñ teſtes reqrunt̃ ad ꝓbationẽ veritatis. Quid ſi reqrunt̃ ad ſolẽnitatẽ actus, puta in teſtamentis requiruntur ſeptẽ, quot reqruntur ad faciendã ſemiplenã probationẽ de teſtamẽto? Bar. hic mirabiliter dixit, ꝙ duo, quia iſta probatio componit̃ ex iure naturali, ſeu gentium, ẜm qđ ſufficiunt duo, iuxta illud [ĩ ore duorum, vel trium &c.] & ex iure poſitiuo, quod addit quinq; ad ſolennitatẽ teſtamenti ideo dicit ſufficere duos teſtes ex illa parte, quia cõponitur ex iure naturali, qđ dictum nunq̃ placuit mihi, qñ requiruntur ad ſolẽnitatẽ cũ ſolẽnitas ſit indiuiſibilis, quo caſu non ſolum duo, immo ẽt ſex nõ facerẽt fidẽ. qa requirit̃, ꝙ oẽs ĩterſint quo ad ſolẽnitatem, & ꝑ oẽs ꝓbat̃ veritas, vt no. in l. 2. C. de bo. poſ. ẜm tab. cœtera, q̃ hic tãgunt̃, dic vt ꝑ Bar. & iſta q̃ dixi, ſatis declarãt principalia dubia, & in quibus conſiſtit difficultas. Non ſunt alia.

## LEX XXXII.

2 *Pupillus ſi iuramentum alicui remiſit, põt talis ex interuallo iurare, cum remiſſio non teneat.*
3 *Pupillus etiã cum tutoris auctoritate non p̄t iuramẽtũ remittere. & n. 1.*
4 *Tutor cum contrahit pro pupillo, non poteſt inſtrumento facere apponi, ꝙ de expenſis, & damnis ſtetur iuramento aduerſarii.*

1 IVſiurandi. † Pupillus non poteſt remittere iuſiurandũ. h. d. Pone, ꝙ cum authoritate tutoris iuřm detulit, & cum ille paratus eſſet iurare, ipſe ſine tutoris authoritate gratiam fecit, vt non iuraret & gratia dr̃ remiſſio, vt s̄. eo. l. remittit dicitur hic, ꝙ nõ valet,
2 & ſic non habetur pro iurato. † Sed an poſtea poterit iurare ex interuallo? puto. ꝙ ſic. nec obſtat. l. non erit. in fi. s̄. eo. quia ibi, qñ defert ſine aliqua iuſta cauſa. hic vero cum cauſa. ſ. qa ille remiſerat, & ſic fuit cauſa; ꝙ non incontinenti iuraretur.
3 Itẽ quæro, an cum tutoris authoritate poſſit remittere? videtur dicendum adhuc, ꝙ non, quia iſta remiſſio eſt quodammodo donatio, quam non põt facere tutor. niſi in certis caſibus, vt l. cum plures. de adm. tuto. iſte tex. innuit contrarium, dũ loqtur de ſolo pupillo. Sed ad primã partem vr̃ hic ſentire
4 Bar. dum ĩducit iſtũ tex. ad quæſtionem, dum dicit, ꝙ tutor nõ põt inſtrumento, cũ ꝯhit pro pupillo, facere apponi, ꝙ de expenſis. & damnis ſtetur iuramẽto aduerſarii, licet alius maior poſſit, ut no. in l. ſi. ̄ſ. de præto. ſtipu.

## LEX XXXII.

per venditorem.iuncta l.ſterilis.§. cum per venditorem. ff. de
act.emp.ſecus in numis (vt dixi)in quibus,quia non cadit in-
tereſſe intra rem,venit extra rem, vt in duobus exemplis hic
poſitis in ver.quid enim.cũ ſeq.& l.liber homo.§.fi. ff. de ver.
obli.ſm Doc.¶In tex.ibi.[quod ſua interfuit]ſupple ſm effe-
ctum quẽ in numis habebat. non. n.maiorẽ effectum habet
vnus.q̃ alter,nec plus ęſtimatur ab vno,quã ab altero,& hoc
vult dicere tex.ſequẽs,dum dixit,ꝙ certa eſt nummorum ęſti-
matio.non ſic in ſpẽbus, & ſic ceſſat expoſitio gloſ. quæ non
4 eſt neceſſaria.¶†In tex.ibi,niſi de eo forte.no.hic, ꝙ ſi condẽ
natus es mihi actione depoſiti ad reſtitutionem nummorũ,
& quia mihi non reſtituiſti,non potui in termino ſoluere cre
ditori meo,& per hoc incidi in pœnã,vel pignora mea fuerũt
diſtracta,& ſic fui dãnificatus in cẽtum, poſſum probare hoc
intereſſe per ſolum iuramentum,quod dicitur in litẽ,ad hoc
vt ĩn iſto ver.congrue ponatur exceptio a prima regula, non
ſic ſi actio non eſſet bonæfidei,vel in aliis.in quibus iuramen
tum non defertur.ff.eo.l.ĩ actionibus.quia tunc deberem pro-
5 bare per teſtes.¶†In gl.j.in princ. ibi, [nec.n.in pecunia &c.]
iſta gl.vult,ꝙ pecunia non æſtimetur, ſed aliæ res æſtimentur
per pecuniam,& iſtud videtur contra tex.dum dicit, [nummo-
rum ęſtimatio.]ideo gl.ſic exponit,certe verum eſt, ſm Bart.

ꝙ parui numi non recipiunt æſtimationem,ſed groſſi,vt Flo-
reni recipiunt æſtimationem per paruos,qui ducatus valet li
bras quinque,& iſte valor eſt æſtimatio.Dic ergo,ꝙ expoſitio
gloſ. non eſt neceſſaria, ſed expone tex.vt dixi ſuper eo,quia
æſtimatio groſſorum numorum eſt certa,quia non aliter æſti
matur vnum,quàm per alterum,ſecus in ſpeciebus in quibus
6 cadit affectio.¶†In gl.ibi, [ſed nec alia ratio.]glo.vult oppo-
nere contra verſi. (niſi) quia videtur ponere exceptionē a re-
gula poſita in prin.contra,quia exceptio,ad hoc, vt bona ſit,
debet eſſe de ꝯtentis ſub regula, vt no.in l.j.de reg.iur. Sed hic
non ita eſt, quia regula poſita in prin.loquitur de iuramento
in litem,quod non eſt niſi de affectione, hic autem de tali iu-
ramento non loquitur.glo.fatetur,vt ſit bona exceptio,dicit
debere ſubaudiri aliam regulam, quòd nec aliud iuramentū
deferretur,& ad iſtam ſubauditam venit iſta exceptio. Alii di-
cunt, & iſta eſt vera quæ ponitur in fi.gl.ꝙ immo hic loquit̃
de iuramento in litem,nam non eſt verum, ꝙ illud ſit de ſo-
la affectione,immo de intereſſe ſingulari,& etiam de verita-
te.ĩ.eo.in actionib. in fin. non ergo defertur iuramentum in
litem in numis,niſi forte de intereſſe ſingulari, & extra rē.ſic
ergo non de actione,& hoc vult dicere tex. ¶Pro declaratio-
ne glo.ſequentis oppo.de l.j.§.in depoſiti.Solu.ibi depoſitum
conſiſtebat in re, in qua cadebat affectio, hic in numis, &
eſt duplex differentia inter iſtos caſus ſecundum gloſ. quia in
primo defertur iuramentum in litem,quod eſt affectionis, vt
ibi:in ſecundo non,vt hic.Item in primo venit etiam intereſ-
ſe lucri, vt fructus aduerſus moroſum,in ſecundo non, licet
veniat intereſſe damni,vt hic in fi.Certe quicquid dicat gl. ēt
intereſſe lucri,videtur intereſſe,& venit, vt in l.quam alleg.ĩ.
de eo,qđ cer.lo.in l.3.§.quod de offi. & ibi not.& eſt expeditū
etiam hodie.C.de ſent.quę pro eo.l.j.Secundo ſolue,vt ſoluas
dictum Io.dic,ꝙ dictum ſuum procedit, quando lucrum nō
eſſet certum,quia actor ſeu creditor non conſueuit nogocia-
ri cum pecunia,vel lucrari,vnde non auditur, ſi dicat, ſi ſol-
uiſſes mihi intra terminum potuiſſem tantum lucrari.Si aūt
conſueuit lucrari,& probat ꝙ fuiſſet lucratus, quādo habuit
a aliquid præ manibus ad lucrandum,[a] & quia non habuit pe-
cuniam,non potuit emere,& tunc venit,vt in contrario, ita
dicunt Docto.ſed in contrarium fortiter facit.l.fi.ĩ.de peric.&
commo.rei vend. vbi videtur expreſſe probare, ꝙ etiam hoc
caſu non veniat intereſſe lucri, ſed vſuræ tantum.dic vt per
Docto.in d.l.j.C.de ſen.quæ pro eo. Quæritur in glo.vtrum ſi
cut in contractu depoſiti, qñ debetur in pecunia venit inter-
eſſe extra rem, ita & in aliis bonæfidei, & etiam ſtricti iuris?
glo.dicit, ꝙ ſic. Docto. hic dicunt verum in numis,in quibus
non cadit intereſſe intrinſecū,vt hic.& l. liber homo. in fi.de
7 verbo.ob.Sed in aliis rebus, ĩ quibus pretium creſcit,& decre
ſcit,quod dicitur intereſſe intra rem,etiam in contractib. bo-
næfidei non venit intereſſe extra rem, vt eſt caſus in l.ſi ſteri-
lis.§.cum per venditorem.ĩ. de act emp. ſufficit.n.ꝙ teneatur
quanti plurimi ſint a tpe moræ,vt l.ratio.§.ꝑ venditorē.e.tit.
8 ¶†Itē quærit gl.an ſicut in ꝯctu depoſiti,probatur intereſſe ꝑ
iuſm ꝯ doloſum vel moroſum,vt hic, ita in aliis ſtricti iuris?
gl.dicit,ꝙ ſic.Tu dic,hoc verū,ꝑꝑ difficultatē ꝓbōnis, qñ res
ſit perempta,vt ĩ.e.l.in actionib.in fi. non aliter, vt l. quæ ibi
ſeqt̃.ſed in ꝯctib.bonæfidei,& arbitrariis,ēt ſi non ſit difficul-
tas ꝓbōnis.& ēt re exiſtente,vt hic, quia loqt̃ gn̄aliter. & ad-
de ſemper.§.in hoc interdicto.ĩ.quod vi aut clam.

A D D I T I O.

a ¶Lucrandum.Vide Bar.Soc.conſ.inci.dominus labia mea aperiat pro fundamē
to deciſionis.& Cano.in cle.paſt.§.ſane.de vſu.Bar.in l.1.C.de ſen.q̃ pro eo,ꝙ
intereſt proferuntur, & an cum quis debet mihi pecuniam in certo termino,&
non ſoluit,ſi capio illam ſub vſuris, an tenear ad vſuras.

## LEX III.

1 *Pupillus licet non cogatur recipere iuramentum ei delatum, ſi tamen de-fertur tutori,bene cogitur iurare, vel deferre,vel ſoluere.nu. 2.*
3 *Non debet quis ſubire anceps periurium.*
4 *Forma iuramenti affectionis præſtandi per tutorem.*
5 *Adultus habens curatorem æquiparatur pupillo, in his quæ tendunt in eorum præiudicium,& quid in his quæ tendunt in fauorem eorum.*

1 VIdeamus. †In cauſa quæ per tutorem agita
tur pupillus vel mr̃ eius ad iuran-
dum de affectione non admittitur,tutor vero, vel
curator non cogitur, ſed volens bene admittitur,
& in adulto.h.d.vſque ad §.deferre.¶In glo.3.ibi,quia plus di-
ligit filium quàm ſe.iſta ratio mihi valet,quia iudex poteſt ta
xare immoderatam affectionem,vt ĩ.eod.l.pe.& l.in actioni
bus.item quia ſi eſſet bona ratio etiam ſi eſſet tutrix, non ad-
mittitur,cuius contrarium ſtatim dicit glo.ideo dic rationem
eſſe,quia non admittitur,niſi q̃a eſt dn̄s lit.vt ĩ.eo.l.vulgo.vel
quaſi dn̄s,vel tutor. Sed iſto iure mater nō poterit eſſe tutrix,
& ſic in cā pupilli,nec eſt dn̄a,nec quaſi dn̄a.¶In ea.gloſſ.ibi,
2 idem eſt ĩ eo quod fit pro lite decidēda.†No.iſtā gl.ꝙ licet pu
pillus non cogat̃ recipere iuramentū de quo in ti.ꝑcedēti, tu

l.iuſiurandum.§.pupillo.ĩ.tit.j.ſi tñ defertur tutori,bene cogi-
tur,& ideo ſi recuſat ſine cauſa condemnatur pupillus,niſi re-
tulit,quia iurare tenetur,vel referre,vel ſoluere,ut in ea.l.§.ait
prætor tene mēti. Sed dubito an iſtud ſit verum in præiudiciū
3 pupilli.ex iſta tñ glo.manifeſte ſequitur,& ſic.¶†In glo.ſequ.
in fi.ibi.§.[non eſt audiendus,]dic bene, ꝙ cogitur interdum
quis facere pro alio,quod non faceret pro ſe,vt ibi,non tamē
ſubire anceps periurium,vt hic,quia anima pretioſior eſt quā
aliæ res.C.de ſacroſan.ecc.l.ſancimus.ſecundum Iaco.Buti.
3 ¶†In glo.quæ inc [bene dico.]ibi,[ſuus adultus, vel pupillus
nollet re carere.]Doct.reprobant hunc modū,quia cum pu-
pillus non habeat affectionem, non poteſt tutor ad illam ſe
referre,& ſi hoc faceret,periuraret. Dic ergo,ꝙ debet dicere,
ꝙ ſi eſſet illius conditionis cuius eſt pupillus, nollet carere il-
la re pro tanto.ar.l.continuus.§. ſi ita, de ver.ob.& de duo.re.
l.nemo,& per Cy.in l.j.C.de ſent.quæ pro eo.in v.q.¶In gloſ.
ſeq.ibi,[ſed non eſt ita,quia hic de ſuo commodo agitur.&c.
5 ¶†No.iſtam gl.ad intellectum.l.ſi curatorem habens.C.de in
integ.reſt.vbi patet, ꝙ adultus curatorem habens æquiparat̃
pupillo, & quando non poteſt pupillus,non poteſt talis adul
tus,nam illud procedit in his,quę tendunt in eorum præiudi-
cium. ſed in his, quæ tendunt in fauorem, aliqua pōt adul-
tus,vt hic.Iſtud vult iſta gl.quam tene menti.

1 *Ad ſolum iudicem pertinet deferre iuramentum in litem.*
2 *Reus non poteſt deferre actori iuramentum in litem.*
3 *An valeat pactum appoſitum in contractu,ꝙ de damno, & intereſſe ſtetur iuramento actoris.*
4 *Iuramento in litē,& iuramentum neceſſarium in defectum probationis, totum dependet ex arbitrio iudicis.*
5 *Ab eo quod iudex facit in his quæ commiſſa ſunt eius arbitrio non poteſt appellari.*
6 *Qui poteſt totum tollere,vel negare, multo fortius poteſt limitare.*
7 *Quando iurauit in litem ſecundum affectionem,poteſt iudex immoderatā affectionem ante,& poſt iuramentum taxare.*

1 §.Deferre autem. †Ad ſolum iudicem perti-
net hoc iuſm deferre, & to-
tū remittit̃ in eius arbitrio,tam a principio,q̃ ex poſt facto.&
poteſt dici deferre,vel non deferre,& ſi detulit.poteſt ſequi,&
non ſequi,& etiam poteſt taxare,& ex culpa non defertur.h.
2 d.vſque ad fi. ¶†No.ex primo dicto,ꝙ ſi reus defert actori,
hoc iuſm non valet,nec ei ſtatur,ſecus in iuro de quo in titu.
3 præcedenti,& ſic vr̃,ꝙ non ualeat pactum appoſitum ĩ ꝯctu,
a ꝙ de dāno, & intereſſe ſtetur iuramento actoris,[a] de hoc tñ
4 dic,vt no.Bar.in l.fi.de p̄ro.ſtip.¶†Itē no.ꝙ iuſm neceſſarium
ſicut eſt iſtud,totum dependet ab arbitrio iudicis, idem dr̃ in
illo,qđ debet̃ ꝑ l.admonēdi,ĩ defectū ꝓbationis, dic,ut ibi di-
xi,& dicit Inno.ꝙ in his, quæ commiſſa ſunt arbitrio iudicis
per.l.ſemper.iudex cenſetur moueri ex iuſta cā,vt ipſe not.in
5 ca.qualiter.de accu.†& iō ab eo,qđ ipſe idē no. in c.conque-
6 ſtus.de pę.¶†No.etiam,ꝙ q̃ poteſt totum tollere,vel negare,
poteſt multo fortius limitare. ¶In glo.mag.ibi[tu dicas hæc
verba.]nā iuſm, qđ præſtatur ſuper expenſis litis eſt de verita
te.Vnde ſi actor primo iuraret ſe legitime,& moderate expē-
diſſe,& iudex poſtea taxaret in x. talis taxatio detegeret periu
rium iurātis.Ideo,vt hoc nō fiat, debet prius fieri taxatio, ſed
7 hic de iuramento in litem,quod eſt affectionis.†Vnde ſi iurat
habere rem charam pro 20.licet taxetur in x.non detegitur ꝑ
iurio,quia iſta poſſunt ſtare ſimpliciter, ꝙ habeat affectionē
in 20.& tñ quia affectio eſt inordinata,non debeantur niſi.x.
poteſt ergo iuſm taxari ante,& poſt,vt hic.

A D D I T I O.

a ¶Actoris.De hoc per Alexan.conſi.147.lib.2.& an valeat ſtatutum, ꝙ de dam
no dato ſtetur ſacramento ſaccularii? vide Raph.Cu.conſi.136.

## LEX V.

1 *In trib.hæredib.actionum defertur iuramentum in litem, & in quibus.*
2 *In actionib.arbitrariis,quādo habeat locū iuramentū in litem affectionis.*
3 *Quæ actiones.& quot modis dicantur arbitrariæ.*
4 *Quando condemnatus ad rem tradendam,vel reſtituendam eſt cōtumax, quæ remedia tunc competant actori.*
5 *Quando iuratur in litem contra eum,qui dolo deſiit poſſidere,licet nūc nō dolo faciat,ꝙ non reſtituit.*
6 *Dolus ſi fuit commiſſus in non parendo iudici cum quis poſſet,tunc in oīb. actionib.defertur iuramentum in litem affectionis.*
7 *Ob quem dolum non iuretur in litem affectionis.*
8 *Omnes actiones poſſunt dici arbitrariæ, vt differatur iuramentum in litē affectionis,quando committitur contumacia ſeu dolus in non reſtituēdo ad mandatum iudicis,niſi ille eſſet condemnatus officio iudicis.*
9 *Officium iud.non habet vim actionis bonæfidei,nec arbitrariæ.*
10 *Iuramentum in litem affectionis,ad hoc vt deferatur,octo requirūtur,& quæ.*
11 *In iuramento in litem affectionis venit ſola æſtimatio rei ſecundum affectionem iurantis,non autem cætera damna.*
12 *Iuramentum in litem,quod eſt veritatis, requirit dolum,& morā rei,& quod res non extet,vel non appareat.*

13 *Si hoſpes dede[illegible] valiſiam clauſam hoſpitatori ſuo, & reddatur aperta iuratur in litem veritatis.*
14 *Lata culpa in pœnis criminalib.non ſemper æquiparatur dolo.*

1 IN actionib. †In tribus generib. actionum defertur iuramētū in litem, quod eſt affe
ctionis.ſ.in realibus.Item in perſonalibus in rem ſcriptis,
vt eſt actio ad exhibendum.Item in bonæfidei,& hoc pri
mo.& poteſt iudex taxare, & deferre, vel non deferre,& etiā
ſequi,vel nō ſequi.hoc ſecundo,& non defertur, niſi propter
dolum rei,hoc tertio. In aliis autem actionibus,quàm prædictis,poteſt deferri iuramentum in litem, quod eſt veritatis,
contra doloſum,vel moroſum,in defectum tamen probatio
nis re perempta,non aliter.h.d.cum l.ſeq. & tex.ſecundū corticem eſt ſatis clarus,& gl.ſitr clariſſime. Tamen ſubtiliter in
dagādo profunditatem huius materiæ, & legum,quæ de hoc
loquūtur,vr̄ ſatis tenebroſa. Bar.hic per infinita verba voluit
declarare, tñ mirabiliter infraſcauit,licet credam ipſum habuiſſe bonum intellectū,potuiſſet tñ clarius, & pleni⁹ loqui,
vt patebit ex ſequentibus. Et primo loquitur de iuramento ī
litem,quod eſt affectionis.& hoc vſque ibi,[plane.]poſtea de
illo,quod eſt veritatis vſque ibi,[ſed iudex]Secundo,ꝙ ſit officium iud.in eo, vſque ibi,[ſed in his] tertio proter quod defertur. ¶Contra prin.l.opp.defi.nam non ſolū in actionibus
in rem,vel in rem ſcriptis, vel in bonæfidei defertur iuramētum in litem,immo ēt ſtricti iuris, quæ nec ſunt in rem,nec ī
rem ſcriptæ,& ibi,ſolum p[illegible]cipium loquitur de iuramento
ī litem,quod eſt affectionis,ad quod difficilius peruenitur, qa
iuratur in infinitū,& plura requirūtur, vt ad illud perueniat.
finis autem loquitur de iuramento in litem, quod eſt veritatis,& ad quod facilius peruenitur;quia non eſt ita præiudiciale,& pauciora requiruntur,vt ī.dicam,& hoc vult glo.in illo
§.fi.licet quidam antiqui intellexerunt illud etiam in iuramē
to in litem,quod eſt affectionis,& dicunt eſſe ſpeciale in trib.
caſibus,vt illud deferatur etiam in actionibus, quæ non ſunt
bonæfidei,nec arbitraria quorum vnus ponitur hic, ſed iſta
2 opi.non eſt vera.vt ibi no.glo.¶†Secundo opp.ꝙ etiam in actione,quæ non eſt in rem,nec etiam in rem ſcripta, nec bonæfidei iuretur in litē,vt patet in actione de dolo,quæ eſt ſtricti iuris,& eſt perſonalis non ſcripta in rem,vt ſ̄.de dolo.l.arbitrio.in prin.& inſt.de act.§.ꝑterea quaſdam. ſol.fateor ꝯriū,
& iſte tex.ſuppleri debet per illos,nam defertur in duob.gene
ribus actionum.ſ.in actione bonæfidei,vt hic,& ſ̄. de pe.hæ.l.
ſed ſi lege.§.hæc verba,quia illa actio eſt bonæfidei. Item in
actionibus ſtricti iuris arbitrariis.ſecus ſi nō ſunt arbitrariæ,
tunc.n.non defertur iuramentum in litem, quod eſt affectionis,ſed illud,quod eſt veritatis ſic,concurrentibus duob.vt in
3 fi.huius l.†Dñr autem arbitrariæ,oēs in rem.& hoc iō,qa ꝑꝑ
naturam earum conceditur arbitrium iudici, vt poſſit facere
condemnationem,nam in actionib.realibus,reus non eſt obligatus ad reſtituendum,vel tradendum,quia in illis non præ
ſupponitur aliqua obligatio. Vñ ſm̄ ſtrictā,& ꝓpriam nām
ipſarum iudex non poſſet reum ꝯdēnare ad reſtituendum,licet poſſet declarare actorem eſſe dominum,& ꝑꝑ hoc ꝯcedit
per l.arbitrium iudici,vt poſſit facere ꝯdemnationem. Scd̄o
modo dñr arbitrariæ rōne doli cōmiſſi a prin. tpe oblīonis ꝯ
ctæ,vt eſt actio,quod met.cau.vel de dolo,quæ ſunt actiones
ſtricti iuris, quarum natura eſt, vt non fiat cōdēnatio niſi in
eo ad quod obligatio eſt ꝯcta.Vnde ſi per dolum,vel metum
induxiſti me ad tradendum rem valentem decē, & illam nō
reſtituis de ſtricto rigore,iudex non poſſet te condēnare, niſi
[illegible] decē,tñ ratione doli pōt te condēnare in plus, ſ.quatenus ī
[illegible]em iurauero ſm̄ meam affectionē. Tertio modo debētur
arbitrariæ,rōne loci in obligatione appoſiti,vt ſi ꝓmiſiſti ſol
[illegible]re.x.in tali loco.nam iſta promiſſio eſt ſtricti iuris,& ſi nō
ſoluis,ſm̄ ſuam originalem naturam,non deberes cōdēnari
niſi in decem,tñ rōne loci poteſt mea intereſſe in plus, ideo
ꝑꝑ locum conceditꝛ iudici arbitrium, vt poſſit facere ꝯdēnationem ad illud intereſſe,vt ī.đ eo,qđ certo loco.Dicūr ergo
gl.&Do.verum eſſe regulr̄, ꝙ in oībus iſtis arbitriis poteſt deferri iurm̄ in litē,quod eſt affectionis,tñ ille.§.præterea quaſdam.non dicit hoc,ſed bñ dicit,ꝙ iudex poteſt facere condēnationem præter nām actionum.Quantum aūt ad iurm̄ in li
tem habemus expreſſum hic, ꝙ ſi ſunt arbitrariæ, vel in rē
ſcriptæ, poſſit deferri.Item qñ rōne doli commiſſi a princ.habemus expreſſum in d.l.arbitrio,de dolo.Si autem rōne loci,
nō reperio bene expreſſum, nec puto eſſe verū, ſed hic debet
intereſſe probari per teſtes, vt in titu.de eo, quod certo loco,
4 ¶†Sed tertio opp.fortiter.& in hoc aduerte, quia declarabitꝛ
hic profunditas huius materiæ, in qua Barto. ſe inuoluit, nā
iſtud iurm̄ defertur ꝑꝑ contumaciam commiſſam in non re
ſtituendo rem ad mandatum iudicis,vt ſ̄.eod.l.j. ſed certe,qñ
talis cōtumacia committitur in qualibet actione mūdi, ſiue
ſit bonæfidei,ſiue ſtricti iuris, ſiue realis, ſiue perſonalis,ſiue
ſit in rē ſcripta,ſiue nō,ſiue ſit arbitraria, ſiue non,poteſt deferri iuramentum in litem,quod eſt affectionis,vt eſt tex.no.
in l.qui reſtituere,in fi.ſ̄.de rei vend. Ad quid ergo fuit expediens, quod hic dicitur de iſtis actionibus.ſol.fateor cōtrariū,
ſi contumacia in hoc committitur, quælibet actio poteſt dici
arbitraria,vt in ea deferatur hoc iuramentum, qñ aliquis cōdemnatus eſt ad rem tradendam,vel reſtituendam,& cū hoc
poſſit facere qui habet eam penes ſe,& non facit, nam actor
habet duplex remedium. Primo,ꝙ faciat ſibi auferri manu
militari.ſecundo.ſi de hoc non iurat petat ſibi deferri iuramē
tum in litem,& [illegible] ipſum condemnari iterum ad id,quod
fuit iuratum,& ſic feruntur duæ ſententiæ, & iſte eſt caſus il
5 lius.l.qui reſtituere.& ita Bar. †intelligit illam.l.ſed interdum
non committitur dolus,vel contumacia in non reſtituendo,
vel tradendo,quia non habet rem penes ſe,& ſi haberet libē
ter traderet,ſed eſt penes certum,a quo non poteſt rehabere,
tunc non habet locum l. qui reſtituere,ſed eſt deueniendum
ad iſtam.l.& tunc eſt dicendum, ꝙ ſi dolo deſiit haberet,licet
non dolo faciat, quod non reſtituit, propter dolum tamen
commiſſum in deſinendo poſſidere,ſi actor erat bonefidei,vꝛ
erat in rem ſcripta,vel arbitraria,rōne doli commiſſi in principio contractæ obligationis, deferatur iuramentum in litē,
& ita intelligitur iſte tex.& ī hoc eſt ſpecialitas in iſtis actioni
bus,non ſic in aliis,hoc probatur primo in l.ſed, & ſi lege. §.
hæc verba.de pet.hære.quæ loquitur in actione bonæfidei,&
non fuit commiſſus dolus in non parendo iudici, ſed in deſinendo poſſidere.ita in l.ſi fundus:§. in venditione.ī.de pign.q̄
loquitur in actione in rem, & ille tex.bene declaratur quia licet reus ſumma ope nixus pareret iudici,non tamē potuit rē
recuperare,& ſic non fuit in contumacia in non parendo,Si
tñ fuit in dolo,in deſinendo poſſidere iuratur ꝯ ipſum in litē.
Hoc aūt uoluit gl.in actione doli,q̄ eſt arbitraria rōne doli ꝯ
miſſi in ipſa ꝯhēda.ꝙ ſi doloſus iterū dolo deſiit poſſidere ꝑꝑ
hunc ſecundū dolū, iuratꝛ iterū in litē ꝯ eum,licet non fuerit
in contumacia,quo ad iudicem,quia non potuit recuperare
& hoc voluit gl.in d.l.arbitrio.ſ̄. de dolo.in princip. Si autem
non fuit commiſſus dolus in parendo iudici, nec in deſinendo poſſidere, tunc licet fuerit commiſſus a principio tempore contractæ obligationis,vt in actione de dolo,vel met.cau.
ꝑꝑ talem dolum nō deuenitur ad iurm̄,quod eſt affectionis.
tex.eſt in d.l.aribtrio.§.j.¶Sed quarto oppo.fortiter, ꝙ ſi non
committitur dolus ī non parendo iudici,non debeat iurari ī
litē,licet fuerit commiſſum ī deſinendo poſſidere.vt ſ̄.de pet.
hære.l.poſſeſſor.§.fi.in fi.ſol.quod dixi ſ̄.procedit qñ dolo deſiit poſſidere,& res extat,licet nō poſſit recuperari,ita loquū
a tur iura.ſ̄.allegata.Si autem eſſet perēpta,[a] tunc diſtingue,aut
erat actio bonæfidei,& ñ peruenitur ad iurm̄ affectionis, ſed
bene poſſet perueniri ad iurm̄ veritatis ſuper vero pretio rei,
& iſte eſt caſus in d.l.ſi poſſeſſor.in fi. & hoc ꝑꝑ æquitatem q̄
in actione bonæfidei verſatur, ſi res erat eo modo peritura
penes actorem, aut erat actio ſtricti iuris, & tunc etiam ſi ſit
perempta, & ſic impoſſibilis eſt recuperatio,ꝓpter dolum tñ
commiſſum in deſinendo poſſidere, defertur hoc iurm̄ affectionis.Et hoc voluit gloſſ.ordina.in d.l.arbitrio. in princip.
6 †Recollige ergo tres caſus,ꝙ aut fuit commiſſus dolus in parendo iudici cum poſſet, & in omnib.actionib. defertur hoc
iurm̄,& ſic oēs pñt dici arbitrariæ,ut d.l.q reſtituere, in fi.aut
non fuit commiſſus in hoc,& tunc aut fuit commiſſus in deſinendo poſſidere,& defertꝛ in actione bonæfidei, & in actione in rem,vel in rem ſcripta, & in actionib. arbitrariis, rōne
doli præcedētis,non in aliis,ita dēt intelligi iſta.l.vt patet in iu
rib.ſ̄.all.dummodo res extet in rerum natura, alias diſtingui-
7 tur.vt ſ̄.dixi inter bonæfidei,& ſtricti iuris cōtractus.†Aut in
neutro iſtorum fuit commiſſus dolus, ſed ſolum a principio
obligationis ꝯtracte, & ꝑꝑ illud nō defertur iurm̄ affectionis,
b vt in d.l.arbitrio.§.j.ſed iurm̄ ſuper vera æſtimatione, [b] ſic,vt
in l.ſi qñ.C.vñ vir. & ar.hic in fin. huius. l. vbi defertur ꝓpter
dolum commiſſum poſt,puta,ꝑꝑ moram;, fortius ſi a principio,quia ſemꝑ eſt in mora.l.1.qđ met.cau.& l.j. §. rectiſſime.
de vi,& vi ar.& no gl.ſ̄.in l. nummis,in fi.vltimæ gl. hoc autē
verum ſi res nō extat,vel non apparet, & ſic eſt difficilis ꝓba-
8 tio,vt in fine alias ſecus,vt dixi in d.l.nummis.† Et nunc intel
ligis hanc legem quam non reperies vnquam declaratam,
quòd animus tuus poſſit quieſcere, cum a nemine alio videam ita declaratam. Quod autem ſupra dixi, quòd omnes
actiones poſſint dici arbitrariæ, vt deferatꝛ iurm̄ affectionis,
quan-

ADDITIONES.

a ¶ Si autē eſſet perempta,Adde in propoſito quæ ponit.d.Ale.de Imo.in cōſ.58.col.2.ver.& per prædicta.in 1.vol.vbi,quòd qñ agitur contra tertiū ad exhibendum ſcripturā,in qua agens prætendit intereſſe,ſi tertius ipſam ſcripturā nō exhibet,vel ſuo iurō ꝓbet ſe ꝑdidiſſe ꝯ ipſū nō iuratur in litē Cu.

b ¶ Super vera æſtimatione,Intellige hoc verum, ſiue dolus fuerit commiſſus cum violentia,ſiue ſine violentia,vel maleficio,& ita pulchre declarat Ale.de Imo,in conſi.103,colum.3,ver.& ſi dubitatur, in 1. vol. & ſentit Pau.in fi.ver.quantum vero ad iuramentum veritatis.Cur.

qñ committitur contumacia in nõ parendo iudici per l. qui
reſtituere.in fi.de rei vendic.procedit, qñ eſſet condemnatus
iure actionis,ſecus ſi officio iudicis, quo caſu non iuratur.gl.
eſt ordinaria,quam tene menti.ſ.ſi ſerui.vend. l.harum.ſuper
verbo.[condemnet.]in fi.& vide Bart.in l. ſi prius. de ope.no.
nun.in ij.q.& ita allegat Bald.illam glo. in l.argentarius.§.cũ
9 ante.ſ.de eden.† ꝙ officiũ[a] iudicis nõ habet vim actionis bonę
a fidei,nec etiam arbitrariæ. Item quod dixi ꝙ ꝑꝑ dolum com
miſſum dumtaxat a principio ꝯctæ obligationis, ſi non cõ-
mittatur poſtea in deſinendo poſſidere, vel non parendo iu-
dici,non defertur iurm in litem,& l.arbitrio.§.j.ſ.de dolo.fal
lit,qñ fuiſſet cõmiſſus a principio in cõtemptum iudicis ſeu
iuriſdictionis,& iſte eſt caſus.l.penul. §.j.ſ.ne quis eum,quem
caſum ponit glo.mag.in ver.[plane pro fallentia, ſed intellige
10 modo quo dixi, & tunc conſtabit in quo ſtat fallentia. † Et
breuiter recolligendo dicas, ꝙ octo requiruntur ad hoc, vt
b deferatur iurm[b] in litem,quod eſt affectionis. Primo ꝙ ſit ta-
lis res in quam cadat affectio vt ſ. cod.l.nummis, & etiam in
factis licet ibi nõ videatur cadere affectio,vt l.3.§.j. & ibi not.
ſ.ſi.regun.Secundo requiritur ꝙ actio ſit bonæfidei, vel arbi-
traria. Tertio quod ſit directa non contraria,vt hic in glo.ſu-
per verbo (bonæfidei,) ſupple, niſi in tali contraria ageretur
de fide rupta,vt no.j.de pig.actio.l.ſi pignoris.§.ſi poſt. Quar-
to requiritur,ꝙ agatur tale quid, ad quod poſſit præciſe com
pelli,ſecus ſi liberaretur pſtando intereſſe,vt in actione exem
pto,qñ vr non habere facultatem rei reſtituendæ, vel traden-
dæ,vt l.j.in prin.j.de act.emp. & hic in eadem glo.ſuper verb.
(bonæfidei)ſecus ſi haberet facultatem,quia tunc poſſet præ-
ciſe compelli,ſm Doc.hic,& no.in d.l.j. tene mẽti perpetuo.
Quinto requiritur ꝙ interuenerit dolus commiſſus in deſinẽ
do poſſidere,& hoc ſufficit in bonæfidei, vel in arbitrariis,vel
in non parendo iudici, & hoc in quibuſcunque actionibus,
ſecus ſi in neutro iſtorum, licet interuenerit a princip.niſi in
caſu quem. ſ.poſui. hoc etiam fallit in actione tutelæ, in qua
propter culpam poteſt deferri,vt hic in glo.quæ incipit,[pro-
pter leuem.] circa fi. Sexto requiritur, quod ſit dominus litis
ille,qui petit ſibi deferri, vel quaſi dñs, vt j.eo.l.videamus.§.i.
Septimo,ꝙ agat iure actionis, & ſecus ſi iudicis officio,vt d.l.
11 harum.infra ſi ſerui.vend.† Quid autem veniat in tali iuramẽ
to? dic, quod ſola æſtimatio rei ſecũdũ affectionem iurantis,
nõ aũt cætera damna, ita vr probare Bart. in l.i ſ.de alie.iud.
12 Quantum vero ad iurm in litem,quod eſt veritatis,[c] vñr duo
c ſufficere.ſ.dolus rei ẽt commiſſus duntaxat a principio oblo-
nis ꝯctæ, licet non ſit commiſſus in deſinendo poſſidere, vel
in non parendo iudici,vt l.ſi qñ. C. vñ vi. & ẽt mora rei.q̃ põt
dici dolus,vel lata culpa, ut in fi. huius l.Et difficultas proba-
tionis,quia res non extat,vel non apparet,ita,ꝙ poſſit ſubiici
oculis iudicis,vt hic in fi.eſt caſus not. in d. l.ſi qñ.& ita debet
13 ſuppleri gl.fi.in l.nũmi.ſ.eo. † Et ex h.d.Inn.in c.fi.extra quod
d me.cau. ꝙ ſi aliquis hoſpes dederit valliſiã[d] clauſam ſuo ho-
ſpitatori,deinde reddat apta, & ille dicat,aliquas res ſibi abla
tas,ſtabit iuro ipſius,quia hoſpitator eſt in dolo, vel fuit, ape-
riendo valliſiam, & res nõ apparet per illud.c. & per d. l.ſi qñ.
& per iſtum tex. quam opi. ibi vr ſequi Bar. ſed in l.j.j.fur.ad-
uer.nau.vr aliter dicere,ꝙ ſit neceſſe pbare dolũ, aliter dic vt
14 ibi. ¶ † Vltimo no.gl.q̃ incipit, [.ſ.ꝑꝑ leuem.]quæ ſemper alle-
e gatur, ꝙ lata culpa[e] non ſemper æquiparat dolo.ſ.in pœnis
perſonalibus, certè glo. in l.ad l. Cor.j.de Sica.largius loquit
q̃ in pœnis criminalibus, vt ſunt etiã pecuniariæ, qñ veniunt
applicandæ fiſco,vt no.in l.agraria.de termi.mo. & in l.qui ſe
pulchra.de ſepul. vio.de iſto paſſu vide p Bart.in l.j.ſi quis teſ.
lib.eſſe iuſ.fu. & l.quod Nerua.j.de epoſi. cætera dic, vt hic hr
in glo. q̃ per prædicta remanent expeditę, & etiam per Bart.
qui q̃dam alia declarat, quæ ſunt leuia reſpectu prædictorũ.

ADDITIONES.

a Quod officium. Adde eundem Pau. in d §.cum autem. & Flo. de Sancto Petr.in
d.l.& harum.Curt.
b Deferatur iuramentum. Requiſita, vt deferatur iuramentũ in litem affectionis.
c Quod eſt veritatis. Et quando deferatur tale iuramentum, vide per D.meum
Soc in conſi.cc xiij.col.ij.verſi.præterea.I.T.
d Valiſiam. De hoc per Anch.conſi.72. qui in facto conſuluit.
e Lata culpa. An lata æquiparetur dolo in criminalib. vide per eum.conſil.92.per
Fran.de Are.conſ.49.per Alex.conſi.58.lib.2.

LEX IX.

1 *Qui iurat rem valere centum, cum valeat plus, non eſt periurus, licet nõ
dicat plus.*
2 *Iurans rem valere centum taxatiue; cum valeat plus, quòd ſit periurus.*
3 *Si agitur ciuiliter ad pęnam, poteſt iurari in litem veritatis propter contu
maciam rei, & difficultatem probationis, & an poſſit iurari ſecundum
affectionem.num.4.*

1 CVm furti. †Qui iurat rem valere centum cũ
valeat plus,non eſt periurus, licet
non dicat plus, h.d.facit. l.ſi cõem. §.ſi cui.quemad-
ſer.a mit. Et vide,quod ibi no,in gl.ſuper ver. [plus.]
& poteſt poni caſus duob.modis, ſ.ꝙ agebatur actione furti,
ad pęnã dupli,vel quadrupli,& non apparebat res ſubtracta,
vnde oportebat ſcire quantum valebat, ad hoc, vt ſciretur,
quid eſſet duplandum,vel quadruplandum,certe põt proba-
ri æſtimatio rei per iuramentum in litẽ, quod eſt veritatis ꝑꝑ
2 dolum rei commiſſum a prin. † Si ergo iurat, ꝙ valebat cen-
tum, licet valeat plus non expedit, ꝙ dicatur plus,nec ſubin-
telligitur dictio taxatiua,ita intelr hic,ſi.n.ſubintelligeretur,
eſſet periurus,facit quod dicit in l.rogaſti.§.ſi tibi.ſ.ſi cert.pet.
3 & iſto mõ ponit caſum glo. in l.in actionib.§.fi.glo.mag.† ſic
ergo iſtud iurm in litẽ,qđ eſt veritatis, ꝑꝑ rei contumaciam,
& difficultatem probationis,non ſolum põt deferri ꝓ conſe-
quenda vera æſtimatione,ſed ẽt pro conſequenda pœna,ſm
4 æſtimationem rei,vt in hac l.& dicit gl. †non ſic debere defer
ri ſi ageretur de pęna applicanda fiſco, etiã pecuniaria, & ſic
criminaliter ſm Bar. quia in criminalib. requirantur probõ-
nes luce clariores. C.de proba. l.ſciant. vñ ſicut non defertur
iurm ad ſupplendam probõnem, ſm diſpõnẽ.l.in bonæfidei.
C.de iureiu. ita & multo minus ad ipſam totalr faciendã etiã
ꝯ doloſum.Põt ẽt poni hic caſus, ꝙ agebat cõdõne furtiua ꝓ
ipſa re, & tunc põt intelligi tam de iuro affectionis; q̃ ẽt veri-
tatis. De primo, qñ dolo deſiit poſſidere, nam quia dolus in-
teruenit a prin. obligationis ꝯctæ, puto iſtam condictionem
poſſe dici arbitrariã,ſicut eſt actio de dolo, & quod met.cau.
licet hic gl.dicat ꝯrium, ſed non video rõnem diuerſitatis, ſi
ergo poſtea interueniat alius dolus in deſinẽdo poſſidere,dẽt
poſſe iurari de affectione, ſicut in actione de dolo, & multo
magis ſi cõmitteret in nõ perẽdo iudici. Si aũt in neutro iſto-
rũ cõmitteretur dolus,tunc ꝑꝑ ſolũ dolum a princ.commiſ-
ſum,nõ defert iurm affectionis,ſed veritatis,ſic perempta,vel
non apparente.l. in actionibus. in fin. quia fur ſꝑ eſt in mora.

LEX X.

1 IN inſtrumentis. †In actione ad exhibẽdũ,
ſemper defertur iuramen-
tum in litem, ſuper intereſſe ſingulari.hoc dicit.

LEX XI.

1 *Iuramentum in litem, non retractatur ſine magna cauſa.*
2 *Iuramentum in litem, qualiter dicatur neceſſarium.*

1 DE periurio. ¶ † Iurm id litem nõ retracta
tur ſine magna cauſa.h.d ſed
ꝯ,quia poteſt iudex non ſequi. ſolutio,aliud eſt ꝙ
iudex nolit ſequi, aliud ꝙ tractetur de periurio.
2 Et nota,ꝙ iſtud iurm dr neceſſarium, & glo.ſubiicit,quia reus
cogitur ſubire,velit,nolit,ſi iudex defert. Sed Bart.videtur di-
cere contrarium,ꝙ poteſt probare per teſtes, ſi vult,vt l.ſem-
per.§.hoc interdicto. j. quod vi aut clam. Dicitur autem ne-
ceſſarium neceſſitate cauſatiua, quando deficiunt aliæ pro
bationes,quia ſi vult obtinere, neceſſe habet petere iuramen
tum,ſi eſt caſus,in quo debeat deferri.

*De condi.cau.data,cauſa non ſecuta.* *Rub.*

¶ Super rubrica iuriſconſultus tractaturus de actionib.orien
tibus ex contractibus præmittit de orientibus ex quaſi cõtra-
ctibus ut ſunt condictiones, per quas non agitur, vt contra-
ctus impleatur, ſed potius, ut diſſoluatur,vel diſtrahatur, &
iſte diſtractus eſt,quaſi contractus, & oriuntur extra id, quod
agitur a princ.vt l.ſi is.in fi.j.commo.& in hoc tit.cum ſequẽ
ti tractatur, quãdo aliquid fuit datum ob cauſam de futuro.
pro quo repetendo datur condictio ob cãm ſi non fuit cauſa
ſecuta,vt in hoc titu. vel condictio ob turpem cauſam etiam
ſi fuerit ſecuta,ſi verſabatur turpitudo ex parte recipientis dũ
taxat,ut in titu.ſeq. titulus vero de condic. inde. & de condic.
ſine cauſa loquuntur, quando aliquid fuit datum ob cãm de
præterito,falſam,vel nullam,vel annullatam,quæ magis pro
prie dicitur cauſa, q̃ illa de futuro, vt in l.domus. de cond.in-
deb.& ibi notatur, titulus autem de condictione furtiua lo-
quitur de condictione, quæ non competit ꝑꝑ aliquod datũ,
ſed ꝑꝑ ſubtractũ, & iſtæ ſunt ordinariæ cõdões, & in primis
præſupponitur dñium translatum, alias non dicerentur con-
dictiones,quia ſunt actiones perſonales,& competunt ad dã
dũ,ſeu recuperandũ dñium.In condictione vero furtiua non
præſupponitur dñiũ trãslatũ.Sunt duæ aliæ condões ordina
riæ,ſ.triticaria, & condõ ex lege, iõ iſte eſt longus tractatus.

LEX PRIMA.

1 *Cauſa ſecuta ceſſat condictio ob cauſam.*

1 SI ob rem. ¶ † Cauſa ſecuta,ceſſat cõdictio
ob cauſam, hoc dicit, ſed non
ceſſat condictio ob turpem cauſam, ſi fuit datum
ob illam, & verſatur turpitudo ex parte recipien-
tis tantum, & hoc vult iſte textus,cum glo.
1 *Condictio ob cauſam competit, etiam ſi dedi tibi ob cauſam de futuro im-
plendam per me, quam poſtea implere nolui. & num.2.*

Qui

2 *Qui recipit aliquid ob cauſam implendam non poteſt pęnitere, & poteſt compelli, vt impleat per actionem præſcrip.verb.*
4 *Datum tibi ob cauſam implendam per tertium, ſi non impleatur, velut ſi aliquid contingat, & illud non euenerit, poteſt repeti per condictionem ob cauſam.*
5 *Quando tibi ob cauſam per te implendam, quòd ille ſit contractus innominatus, & in aliis dicatur ſimplex donatio ob cām cuius ſit effectus.*
6 *Actio præſcriptis verbis datur etiam ad intereſſe, quando non impletur.*
7 *Condictio ob cauſam non oritur ex contractu innominato, vt contractus impleatur, ſed vt diſſoluatur.*
8 *Implens condictionem ſub qua eſt inſtitutus, non cenſetur propter hoc hæreditatem adire.*
9 *Si do tibi ob cauſam de futuro, quam ſcio eſſe impoſſibilem, & non poſſe ſequi, ꝙ videar ſimpliciter donare, nec poſſim repetere.*
10 *Quando ſoluitur ob cauſam, qualiter dicatur cauſa tacite ineſſe de voluntate vtriuſque partis.*
11 *Soluens ſimpliciter non expreſſa cauſa, quādo non poſſit ſolutum repetere.*

1 §. Sed ſi parendi. ¶ †Non ſecuta cā, ob quā datr̃ condō ob cauſam, ēt ſi illa cā
non fuit expreſſa, ſed ab vtraque parte tacitè intellecta. Item
etiam ſi erat implenda per dātem, ſiue implere noluerit, ſiue
non potuerit, niſi ſciuerint ipſam fore impoſſ̃em, quia tūc re-
2 petit.h.d.cum l.ſequenti. ¶ †Nota plura, primo, quia iſta con-
dictio competit, ēt ſi dedi tibi ob cām de futuro implendam
per me, quam poſtea implere nolui. Videbatur contrariū, nā
qn̄ dedi ob cām per te implendam, ſi non imples, dictat æqui
tas, vt mihi reſtituas, ſed qn̄ ob cām implendam per me, pu-
ta, vt poſſem cōſequi hæreditatem, vel legatum, relictam, vel
relictum ſub conditione, ſi tibi dedero decem, & dedi cauſa
implendę conditionis, ſi poſtea volo hæreditatem, vel legatū,
3 ꝙ ſic ſtat per me, & vr̃ ꝙ non habeatur pro impleta. †Sed cō
trarium eſt verum, quia non ſum tibi in aliquo obligatus, &
iō poſſum pœnitere, nam ſi tibi dediſſem ob cām per te im-
plēdam, & antequàm impleas, re omnino integra me pœni-
teat, poſſum repetere, vt j̃.e.l.ſi pecuniam, & hoc rōne prædi-
cta, quia non ſum tibi obligatus, ſed tu es obligatus mihi poſt
quàm recepiſti, ideo pœnitere nō poſſes, ſed poſſum te com-
pellere, ſi volo, vt impleas per actionem præſcriptis verbis, vt
4 s̃.de pac.l.iuriſgentium † & ideo puto, ꝙ habet etiam locum
iſta condictio, ſi do tibi ob cauſam implendam per tertium,
& non impleatur, vel ſi do, vt aliquid contingat, & illud non
euenerit, vt j̃.de don.cau.mor.l.ſenatus.ver.[nec dubitauerūt
4 Caſſiani. † Aduertendū tn̄, quia qn̄ do tibi ob cauſam per te
implendam, ille eſt contractus innoīatus, ſed in aliis caſib.dr̃
6 ſimplex donatio ob cām. †Et effectus eſt magnus, quia in pri-
mo caſu recipiens obligatur danti ad implendam cām, & po-
teſt ad illam compelli per actionem præſcriptis verb. vt dixi,
quæ actio etiam datur ad intereſſe, quia non impletur, vt l.na
turalis.j̃.de præſcrip.ver.& iſta dr̃ oriri ex contractu. Sed ꝯ, dās
non eſt obligatus recipiēti ad perſeuerandum in datione, iō
poteſt pœnitere re integra, & competit condictio ob cauſam
ex capite pœnitentiæ, & idem ſi cām nolles implere, & vellē
potius repetere datum, quàm te compellere ad implendum,
7 †& iſta condictio non oritur ex contractu innominato, quia
non datur, vt contractus impleatur, ſed vt diſſoluatur, & de
8 hoc loquitur totus iſte titulus. ¶ †Secundo no. quòd ille, qui
implet cōdōnem ſub qua eſt inſtitutus, non cenſetur ꝑꝑ hoc
hæreditatem adire, quia tunc nō poſſet poſtea repudiare, cu-
ius ꝯrium hic dr̃, ſed ſolum aperire viam, vt adire poſſit, nec
ob.l.iam non dubitari. §.ſi.de hær.inſti.de qua gl.opponit, &
non bene ſoluit, quia ibi fuit inſtitutus ſub conditione, ſi vo-
luerit, quo caſu ſi dicit ſe velle, cenſetur adire, vel ſe immiſce-
re, quia per eundem modum impletur condō, per quem indu
citur aditio, ſecus qn̄ eſt conſtitutus ſub aliqua extrinſeca cō-
ditione, vt hic eſt caſus, qui ſꝑ allegatur. Si tn̄ talis inſtitutus
erat de ſuis, licet ante impedimentum nō eſſet hæres, nec effe
ctu, nec nomine, tamen ſtatim cum implet efficitur hæres
ſaltem nomine, ſicut ſi fuiſſet pure inſtitutus, poſtq̃ eſt inſti-
tutio purificata, non tn̄ cum effectu. ita loquitur.l.in conditio
9 nib.§.pupillus.de cond. & demon. ¶ †Tertio no.ſuper verbo
[ſine ſcelere,] vna cū gl. ꝙ ſi do tibi ob aliquam cām de futu-
ro, quā ſcio eſſe impoſſ̃em, & non poſſe ſequi, videor ſimpl'r
donare, & non poſſum repetere, tunc ergo habet locum repe
titio, qn̄ erat poſſibilis. vel ſi non erat, tn̄ ignorabam, & ſic in-
10 telligitur.l.3.§.liber homo.dic.ut ibi. ¶ †Quęro, qualiter dica
tur cā tacite ineſſe de voluntate vtriuſq; partis? Rn̄deo, ꝙ illa
nō exprimit̃ ſpecialr, tn̄ exprimit̃ aliqd aliud, ex quo illud p̄t
compħendi, vt ſi dixi, ſoluo tibi decē cā implendi conditionē
mihi appoſitam in inſtitutione, vel legato, nam ex hoc appa
ret, ꝙ ſolui vt hr̃ditatem, vel legatum poſſem conſequi, & iſta
11 eſt cā tacita, ob quam principaliter ſolui. Quid aūt ſi nihil
exprimeretur, ſed ſimpl'r ſoluerem. vid. r̃, ꝙ tunc nō poſſum
repetere per l.repetendi.C.eo. quia nihil eſt expreſſum ex quo
tu poſſis intelligere, ꝙ ſoluerim ob aliquā cām de futuro, li-
cèt illam haberem in mēte. Vn̄ potes credere, ꝙ tibi donem,
& cā in mente retenta nō prodeſt. bñ ꝯrium vr̃, ſi re vera ſub-
erat cā ſoluendi, quia etiam inſtitutus ſub condōne, ſi darem
tibi decem, licet tu hoc ignorares, vt potius inſpiciatur veri
tas, quā tua opin. qui tractas de lucro captando, ſed ſi non
ſuberat in rei veritate, ſed ego in mente fingebam eam, quia
tradidi hac intentione, vt debeas me in aliquo remunerare,
& non expreſſi, tunc licet illa cauſa in mente retenta poſſit
probari, quia antequàm traderem, forte hoc dixi in præſen-
tia teſtium, non proderit mihi, ita intelligo.l.repetendi. & pa-
tet expreſſe. l.proxima. §. ſi quis quaſi. verſiculo quanquam.

## LEX III.

2 *In contractibus nominatis, non habet locum condictio ob cauſam.*
3 *Si dedi tibi, ne me coram iudice conuenias, an cauere debeas de non eūdo ad iudicē, ne poſſim datū repetere per condictionē ob cauſam. & nu.1.*
4 *Datum ob cauſam in contractu tranſactionis, non poteſt ex capite pęnitētiæ repeti re integra, licet ſecus ſit in aliis contractibus innominatis.*
5 *Si dedi tibi aliquid, ne vadas Romā, non dicitur res integra, quando ex eo, quod non iuiſti, paſſus fuiſſes aliquod damnum.*
6 *Licet tunc non poſſum repetere datum, an ſaltem poſſim te compellere ad cauendum de non eundo, & dicitur, quòd non.*
7 *Cautio Mutiana, an habeat locum in contractibus, quod præſtetur per volentem agere.*

1 Dedi tibi pe. †Si do tibi, ne me conuenias coram iudice, vr̃ quædam
trāſactio, & iō quouſque me conuenis, non poſ-
ſum petere datum, licet non caueas de non con-
ueniendo, niſi dediſſem expreſſe, ob hanc cām, vt caueres h.
2 d.vſque ibi, [idem erit.] ¶ †In tex.ibi, [quaſi decidi,] vult dice-
re, ꝙ ex iſta conuentione reſultat ꝯctus tranſactionis quia fa-
cta eſt, vt lis, quæ ſperabatur moueri, tolleretur, quia contra-
ctus tranſactionis dr̃ ꝯctus innominatus, quia retinet nomen
generis, ut dixi.in l.ij.de iureiu.& ſic ſi non ſeruantur ꝓmiſſa,
locum habet in eo cōdō ob cām. Si in aliis ꝯctibus innomi-
natis, ſecus in nominatis in quib. ceſſat dicta condictio, vt no.
3 j̃.eo.l.ſi. †In cā aūt huius l. videbatur, ꝙ ſi recipiens caueat de
non eundo ad iudicem, tanquam cā non impleta locum ha
beret condictio, quia iſta cā negatiua non pōt perfecte im-
pleri, niſi mediante cautione de non eundo. Nam licet hodie
non vadas, potes ire cras, ſed ſi caues de non eundo, dr̃ perfe-
cte impleta, ſicut in condictione negatiua, ut l.Mutianæ.de
condi.& demon. ſed breuiter quantum ad hoc, vt poſſis defen
dere, & excipere aduerſus me repetentem, nō requiritur, iſta
perfecta impletio, ſed ſufficit, ꝙ impleas quantum eſt in te,
quia nō vadis ad iudicem, & hoc vult iſte tex.no. Sed ſi aliqd
eſſet tibi promiſſum, ſi non ires, vel ut non ires ad iudicem,
& uelles illud petere, non ſufficeret, niſi etiam caueres de nō
eundo, & ita loquitur contrarium, tene menti, quia per hoc
declaratur intentio huius textus. Et ita ur̃ in quacunque da-
tione facta ob aliquam cām negatiuam, licet ex illa non re-
ſultaret contractus tranſactionis, ut ſi dedi, ne uadas Romā,
quia quouſque non uadis, non poſſum repetere ex capite, ꝙ
4 cauſa non impleta, licet non caueas de non eundo. † Sed in
alio non eſt drĩa, qa in caſu huius legis, ubi reſultat trāſactio,
non poſſum etiam repetere ex capite pœnitentiæ, quæ non
habet locum in contractu trāſactionis re integra, etiam fauo
re minuendarum litium.de tranſactione.l.quamuis, & hic in
glo.2.licet ſecus in aliis contractibus innominatis ut j̃. eod.l.
ſi pecuniam, & j̃.ea.l.§.ſed ſi tibi, ibi, dū dicit, (niſi pęniteat.)
5 †Si ergo ex tali datione non reſultaret tranſactio, ut ſi dedi ti
bi, ne Romam uadas, licet non poſſim repetere, tanquā cau-
ſa non impleta, quouſque non uadis, poſſem tamen repetere
ex capite pęnitentiæ, quia ab iſto pacto re integra poſſum re-
cedere per pęnitentiam, niſi ex eo, ꝙ non iuiſti hucuſque, ali-
quod damnum fuiſſes conſecutus, quia tūc non diceretur res
integra, unde poſſem pęnitere, niſi te cōſeruarem indemnē,
6 ut j̃.eo.l.ſi.pecuniam. ¶ †Quæro, licet non poſſem a te repe-
re datum, nec ex capite pęnitentiæ, nec ex eo, ꝙ cauſa non ſit
impleta, ut hic in tex. & gl. an ſaltem poſſet te compellere ad
cauendum de non eundo? uidetur, ꝙ ſic, per l.in omnib.s̃.de
iud.glo. tenet hic contrarium, & bene, tamen non per bonā
rationem, quia dicit, ꝙ illa loquitur in dandis, hæc in faciēdis.
Iſtud nihil eſt. Dic ergo, illa loquitur, quando eſſes mihi obli
gatus ad aliquid dandum, uel faciendum in diem, uel ſub con
ditione, & poſt oblōnē ꝯctam ſuperuenit aliqua cā ſuſpicio-
nis, qa incipis labi facultatibus, uñ quia non ſum ſecurus, ꝙ
adueniente die, uel conditione, facies, poſſum implorare iudi
cis officium ex æquitate illius legis, & l.ſi creditor.de priu.cre
dit.ut compellaris cauere cum fideiuſſore, alias non eſſet mi-
hi cautum aduerſus ſuſpicionem, pluſquam prius; ſi autem
cauſa non ſuperuenerit de nouo, imputandum eſſet mihi,
quare tecum contraxi, ſi eras pauper, ut l.qui bona, §.de illo,
de dam. infec, & l.ſi is a quo.in fi.ut leg.nom.caue.& ceſſaret

æquitas

æquitas illarũ legũ. Sed in caſu nr̃o ceſſant illa, quæ requirũtur, qñ dedi, ne me conuenires. Primo.n.non es obligatus in diẽ, vel ſub cõdõne ad non cõueniendũ,ſed pure,& in perpetuũ.Itẽ aduerſum te ſum ſecurus,ſaltẽ de iure, licet non de facto,abſq; eo,ꝙ aliter caueas,licèt.n.de facto poſſis me conuenire, ego tñ de iure poſſum te exceptione repellere,vñ nõ eſt mihi neceſſaria alia cautio, vt l.j.§.ſi debitori.vt le.nom.cau. Itẽ hic non ſuperuenit aliqua cauſa de nouo, immo eadem cauſa ſuberat tpe,quo dedi,quæ nunc ſubeſt,nam ẽt tũc ſciebam,vel ſcire poteram, ꝙ licet non conuenires me vno tpe, poſſes alio tpe de facto me cõuenire,vñ imputetur mihi, qñ
7 dedi,ꝙ non dixi expreſſe, vt deberes cauere. ¶†Item nota in iſta eadem gl.in fi.quæ tenet,ꝙ cautio Mutiana non habet locum in contractib. Contrariũ vero no.in l.j. C.de pac.& l.ſi.
a ue apud acta. C. de tranſactionibus, & illa vera,&[a] ad iſtum tex.reſponde, vt dixi. Nam cautio Mutiana præſtatur per volentem agere, & ſic non extorquetur ab inuito. Non autem per volentem excipere,quia tunc extorqueretur ab inuito ſaltem per indirectum, quia tenetur reſtituere ſi non caueret.

A D D I T I O.

a Et illa vera. Adde tu, ꝙ immo communis,& vera opi.eſt cum glo.hic,ut per Doc.hic, & in l.Mutianę cautioni.ƒ.de cond.& demon.& ibi vide dom.meum Soc.in 3.col.vbi quando in contractibus conditionalibus.& quando in contractibus modalib.

---

1 *Licet recipiens non caueat de implendo cauſam, non tamen locum habet repetitio,niſi datum eſſet ob cauſam, vt caueret.*

2 *Qui recepit aliquid vt ſeruum manumitteret ad certum diem, ſi ſuſpicio ſuperueniat,poteſt compelli ad cauendum cum fideiuſſione.*

3 §.Idem erit etſi †Licet recipiens non caueat de implendo cauſam,non tñ locũ habet repetitio,niſi datum eſſet ob hãc cãm, vt caueret.h d. Et differt a principio. l.quia ibi fuit datum ob cauſam negatiuam,vt aliquid uon faceres, hic ob affirmatiuã, vt aliquid
2 faceres.¶†Item ibi reſultat ꝯctus tranſactionis,in quo nõ habet locum penitentia,hic non,& ideo, licet non poſſit repeti ex capite defectus cauſæ, & tanquam cauſa non impleta, ſi non fuit expreſſe dictum,vt caueres,põt tñ competere repetitio ex capite pœnitentiæ re integra, vt l.proxima.ibi,niſi pœniteat. Itẽ in p̃cedenti. §.ille qui dedit,erat ſecurus per excep. hic non erat ſecurus, ꝙ adueniente tpe recipientis manumitteret ſeruũ, & iõ non poſſit repetere datum ex ea non impleta,ſi tñ receperat,vt manumitteret ad certum diem, & ſuſpicio ſuperueniret poſſet cõpelli ad cauendũ cũ fideiuſſore per l.in omnib.Sed ſi recepit ſimpl'r, vt manumitteret, quia tunc poteſt agi ſtatim, vt manumittat, non põt agi, vt caueat,vt no.ƒ.eo. l.ſimpl'r, & s̃.de vſufr. earum rerũ. l.hoc ſenatus.§.j.

1 *Si recipiens eſt in mora implendi cauſam,ſtatim oritur condictio ob cauſam ex capite cauſæ non impletæ,etiam ſi adhuc poſſit impleri,vel nõ, & quid ſi adhuc eſt in mora.*

2 *Qui recepit aliquid ob cauſam implendam, quando dicatur in mora, & quando cauſa dicatur defecta.*

3 *Forma libelli,quando agitur conditione ob cauſam.*

4 *Si dedi tibi decem,vt ſeruum tuum manumittas intra certum tempus, eo tempore tranſactio non efficitur liber, & poſſum datum repetere.*

5 *Seruus tibi datus,vt ipſum intra certum tempus manumittas, eo tempore tranſacto efficitur liber.*

6 *Si ante moram recipientis ob cauſam implendam, caſu fortuito deſinit cã poſſe impleri, quando non habeat locum repetitio, nec ex capite defectus cauſæ,nec ex capite pœnitentiæ.*

7 *Quod eo caſu,quo ſi dediſſem,vt manumitteres mortuo ſeruo poſſes retinere datũ, & non daretur mihi repetitio,eo caſu ſi non dedi,ſed promiſi: poſſis agere,vt dem.*

8 *Actio præſcrip.verb.cum ſit perſonalis,poteſt dici condictio,& quid ſi interuenit ſtipulatio*

1 §.Sed ſi tibi. †Si recipiẽs eſt in mora implẽdi cãm, ſtatim oritur condõ ob cãm ex capite cauſæ non impletæ etiam ſi adhuc poſſit impleri, vel etiam non poſſit.hoc primo.Sed ſi adhuc eſt in mora non oritur cõdictio ex illo capite,ſed ſi res eſt integra,& dantem pœniteat, bene poteſt oriri ex capite pœnitentiæ. hoc ſecundo. Iſtud tamen eſt verum,ſi cauſa poterat adhuc impleri, ſed ſi deſierat impleri poſſe, tunc etiam ex capite pœnitentiæ non ſemper habet locum conditio, quinimmo etiam ſi non fuerit datũ, ſed promiſſum,competit actio,vt detur eo caſu,quo ſi fuiſſet datum competeret retentio. h.d.vſque ad §.ſed ſi liber homo. iſte tex.difficilis, & s̃.tractauit,an competat conditio ad repetendum, ex eo, quia non cauetur de implendo cauſam,hic
2 tractat,qñ competat ex eo,ꝙ cã non ſit impleta,†nam dr̃ nõ impleta,niſi poſtquam recipiens fuit in mora implẽdi,vt hic patet,ꝙ eſt no.& ex tunc oritur condictio, nec reſoluetur,licet poſt moram recipiens cãm impleret. ita no.ƒ.tit.j. l.j.in gl. ſuper verbo, [non eſt,] tunc autem dicitur eſſe in mora quãdo dedi,vt aliquid faceres intra certum tempus,& tempus eſt iam lapſum,intra quod potuit,& nõ fecit.Si aũt ſimpliciter, vt faceret,tunc eſt in mora ſine dubio, cum interpellatus nõ fecit. Poteſt etiam dici,ꝙ ſine aliqua interpellatione, eo ipſo, ꝙ recepit ſimpliciter,ut facere,tenetur facere, cũ primũ põt, alias dicitur eſſe in mora, ſicut venditor cũ precium recipit,
3 dñ in mora quo ad fructus, vt l.curabit,de actio.emp. †Ante vero,q̃ prætereat tempus, intra quod facere debet,nõ dicitur in mora,poteſt tñ dans penitere re integra,& illo capite repetere. Sic ergo videat qualiter agit, quia ſi ageret ex eo,ꝙ cã non eſt impleta, ſuccumberet,quia ineptè ageret quouſque poteſt impleri,non eſt in mora,vt hic, & l.non oẽs.ver.cũ,& pecunias.s̃.ſi certum pet. ſed ſi dicat ſe agere,quia ipſum pœnitet,& recedere intendit ab iſto ꝯctu, tunc agit apte.hoc tamẽ verum,ſi cauſa adhuc poterat impleri, quia dedi vt ſeruũ manumitteres,& ſeruus viuit. Si aũt mortuus eſt,ſi quidem poſt moram,adhuc datur mihi conditio ex cauſa non impleta, quæ non reſoluitur, ex eo, ꝙ deſinit poſſe impleri,poſtquam ſemel eſt nata,aut antequam eſſes in mora, & tunc non erat nata,nec amplius naſci poteſt ſuper eo, quod impoſſibile eſt facere.Sed an tunc poſſim repetere ex capite pœnitentiæ.quidam dixerunt,ꝙ ſic, pro quibus videtur caſus.ƒ.eo.l.ſi.in gl.in verſ.& ideo. gloſ. hic vult ꝯrium, & ita intelligit iſtum tex. ꝙ tunc non habeat locum pœnitentia, ſed ad iſtum tex.non reſpondet,nec allegat.Vnde intellige gl.ſanè ſ̃m diſtinct.l.ſi pecuniam.ante fi.ƒ.eo.ver.vbi accepit.Quid autem,ſi non recepiſſes a me,vt manumitteres illum ſeruum,quem diſtraxiſſes, & ſic precium fuiſſes lucra..s, & quia recepiſti, non diſtraxiſti,& tunc remaneas in damno ex iſto cõtractu:non poſſum pœnitere,quinimmo ſi non ſoluiſſem, ſed promiſiſſem,poſſes agere, ut ſoluerem ipſo mortuo actione præſcriptus verbis,vel certi cõdictione,ſi manumiſiſſes,& ſic eſt mirabile, ꝙ cã tunc haberetur pro impleta, quantum ad retinendum, & quantum ad agendum, licet impleta non ſit,& hoc vult iſte tex.cum glo.maxime in gl ſuper verbo, [defuncto.]quæ hoc declarat. Sed ſi non fuiſſes diſtracturus, haberet tunc locum pœnitentia hoc caſu,& ita debet intelligi.l ſi.in verſ.& ideo. ƒ.eo.& primo loquitur,quando de ſimpliciter, vt manumitteres vſque ibi,[ſed ſi.]in ſecundo, quando vt manumitteres. ƒ.certum tempus,& iſta ſubdiuiditur, quia loquitur,quando manumiſſio poteſt adhuc fieri,quia ſeru⁹ viuit vſque ibi, [ſed ſi Stichus.]ſecundo,quando non poteſt conſequi,quia mortuus eſt, & iſta etiam ſubdiuiditur, quia primo loquitur, an poſſit retinere datum vſque ibi, [quinimmo.]ſecundo, an ſi non eſſet datum,ſed promiſſum, an illud poſſem petere.not. tria. Primo, ꝙ tunc dr̃ cauſa defecta,quando recipiens eſt in mora implendi, licet naturaliter non ſit defecta, quia poteſt adhuc impleri, ſed non prodeſt implementum factum poſt moram, vt s̃.dixi.ſi autem eſt in mora,licet naturaliter deſierit poſſe impleri,non dicitur defecta.Plus ergo operatur mora,quàm operetur natura quantum ad defectum cauſæ,& ſic plus attenditur cauſa accidentalis, quàm naturalis, regulari-
4 ter econuerſo,vt in l.qui habet. §.ſi pupillus.ƒ.de tutel. ¶†Itẽ no.ꝙ ſi dedi tibi decem, vt ſeruum tuum manumittas infra certum tempus,tranſacto certo tempore non efficitur liber, ideo poſſum repetere datum.Sed contra de l.ſi pecuniam.§.ſi
5 ſeruum.in fi.ƒ.eo.†ſol.ibi loquitur,quando dedi ſeruum meũ ut manumittas ipſum. ƒ.certum tp̃s, tunc.n.bene efficitur liber per l.& ceſſat repetitio, quia lex ſupplet factum tuum.Si autem dedi decem, vt manumitteres ſeruum tuum,& tunc, aut dedi ex cauſa emptionis, & idem, quia cenſetur mihi datus, & poſtea a me ad te profectus, aut non apparet, & tunc ſi precium æquiualet, videor ex illa cauſa dediſſe per ea,quæ no.in l.ſemper in ſtipulationibus de reg. iur. & in iſtis caſibus loquitur.l.ſi is.C.ſi man.ita fuc.alie. aut nõ æquiualet preciũ, & tunc non eſt cõtractus emptionis,ſed innominatus,do,vt facias,& non uideor dediſſe ſeruum meum, ut manumittas, ſed ſolum decem,& habet locum iſte tex.ut non efficiatur li-
6 ber,& iſto modo declarat glo. hic, quæ incipit ex hoc. ¶†Itẽ no.hic tertio,quod quando ante moram recipientis, caſu fortuito deſinit cauſa poſſe impleri,non habet locum repetitio, nec ex capite defectus cauſæ, quia ille non inducitur,niſi rationę moræ,& ipſe non in mora, nec poteſt conſtitui nec ex capite pœnitentiæ, vt hic in text. cum gloſſ. quæ incipit, niſi pœniteam. ſimile habetur in l. penult. C. eod. ſed plenius circa hunc articulum dic, aut dedit ob cauſam de futuro, veniebat implenda per me, aut ob illam, quæ per te. Primo caſu locum habet repetitio qualitercunque deſinit cauſa poſſe impleri,vt ſupra eod. l.j, §.j. cum l.ſequen. & hoc idem ſentit in dicta l.pen.a contrario ſenſu, aut veniebat implenda per te, & tunc, aut caſus contingit in perſonam meam, puta dedi medico,ut me curaret de aliqua infirmitate,poſtea ex alia cauſa mortuus ſum, ita quòd nec potuit me curare, ceſſat repetitio indiſtincte,vt in d.l.pen ſecundum intellectũ gloſ. ſicut,quando caſus contingit in perſonam conductoris operarum quominus operæ pręſtentur, ut ƒ.loc. l.qui operis.

Aut

Aut caſus contingit ex parte recipiẽtis, vel rei ſuæ, & tũc, aut
ipſe remanet in damno ex illo ꝯctu, ſi cõcederetur repetitio,
& tunc non conceditur, ita debet intelligi iſte tex.iuncta.l.ſi
pecuniam.in §.fin.ꝭ.co. aut non remaneret in damno ex iſto
ꝯctu, quia eodem modo damnum illud fuiſſet paſſurus, etiã
ſi ipſe contractus non fuiſſet celebratus, & tunc caſus conue
niens in perſonam recipiẽtis, vel rei ſuæ debet ſibi nocere, &
competit repetitio ex capite penitẽtiæ, vt d. l. ſi pecuniam.§.
ſi.& l.ſi.ver.& ideo prædicta intellige, qñ dedi, vt aliquid face
res, tunc indiſtincte ſi nõ facis etiam pp caſum fortuitum, &
ſine mora, & ex quacunq; parte caſus contingat, datur repeti
tio pp naturam condõnis, hoc ſentit gl. C.eo.l.ſi milite.in fi.
7 & Pe.& Cy.etiam.h.d.in d. l.pen. ¶†Vltimo no.in ver.quini-
mo, ꝙ eo caſu quo ſi dediſſem, vt manumitteres, mortuo ſer
uo poſſes retinere datum, & non daretur mihi repetitio, eo
caſu ſi non dedi, ſed promiſi, potes agere, vt idem, & dicit tex.
ꝙ datur tibi condictio.Sed ꝯ, quia cõdictio ob cãm nõ dat̃,
vt impleantur promiſſa, ſed vt repetantur data.Cum.n.agit̃,
vt promiſſa impleantur, agitur ex contractu, & ita hic habet̃
8 dũ dicit, actione quæ ex contractu naſcit̃.] †Sed condictio ob
cauſam non naſcit̃ ex cõtractu, ſed ex diſtractu, & extra id, ꝙ
agitur. Timore huius gl hic, q̃ incipit.[ſi loquitur] fatetur con
trarium, ꝙ hic non debet intelligi de cõdictione ob cauſam,
ſed de certi condictione generali, vel de actione præſcriptis
verbis, quæ cum ſit perſonalis, dr̃ condictio, & oritur ex con-
tractu, & datur, vt contractus impleatur. hoc verum, ſi nõ in-
teruenit ſtipl'o tunc.n. non erit contractus innoĩatus, & non
daretur actio præſcript.verbis, ſed certi condi.generalis dunta
xat, quia ſtipulatio eſt ꝯctus noĩatus, vt no.ꝭ.ea.l.¶Sed adhuc
opp.tenendo, ꝙ non interuenit ſtipulatio, ꝙ nec competat
certi condõ generalis, nec actio præſcriptis verbis, qa iſte ex
parte tua fuit contractus, facio vt des, ex quo datur de dolo
actio, quæ cum alia non concurrit, vt C. de dolo. l.cum pro-
ponas, & ꝭ.de præſcrip.ver.l.naturalis. §.quod ſi faciam.gl.hic
dicit, ꝙ fuit, do ut facias, quia inceptum fuit a dando, hæc eſt
truffa, qa non fit denoĩatio a mõ ꝯhendi, vel a mõ implẽdi,
ſed ab illius parte, q primo incepit ꝯhere, vel implere, imo ex
parte illius, qui debet dare, dr̃, do vt facias, & ex parte illius, q
recepit, dr̃ facio, vt des. Dic ergo, ꝙ aut ille qui fecit, vel pro fa
ciente habetur vult agere pro obſeruantia contractus, & tũc
põt agere actione præſcrip.verb. vt hic, ſecundum præcedẽtẽ
intellectum, aut vult agere ad repetitionem eius, quod fecit,
& tunc ſi factum non eſt repetibile, vt quia dedit libertum, q
non poteſt reuocari, & tunc loco condictionis ob cãm, quæ
daretur danti, ſi recipiens non faceret, datur facienti actio de
dolo contra illum, q non dat, in qua venit intereſſe, quaten⁹
intereſt ſua ſe nõ manumiſiſſe, & ita loquuntur leges contra
rię, ſed ſi factũ eſſet repetibile, daretur condictio ob cãm, &
ita intelligit Bar.iſtam materiam. ſequitur.§.

1 *Cauſæ defectus in mente retentæ non inducunt repetitionem.*
2 *Paria ſunt conditionem non fore ſecutam, vel ſecutam eſſe, non tamen pro pter dationem, vt concedatur repetitio.*
3 *Qui dat, vt conſequatur libertatem, quam ſcit ſe habere, videtur donare, et non repetit. Et quid ſi ſciebat factum, ſed ignorabat ius?*

1 **§. Si liber homo.** †Qui dat, vt conſequatur liber
tatem, quam iam habet, ipſe
tamen non putat ſe habere, põt repetere datum, per hanc cõ
dictionem, tanquam dederit ob cãm impoſſibilẽ ſequi de iu
re, etiam ſi de facto fuit ſecuta. Item cauſæ defectus in mente
retentæ non inducunt repetitionem.h.d. vſq; ad.§.ſubtilius,
& ponuntur tria exempla. Primo in libero homine, qui nun-
quam fuit ſeruus, ipſe tñ putabat ſe ſeruum, attamen bonafi-
de ſeruiebat alteri, & dedit decem, vt manumitteretur, certe
licet manumiſſio ſit ſecuta, quia illa potius eſt facti, q̃ iuris, cũ
ex illa non conſequatur libertatem quam habebat, non fa-
cit ceſſare condictionem, qa vr̃ ſenſiſſe de manumiſſione va
lida, & ſortiente effectum. Alia duo exempla ponuntur in §.
ſe.ſ.de illo qui ſemel fuit ſeruus, & cui relicta fuit libertas pu-
re, & directa in teſtõ, ipſe tamen putabat ſub condõne, ſi da-
ret decem, ꝙ adita hęreditate ſtatim eſſet liber. dedit decem,
vt cõſequeretur libertatem ex teſtõ, quam iam habebat, cer-
te poteſt repetere, & idem ſi dediſſet ante aditam hæreditatẽ,
quo tpe adhuc non habebat, nam hęreditate adita conſequi-
tur libertatem, non ratione dictę dationis, quę etiam ſi facta
2 non fuiſſet, conſequeretur, vnde ſunt paria.†Aliud exemplũ,
ſi fuit relicta libertas, ſi daret decem in teſtõ poſtea in codicil
lis illa condõ fuit adempta, & ſic remanſit relictum libertatis
purum, certe idem per omnia. Et ſic no.ꝙ paria ſunt condõ-
nem non fore ſecutam, vel ſecutam eſſe.non tñ pp dationẽ,
3 vt concedatur repetitio. ¶†In tex.ibi, [nec fuiſſe quæſitum.]
iſtud verum ex parte recipientis, ſed ex parte dantis, bene quę
ritur, an ignorauerit ſe liberum.& tunc poteſt repetere, & ita
intelligitur, hic ſciebat ſe liberum, ꝙ ſic dabat ob cauſam
quam ſciebat falſam, & ſequi non poſſe, hic videtur donare,
& non repetit, vt l.ſi militem, & ibi no.C.e.& l.dictam. Quid
autem ſi ſciebat factum, ſed ignorabat ius? dic, vt no.in d.l.ſi
militem.per glo.in iſto ergo.§.dedit, ut conſequeretur liberta
tem per manumiſſionem, & iſta cauſa nõ eſt ſecuta, quia iſta
manumiſſio nõ fecit eum liberum, cum prius eſſet, & ſic po-
tius fuit facti, quàm iuris.

1 *Licet cauſa ob quam datum fuit aliquid, vt ſequatur, ſi tamen non ſeque- retur, ex illa datione perinde repetitur, ac ſi non fuiſſet ſecuta.*
2 *Qui dat propter conditionem, quam putabat appoſitam relicto libertatis, cum non eſſet appoſita repetit, non ſolum per condictionem ſine cauſa, ſed etiam per condictionem ob cauſam.*
3 *Si ſoluo tibi indebitum, ſicut mihi competit condictio indebiti, ita & con- dictio ſine cauſa, & quo reſpectu.*

**§. Si quis quaſi.** Iſte §.poteſt intelligi, qñ iſte, q ſe
putabat ſtatuliberum.i. libertatẽ
ſibi fore relictam ſub condõne, ſi decẽ daret hæredi, cum eſ-
ſet relicta pure, & ſic non erat ſtatuliber, dedit decem, vt con-
ſequeretur libertatem adita iam hæreditate, & tunc concor-
dat cum §.præcedenti, quia dedit, vt conſequeretur libertatẽ,
quam iam habebat, vñ non eſt ſecuta cã ob quam dedit, me-
rito repetit, ſi ignorabat illam cãm ſequi non poſſe, ſecus ſi
1 ſciebat, ut ibi dixi. †Item poteſt intelligi, ſi dedit ante aditam
hęreditatem, quo tpe non erat adhuc liber, adita poſtea hære
ditate efficitur liber non pp hanc dilationem, cum etiã facta
non foret, efficeretur, ex eo, ꝙ libertas fuit pure relicta, & tũc
no. ꝙ licet cã, ob quam data fuit, vt ſequatur, ſi tñ non ſeque-
retur, ex illa datione perinde repetitur, ac ſi nõ fuiſſet ſecuta,
põt etiam intelligi, ꝙ fuit libertas relicta non directa. ſed per
fideicõmiſſum, quia fuit iuſſus hæres ipſum manumittere pu
re, ſeruus aũt putabat, ꝙ ſub cõdõne, ſi daret decem, & dedit,
& hęres ipſum manumiſit, certe iſto caſu vr̃, ꝙ non repetat.
Nam ipſe dedit, ut manumitteretur, & vt ex manumiſſione
conſequeretur libertatem, ſed vtrunque iſtorum ſecutum eſt,
quia fuit manumiſſus, & manumiſſio fuit valida, & ex ea cõ-
ſecutus fuit libertatem, non ſic in præced. quia fuit manu-
miſſio facta cum ille eſſet liber, vt hic no. quidam pp hoc fa-
ciunt ꝯriũ, quos etiam glo.ſequitur, ꝙ non competat cõdõ ob
cãm pp hanc rõnem, ſed bene competit condõ ſine cã, quia
dedit ob cauſam de pręterito, uel pręſenti, quæ nulla erat.i.
pp cõditionem dandi, quam putabat appoſitam relicto liber
tatis, cum non eſſet appoſita, talis.n. defectus cauſæ de præſen
ti, vel de præterito inducit condictionem ſine cauſa, ſed defe
ctus cauſæ de futuro inducit condictionem ob cãm. Et hic
non deficit cauſa de futuro. Tu dic ꝯrium, ꝙ non condõ ſine
cã competit ratione prædicta, ſed etiam ob cãm. nam non ſo
lum dedit de præterito, imo etiam de futuro ob cãm, q̃ nõ eſt
facta.ſ.ut purificaret relictum libertatis, quod putabat cõdi-
tionale, cum eſſet purum, & iſta cã erat de futuro, quia implẽ
da, poſt ſolutionem, & illa non eſt ſecuta, quia quod purum
erat, purificari amplius non potuit, ideo datur condictio ob
cauſam ſicut in præc. qñ dedit, ut conſequeretur libertatem,
quam iam habebat. Sir̃ ſi libertas fuit relicta directo pure
2 & ipſe putabat, ꝙ ſub cõdõne, cõpetit vtrique condictio, ſ.†ſi-
ne cã habito reſpũ, ꝙ ſoluit pp cãm, habito reſpectu ad cãm,
quam putabat ſubeſſe.ſ.conditionem, & etiam condictio ſi
ne cã habito reſpectu, ad cãm, quam putabat ſequi immedia
te facta conditione.ſ.conſecutionem libertatis, & nõ eſt ſecu
ta, uel ſi ſecuta ſit non pp hanc dationem, quicquid gl.hic di-
cat, ſm Do.& per ea, quæ dixi, teneo vnam concluſionem in
3 repetitione.l.ſi procuratori falſo. ꝭ.eod. quod†ſi ſoluo tibi in
debitum, ſicut mihi competit condictio indebiti habito re-
ſpectu, quia ſolui ob cãm falſam de præterito, ita condictio
ſine cauſa competit, quia ſolui, vt conſequerer liberationem,
cum putarem me debitorem, ſed illam non ſum conſecutus,
quia non eram debitor, & eſt concluſio noua, & ſatis bene
probatur hic ex his, quę ſ.dixi.

1 *Si quod meum eſt, tanquam tuum tibi trado. non transfero dominium.*
2 *Heres an poſſit impedire quominus ſeruus poſſit ſupplere condictionem de pecunia peculiari, vt conſequatur libertatem.*
3 *Quòd cui debebat dari, ſi perdat hoc commodum propter defectum hære dis, habeat actionem in factum contra hæredem.*

1 **§. Subtilius.** †Si quod meum eſt, tanquam tuum ti
bi trado, non transfero dominium.ad
hoc ſemper allegatur, & eodem modo, nec uſucapiendi con
dictionem, per regulam, quæ ponitur in l. clauibus.ꝭ.de con-
trahen.empt.quia iſta procedunt a pari. Et adde id, quod vult
gl.in l.eius, qui in prouincia.ſ.ſi cer.pet.§.quas uero, & uenit
iſte.§.ad precedentem per modum cuiuſdam oppoſitionis,
nã vr̃ falſum eſſe, qđ ibi dr̃.ſ.ꝙ illi ſeruo danti competat cõ-
dictio. Nam non condictio, imo rei vendicatio, quia nõ tran
ſtuli dñiũ pecuniæ, nã ſi putabat ſe ſeruum, cum eſſet liber,
ſciebat aut ſcire debebat, ꝙ quicquid habebat, erat dñi, non
ſuum, & tñ re uera illa pecunia acquiſita per eum poſtquam
factu,

factus eſt liber,erat ſua inſpecta veritate: tradendo igit̃ ipſam hr̃di,tanq̃ ipſius hr̃dis,non habet aĩum transferrendi,ſed reddendi,qđ eius erat,& dñiũ non transfert̃ ſine aĩo tradẽtis.Iuriſcõſultus fatet̃ ꝯriũ,q̃a ſi illa pecunia extat,cõpetit rei vendicatio,& ceſſat condõ,hic ergo debet intelligi, ſi pecunia erat conſumpta,& ſic reconciliata eſt ſolo,& fingitur dñiũ trãſlatũ.Poſſet ẽt poni caſus,ꝙ non eſſet conſumpta,vt ſi alius pro eo talẽ pecuniã ſoluiſſet,etiã vt ſuã.Idẽ ſi tradidit ſeruo,vt eã ſolueret,ſtatim.n.transfert̃ dñiũ ꝑꝑ voluntatẽ illius,vt l.ſed ſi pater.§.j.ad Maced.& repetitio cõpetit ipſi ſeruo, cui ille tertius voluit donare.Item eſt ẽt alius caſus, in quo poteſt competere conditio,ẽt pecunia non conſumpta, vt ſi putaret ſe liberũ ſi daret decem non hæredi,ſed cuidam tertio,& ipſe ſoluit illi de pecunia,q̃ putabat heredis,non aũt ſoluit tanq̃ eius qui recipiebat,iõ transfertur dñiũ,poſtq̃ erat ſua,licet nõ putabat ſuã.ſecus ſi non fuiſſet ſua,ſed peculiaris, quia non trãſtuliſſet dñiũ,nec ipſe repeteret,ſed hæres, & hæc colliguntur ex ver.quid ergo.Et vide hic,qđ no. Bar.in l.ſi is cui.j̃. de le.2. & l.non ſolũ.§.ſi mihi.de vſucap.¶Sed quæro, ſi ipſe putabat ſibi relictam libertatẽ ſub conditione,ſi daret decem hæredi, & ipſe credebat pecuniam, quam ipſe habebat non eſſe ſuã, ſed hæredis, cũ re vera eſſet ſua,quia acquiſita, poſtquam libertatem fuit conſecutus,qũo erat,ita fatuus,ꝙ credebat conditionem implere ſoluendo hæredi pecuniam ipſius.nam ſic nihil vr̃ ſoluiſſe? Rñdeo,ꝙ fauore libertatis conceditur ſeruo cui relicta eſt libertas ſub conditione dandi hæredi,vel tertio, implere conditionem de pecunia peculiari ad hæredem pertinentem,quia ſi hoc facere non poſſet, nunquam conditionẽ implere poſſet cum nihil habeat.Vnde propter hoc cenſetur ſua,& propter hoc factus eſt.§.ſequens,quanquam non ſit de materia huius tit.ſed declaratur circa iſtud vnum, quod di
2 xi,† vtrum hæres poſſit impedire, quominus ſeruus poſſit implere conditionem de pecunia peculiari ſoluendo eam. Tertio loquitur in eo,cui relictum erat ſub conditione, ſi daret decem cuidam tertio,ipſe poteſt dare de pecunia peculiari,vt dictum eſt,an hæres poſſit impedire,etiam dicitur,ꝙ ſic,inhibendo ꝙ illam non ſoluat, & tunc non transfertur dominium, licet in inhibitione non facta tranſtuliſſet fauorem libertatis,tamen quia per hæredem ſtat,quominus impleat cõditionem,habetur conditio pro impleta, & ipſe efficeretur li
3 ber.† Ille tamen cui debebat dari, quia perdit hoc commodum propter defectum heredis,habet actionem in factũ contra hæredem.h.d.iſte §.ſingularis,qui ſemper allegatur.

1 *Prohibitio expreſſa,plus operatur,quam tacita.& nu.2.*
3 *Iudex ordinarius vnius territorii non poteſt reddere ius inter ſuos ſubditos in alieno territorio prohibente iudice vnius territorii,ſecus ipſo tacẽte.*
4 *Fundum tuum tè prohibente ingredi non poſſum cauſa venandi,ſed te tacente,ſic.*
5 *Qoando ſtat per eum,qui impleta conditione venit obligandus,quominus conditio impleatur,conditio habetur pro impleta.*
6 *Contra me impedientem me, quominus aliquam vtilitatem conſequar, habes regreſſum ad omne intereſſe.*
7 *Captus pro repræſaliis poteſt repetere,quod ſoluit ab eo,cuius cauſa repræſaliæ fuerunt conceſſæ.*

1 §.Quanquam †No.in iſto §. ꝙ plus operatur expreſſa prohibitio,quam taciturnitas,nam hr̃de tacente,vel ignorante ſeruus poſſet ſoluere pecuniam peculiarem gratia conditionis implendæ,& hæres ꝑderet dñium illius pecuniæ fauore libertatis, & hoc ex diſpoſitione legis, tñ hærede expreſſe prohibente hoc facere non poſſet,& expreſſa diſpoſitio vincit diſpoſitionem legalem,&
2 facit,vt non habeat locum ad hoc.l.4.de ma. vin.† vbi probatur,ꝙ expreſſa prohibitio plus operatur,quam tacita. Hoc ẽt
3 facit, ſi † iudex [a] ordinarius vnius territorij vellet reddere ius
a inter ſuos ſubditos in alieno territorio,& ſic ille vellet prorogare iuriſdictionem de loco ad locum, ꝙ prohibente iudice illius iuriſdõnis vel territorii non poſſet fieri,ſed ipſo tacente ſic,facit.l.hæres in fundo.de vſufr.leg.& per illum tex. hoc dicunt quidam.facit etiam.l.diuus.ſ̃.de ſer.ruſti.prædio. & l.4.de
4 acq.rer.dom. † Vnde te prohibente non poſſum ingredi fun-
5 dum tuum cauſa venandi,ſed te tacente,ſic. † Item no.ꝙ qñ ſtat per eum,qui impleta conditione venit obligandus: quominus condictio impleatur habetur conditio pro impleta. Idem ſi ſtat per eum, in cuius perſona debet impleri: vt l. iur.
6 ciuili.j̃.de con.& demon.¶†Vltimo no. tex.in fi. qui non eſt alibi ſm̃ Ray.de Forliu.ꝙ ſi tu impedis me,quominus aliquã vtilitatem conſequar: habeo ꝯ te regreſſum ad omne intereſſe.Vnde ſi aliquo volente mihi aliquid relinquere tu impe-
b diuiſti [b] eum: teneris mihi ad intereſſe.arg.hic.†Et inducitur
7 iſte tex.ꝙ ſi aliquis fuit captus pro repræſaliis: & ſoluit: poſſit repetere ab eo: cuius cauſa repræſaliæ fuerunt conceſſæ: vide per Bar.in l.2.circa fi.de verbo.obli.& in addi. Spe. de iniur.§, j.in gl.fi. ibi ſm̃ h.d. quod de rigore iuris numi ſunt ſalui hærede prohibente.quia non transfertur dominium, & hoc poſſet prodeſſe hæredi, quia forte ille tertius, cui debebant dari, nunq̃ aget ꝯ hæredem ad intereſſe,ſi autem ageret parũ,profuiſſet dicta inhibitio hæredi de æquitate, quia alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet.

ADDITIONES.

a ¶Si iudex.Adde Cy.in l.ſi quis ex conſenſu. C. de epiſ. aud.& gl.in cle.1.in ver. indulgemus.de fo.compe.Bal.& Doc.in l.fi.ſupra de iuriſ.om.iud.& Doc. in c. p.& gl.de offi.dele.Cur.

b ¶Impediuiſti.Adde pro hoc.q.Pilei vt refert Io.And.in addi.ad Specu. in tit.de iud.in §.generalia.ver.poſſet poni.vbi ponit de tutore,qui procurauit,vt teſtator ſibi relinqueret totum,vel partem eius,quam pupillo relinquere intendebat, ꝙ pup.poſsit agere ad intereſſe ſi manifeſte apparet,ꝙ perſuaſionibus tut.reliquit ipſi,quod pupillo fuiſſet relicturus.

## LEX IIII.

1 *Liberatio debitori facta ob cauſam,ea non ſecuta condicitur.*
2 *Et qui liberauit debitorem ob cauſam,qualiter prouideatur ea non ſecuta. & nume.3.*

1 SI quis. †Debitori liberatio facta ob cãm,ea ñ ſecuta cõdicit̃.h.d. Et audiui a Bal.ꝙ ipſe habuit hãc legẽ in punctis in ſuo examine.¶In text.ibi,[nec ille det.] ſupple,ſed ſit in mora dãdi, vt ſ̃.l.proxi.§.2.& ſic dat̃ hæc condictio ex capite defectus cauſæ.Quid aũt,ſi non ſit in mora, an poſſit ex capite pœnitẽtiæ peti liberatio? quidam dixerunt, ꝙ non fauore liberationis. Bar.tenet contrarium in prin.l.præceden. quia ſolum in contractu trãſactionis eſt ſpeciale,ꝙ non habet locum pœnitentia fauore litium minuendarum, nõ ſic vbi liberatio fieret ex cã tranſactionis,vt hic,puta,qñ nõ erat lis, nec ſperabatur de illo debito,quia cõfitebatur ſe debitorem, & fuit liberatus ex mera liberalitate: tene menti.¶Quæro ad quid agitur hic, cũ cõdicitur liberatio. gl. diſtinguit, aut debitũ a quo quis fuit liberatus erat in diem,vel ſub conditione, & tunc agitur, vt ſe reponat in priſtinam obligationem, & intellige hoc verum, qñ erat talis obligatio,quæ poterat per pactũ reſtaurari, alias ſecus,vt C.de tranſac.l.cum mota,& l.ſi vnus.§.pactus.ver.ſed
2 ſi pactum.ſ̃.de pac. ſm̃ Bar. † Qualiter ergo nunc prouidebit̃ ei, qui impleuit contractum ex parte ſua, & ſibi non implet̃? dic,vt d.l.cum mota,aut illa ſtipulatio erat pura,& tunc condicitur pecunia debita, ac ſi tempore acceptilationis fuiſſet ſoluta creditori, & poſtea per creditorem eidem debitori reſtituta ob cãm de futuro,& ſic cõdictio ob cãm iſto caſu ſubrogatur loco actionis primæ,vt euitent̃ circuitus, nã ſi ageretur, ſe reponeret in priſtinam oblonẽ facta repoſitione, poſſet incontinenti conueniri ad ipſam pecuniam debitam. fruſtra ergo fit per plura,quod fieri poteſt per pauciora.Vñ melius eſt,ꝙ agatur ad ipſam pecuniam,quam vt fiat dicta repo
3 ſitio,& hoc † probatur.j̃.eo.l.ſi mulier,& facit.l. hoc ſenatus. § j.cum ibi no.ſ̃.de vſufruc.ea re.quæ vſu conſ.do.Raph.dicit, ꝙ tex.quem gl.alle.in l.metum.§.ex hoc.ſ̃.quod met.cau.probat, ꝙ etiam hoc caſu, qñ erat purum poteſt agi,vt ſe reponat in priſtinam obligationem, vt patet ibi dum dicit, [ niſi vel ſoluatur, vel reſtituta obligatione iudicium accipiatur.] nam inquantum dicit,vel ꝙ ſoluatur,patet ꝙ loqtur,qñ erat pura,& eo caſu loquitur id quod poſtea ſubiicit, ſed certe poſſunt referri ſingula ſingulis.Primo ad caſum,qñ erat pura.Secundo quando conditionalis,vel in diem,alias viſum fuit, ꝙ debeamus ſic dicere, ꝙ aut tempore acceptilationis factæ pecunia parata erat ſolutioni,& tunc procedit id,quod dicit gl. quaſi tunc videatur ita ſoluta,& poſtea eidem retradita, & ſic fingitur ad ipſum perueniſſe iſta pecunia ex iſto ꝯctu innominato.ſ.facio,vt facias.i.libero te, vt expromiſſorem des, ideo pecunia poteſt condici.arg.in l.ſingularia. infra ſi certum petatur,aut pecunia nõ erat parata ſolutioni, & tunc ad ipſum non fingitur pecunia perueniſſe,ſed ſola liberatio,tex.eſt in l. ſi ſponſalibus.§.j.in fi.j̃.de iure dotium, ideo non condiceret̃ pecunia,ſed liberatio,vt ſe reponat in priſtinam obligationẽ, & ita poteſt ſaluari illud,quod dicit Raph.obſtat, tamen multum ratio quam.ſ̃.dixi, quia fruſtra fit per plura &c. Nam ẽt hoc caſu locũ habet,vnde in practica melius eſt ſeruare opinionem gl.¶Item opp.de.l.ob eam cauſam.j̃.de præſcr.verb. per quam violaretur ꝙ debeam agere præſcr. verb. vt det expromiſſorem,& impleat contractum. ſol. fateor, ꝙ poſſum, vt ibi. Sed ſi volo potius reſoluere cõtractum adhuc poſſum vt hic,& ſic iſta ſuppletur per illam, & econuerſo. ¶Item ad hoc opponitur, ꝙ non ſit neceſſe agere, vt ſe reponat in priſtinam obligationem,quia prima obligatio non eſt ſublata, ex quo cauſa non fuit impleta,arg.ſ̃.de inoffi.teſta.l. ſi inſtituta.in princi.ibi dum dicit, [ cauſam integram &c. ] & j̃.loca. l.quæro.§.inter locatorem.ſol.interdum cauſa ob quam fit liberatio tacite inerat, quia erat de natura, puta, libero te ab eo quod mihi debes,vt talem in vxorem recipias, & fingitur liberatio non facta,quia ineſt tacita conditio, ſi matrimoniũ ſequatur,ſine quo non poteſt eſſe dos, vt l.j. & l.dotis ſtipulatio, & l.tali ſtipulatione. infra de iure dot. aut cauſa, propter quam fit liberatio eſt extrinſeca, vel extranea, tunc

liberatio

liberatio eſt pura, & illa cauſa non reddit eam conditiona-
lem [illegible] ſi exprimeretur per modum conditionis, red-
deretur acceptilatio nulla, vt dicit gl. & tunc reſtauranda eſt
obligatio prima.

## LEX V.

1 *Diuiſio materiæ preſentis legis.*
2 *In contractu locationis, & conductionis etiam re omnino integra, non habet locum pœnitentia, nec ex parte recipientis.*
3 *Datum ob cauſam dotis poteſt ex penitentia repeti ab eo qui dedit, ſi res eſt integra, non ab eius hærede.*
4 *Quid in caſu libertatis, quòd non poſſit ex penitentia repeti.*
*Datum gratia conditionis implendæ, an poſſit ex penitentia repeti. ibi.*
5 *Si me penitet tibi aliquid dediſſe, ſed penitet me, quod vadas Capuam, vide tamen.*
6 *Si promiſi tibi decem per ſtipulationē, vt vadas pro me Romam, licita nō erit mihi penitentia, & quid ſi non interuenit ſtipulatio.*
7 *Si adidi tibi decem ſimpliciter, poſtea ex interuallo conuenimus, ꝙ vadas pro me Romam pro illis decem, non erit contractus innominatus, nec potero ea decem repetere, ſi paratus es ire. vide tamen.*
8 *Donans tibi decem, vt vadas Capuam pro te, & emas tibi veſtem, non poterit ea decem repetere.*
9 *Sed ſi tunc non donaui ea decem, ſed dixi do, erit contractus innominatus, & habebit locum condictio ob cauſam tam ex capite penitentiæ, quā cauſæ non ſecutæ.*
10 *Si factum per aliquem expediendum concernat vtilitatem communem, & ſuam dantis, ſibi ob ipſam cauſam poterit datum re integra repeti.*
11 *Quid ſi concernebat fauorem tertii.*
12 *In contractu innominato, do vt facias, ſi factum fuit inceptum, an habeat locum penitentia.*
13 *Quid ſi non fuit aliquid inceptum de eo quod erat fiendum, ſed tamen facta fuerunt præparamenta.*
14 *In aliis contractibus innominatis, quam in do, vt facias, quando ſit locus pœnitentiæ.*
15 *Condictio ob cauſam datur etiam ex parte eius, qui non perfecte impleuit ex capite penitentiæ, non ex capite cauſæ non impletæ, & quid in tranſactione.*
16 *Cauſa dicitur non impleta, quando debens implere conſtitutus eſt in mora.*
17 *Quando aliquid debes mihi facere, quod requirit impenſam, & debeo aliquid dare. requiritur prius, vt dē, ad hoc vt poſſis impenſam facere.*
18 *Datum ob cauſam, an poſſit ex penitentia repeti, ſi non ſubeſt facultas implendi cauſam.*
19 *In contractibus nominatis, quando habeat locum penitentia.*

1 SI pecuniam. †Diuide hāc legem in tres
partes, nam primo tractat,
an in contractu innominato, do vt facias, locum
habeat penitentia ex parte eius, qui dedit, ſi reci-
piens adhuc non fecit, vſque ad §. ſi ſeruum. ſecundo tractat,
an eo caſu, quo licita eſt pœnitentia, ſi ſecuta eſt, & etiam no
tificata ēt anq̄ recipiens factum explicauerit, vtrum poſtea ex
plicando, & implēdo cām ſibi ꝓſit, vt condictio ob cām, quę
orta erat ipſi penitenti ad recuperandū datum extinguatur,
vſq; ibi, [ſed ſi accepit.] Tertio tractat vtrū ſi pœnitentia inter
ueniat, poſtquam cā ob quam fuit datum deſiit poſſe imple-
ri, ſine dolo, & culpa recipientis, vtrum talis pœnitentia no-
ceat recipienti, vt teneatur hac condictione ad reſtituendū,
& hoc vſque in finē. l. & ſic, an talis penitentia cōtingēs poſt-
quam cā deſiit poſſe impleri, producat hanc actionem ad re-
petendum. Et iſta eſt ſubtilior lex, & principalior, quæ allega
2 tur in materia ꝯctuum innominatorum. †Et prima pars. h. d.
in ꝯctib. innominatis, ſi ex vna parte impletur, ex alia, nō, pp
caſum ceſſat condictio ob cām, quaſi cauſa nō ſecuta, ſed ha
bet locum dummodo aduerſæ parti de indemnitate conſula
tur. h. d. Bar. vel ſic, ſi do tibi, vt aliquid facias, ſi nō es in mora
faciendi, non poſſum repetere datum pp defectum cauſæ vel
tanquam cauſa non ſubſecuta, ſed ſi me peniteat huius ꝯct⁹
poſſum repetere ex capite penitentiæ, ſi res erat omnino in-
tegra, ſecus ſi non omnino, q̄a tunc nō poſſem repetere, niſi
conſeruem te indemnem de eo, qđ feciſti. h. d. Primo loq̄tur,
an habeat locum pp defectum cauſæ, vſq; ibi, [ſed tñ.] Secun
3 do an pp pnīam vſq; ibi niſi. Tertio limitat ſm dictum. ¶ †In
tex. in prin. ibi, [vt Capuam eas.] Iſte fuit cōtractus, innomi-
natus, do vt facias, ſi nō cōſueuiſti ad hoc locare operas tuas,
ſi aūt conſueuiſſes, vt ſunt curſores, diceret contractus loca-
tionis, vel conductionis, nec hēret locum pnīa ex parte dantis
etiam re omnino integra, nec ex parte recipientis, vt l. q opc-
ras, in prin. ī. loca. de qua opp. gl. 2. magna, licet aūt cōtractus
de quo hic aſſimilet cōtractui locationis, & conductionis, tñ
4 locum hēt pnīa, ut hic patet. ¶ †In tex. ibi; [ſed tñ liceat pœni
tere,] ſupple tā danti, quam hæredi eius, in eo quod datur ob
cām dotis, nā licet ex tali donatione reſulter cōtractus inno-
minatus, hæredi tñ dantis nō eſt licitum pœnitere fauore do
tis, licet ipſi danti licitum ſit, vt eſt tex. no. in l. ſi ego. §. primo
5 cum gl. ī. de iure dotium. †Idem eſt in alio caſu fauore liberta
tis, ī. de ſer. expor. l. 3. in fin. quid. n. in eo, qđ datur gratia con-
ditionis implendæ, an poſſit repeti ex pnīa, vide gl. ord. ī. de
donationib. cau. mort. l. inter mortis, in fine glo. ma. & habe-
6 tur. ſ. eo. l. j. §. fi. in gl. ¶ †Et aduertendum ſm quod Bar. dicit,
nam non debeo dicere, pœnitet me dediſſe, ſed pœnitet me,
quòd vadas Capuam. nam non expedit, quia forte habui in
de noua, ꝙ non eſt neceſſe, ꝙ vadas, nam ego non eram obli
gatus ad recipiendum illud tuum ire, plus quàm ego vellem,
& iſta eſt rō quare poſſum pœnitere, ſed tantummodo qñ re
cipiendo es obligatus mihi, ab illa obligatione non potes te
liberare me inuito, ſed ego in nullo ſum obligatus tibi. facit
7 l. qui pecuniam. ſ. ſi cert. pet. † Sed aduerte ſi iſta rō eſt vera, ꝙ
pp hoc licitum ſit mihi pœnitere. Quid erit ſi per ſtipſonem
tibi promitto decem, vt uadas pro me Romam, vtrum pote-
ro pœnitere, quòd nō uadas, & euadere, ꝙ tibi non ſoluam?
& vr̄, ꝙ ſic, quia eſt eadem rō ſi tibi dediſſem nulla præceden
te obligatione, vel promiſſione de dando, vel etiam promiſ-
ſione nuda, quibus caſib. ſine dubio licita eſt pnīa, ergo idem
ſi præceſſit veſtita. quæ fit ex cā de futuro, quam recipere non
teneor, ut d. l. qui pecuniam. ſ. ſi cer. pet. Sed ꝯriū, puto verius,
quia hic eſt mixtus ꝯctus nominatus cum innominato, nam
ſtipſo eſt ꝯctus noīatus de ſe, in qua non habet locum peni-
tentia, & licet habita relatione promiſſionis meæ ad cauſam
per te implendā, dicatur ꝯctus innominatus, tñ pp mixturā
ꝯctus nominati, non habet locum penitentia, & ſi tu es para-
tus ire, potes me aſtringere ad damnum, uelim, nolim, ut in l.
Ariſto. ī. de do. vbi fit mentio de iſta mixtura. & per id, quod
no. Bar. in l. 2. C. e. habet ergo locū, quod hic dr̄, qñ nulla præ-
ceſſit promiſſio de dando, ſed incepit ab ipſa datione, vel qñ
præceſſit conuentio nuda. Secus qñ veſtita. Vñ cum hodie no
tarij in inſtr̄is ſemper dicant, ꝙ prædicta oīa, & ſingula prædi
ctæ partes ſtipulatæ fuerunt, altera ab altera &c. raro, vel nun
quam poterit per inſtr̄m probari ꝯctus innominatus, in quo
habeat locum pnīa, ſm Bar. qui ita no. in d. l. 2. C. e. Et ex his
infero pro iſta, ꝙ non eſt ſola ratio, quare eſt mihi licitum pe
nitere, quia non ſum obligatus ad recipiendum illud tuum
ire, prout videtur Barto. dicere, puia ſi hoc eſſet, etiam in iſto
caſu, quando per ſtipulationē promiſiſſem decem, ut tu ires,
haberet locum penitentia, quod non eſt verum, ut dixi. Sed
cum iſta ratione debet coniungi alia, quia nec eram tibi obli-
gatus efficaciter ad dandum, & ex his duabus coniunctis re-
ſultat poteſtas recuſandi & hoc voluit hic glo. quæ incipit pe
nitere, in verſic. [& eſt fortis ratio.] Et hic eſt vna glo. magna
difficilis, quæ tria facit, nam primo examinat qualiter condō
ob cauſam poſſit dari ex capite penitentiæ in contractibus in
nominatis, vſque ibi. [Item cauſæ defectus.] ſecundo qualiter
ex defectu cauſæ vſque ibi, [& non.] Tertio ad quid datur. &
quid in ea veniat. & quia Bar. ipſam multum ornate, & ſolen
niter, & per diſtinctiones declarat, formabo pro declaratione
materiæ aliquas qōnes, in quib. declarabuntur plura de nota-
tis per glo. & per ipſum melius quam per oppoſitiones, ut tu
ſcias, ꝙ illud, qđ hic dr̄, ꝙ habeat locū pnīa, qñ ex donatione
reſultat contractus innominatus, locum habet. etiam ſi non
reſultat, ſed ſit ſimplex datio ob cām, puta ſi dedi tibi, vt aliqd
facias, vt ſ. e. l. iij. §. fi. vel vt tertius aliquid faciat, vel vt aliquid
contingat, vt in l. ſenatus. §. j. de don. cau. mor. & ſir̄ ex dictis
cauſis, datur hæc actio ex defectu cauſæ, ſicut ex contractib.
innominatis, tunc autem non habet locum id, quod dicitur
de mora implendi cām. ſ. eo. l. iij. §. ij. quia cum cauſa non de-
pendeat a recipiente, non potes conſtitui in mora implendi.
Oportet ergo, ꝙ cauſa naturaliter deficiat dictis caſibus ſicut
in ſimili habetur in l. ita ſtipulatus, de verb. obliga. Sed qñ pē-
det a recipiente, poteſt deficere etiam ciuiliter pp moram ſo-
8 lam, vt in d. l. 4. §. 2. ſ. eo. ¶ †Quæro ergo primo. Ponamus ꝙ
tradidi tibi decem ſimplr̄, poſtea ex interuallo conuenimus
inter nos, ꝙ vadas pro me Romam pro illis decem, quæritur,
an ſit contractus innominatus, vt ſic habeat locum peniten-
tia, & poſſim repetere decē te inuito, ſi paratus es ire. Reſpon
deo non, quia debet opponi a principio, ut ſit contractus in-
nominatus, interuallum vero tpis impedit fieri ꝯctum inno-
minatum, de hoc eſt tex. & glo. ſing. & Bar. & expreſſe ibi de-
clarat. ſ. de pac. l. ſi cum fundum, in glo. quæ incipit, [ſecus.]
¶ Secūdo quęro, iſte tex. ſine dubio locum habet, qñ factum
quod per te erat expediendum, concernebat ſolum vtilitatē
mei dantis, quia dedi, ut ires pro me Capuam, quid ſi pro vti-
litate tm̄ tui recipientis? vr̄ idem, quod hic, ꝙ habeat locum
penitentia per illam glo. in d. l. ſi cum fundum, relata ad text.
quæ vr̄ ita expreſſe determinare. In ꝯrium facit, ꝙ nec ex ca-
pite penitentiæ, nec ex capite defectus cauſæ, quia cum illa cā
reſpiciat ſuam vtilitatem tm̄, vr̄ impulſiua, ſicut ſi darem tibi
decem, vt emeres veſtem, nam etiam ſi nolles emere non te-
nearis reſtituere, niſi appareret, ꝙ non fuiſſem alia, daturus.
vt l. ij. §. fi. cum ſequen. & quod ibi no. per glo. & Doc. ī. de do-
natio. & hic in ſecunda parte glo. dum dicit, [ſecus ſi impulſi-
9 ua,] & allegat illam. l. 2. in § fin. †Breuiter Doc. hoc non tan-
gunt

gunt.Mihi vr̃ dicendũ, ꝙ ſic,quod aut dixi dono tibi decem,
vt vadas Capuam pro te,& vt emas tibi veſtẽ,& tũc non poſ-
ſum repetere, quia iſta dr̃ potius ſimplex donatio, q̃ ob cau-
ſam, poſtquam cã appoſita non cõcernit,niſi vtilitatem tuã.
vt d.l.ij.§.fin.aut non dixi dono, ſed ſimpliciter tradidi,vel di-
xi,do.tunc non apparet, ꝙ voluerim donare, & ſic facere ↄ-
ctum nominatum, vnde tunc ꝓp appoſitionem cauſæ, licet
concernentis tuam tm̃ vtilitatem, erit ↄctus innominatus,&
habebit locum condictio ob cauſam tam ex capite pnĩæ,q̃
cauſæ nõ ſecutæ,& ita intellige gl. in d.l.ſi cum fundum, quæ
hoc expreſſe determinat,& doctores ibidem tranſeunt cũ gl.
10 tene menti perpetuo. ¶†Tertio quæro,quid ſi factum per te
expediendum cõcernebat vtilitatẽ cõem tui, & mei.¦quidam
antiqui quos gl.in prin.recitat,dixerunt,tunc non habere lo-
cum hanc legem, nec poſſe repeti per pnĩam. l.quod Seruius.
j̃.eo. gl.reprehendit,ſed infideliter recitat. Nam dicit probari
ↄriũ, quia ↄctus de quo hic,celebratur gratia vtriuſque, quia
habebat dationem gratia recipientis,& factum concernebat
vtilitatem vtriuſq;. & ita recitat gl.quæ incipit,imo.ibi,dum
dicit alij dicunt referre cuius gratia debuit ire &c.Bar.hic nõ
firmat pedes, licet dicat forte iſtam opinionem eſſe veram in
ſe.Br̃ eo caſu,quo fit ↄctus innominatus,puto locum habere
pnĩam,ſicut qñ vtilitatem continet dantis tm̃,nam ſi locum
habet,qñ concernit vtilitatem recipientis tm̃, per illam gl.in
d.l.ſi cum fundum, quanto fortius ſi non ſolius recipientis,
ſed etiam dantis,& ideo dans poteſt renunciare ſuo fauori,
11 multo fortius, q̃ fauori recipientis. ¶†Quarto quæro quid ſi
concernebat fauorem tertij,vr̃ idem, per id qđ, no.Bar.in l.q
Romæ. §.Flauius Hermes.j̃.de verb.obli. vbi dicit,ꝙ ſi dona-
ui rem aliquam tibi, vt poſt mortem tuã perueniat ad eccle-
ſiam,ꝙ poſſum poſtea pẽnitere huius pacti, quaſi ſit ↄctus in
nominatus.Sed id dictum vidi reprobari per plures, & maxi-
me quendam dñm Franc.de Are. qui fuit eius diſcipulus.j̃.de
ſer.expor.l.3.quod etiam vr̃ no.Ioa.An.in add. Spe.de inſtrũ.
a edi.§.nũc vero aliqua.in add.quę inci.per ſuperiora.Breuiter[a]
mihi videtur diſtinguendum,vt dixi s̃.in 2.q.aut dixi,dono cũ
hoc,ꝙ poſt mortem tuam perueniat ad eccleſiam, quia tũc
acquiſitum eſt eccleſiæ ius perfectum.ſ.vtilis actio, & eſt ſpe-
cialis caſus fauore exercentis liberalitatem, vt C.de don.quæ
ſub modo.l.quoties,ꝙ tunc non poſſum reuocare,quia dicit
ſimplex donatio, quantum ad te quouſque viuis, & te mor-
tuo dicitur ſimplex quo ad eccleſiam,aut non dixi, dono,ſed
ſimpliciter do,aut trado,& tunc illo tertio non acquiritur ali
quod ius, & tunc tanquam in ↄctu innominato potero pœ-
nitere,& ita põt ſaluari dictum Bar. in d.§.Flauius.& hoc etiã
patet ex his, quæ hñr in l.ſi ego. § j. j̃.de iu. do. vnde ſi tradidi
tibi rem,vt efficiatur dotalis cum ↄxeris matrimonium cum
Titia,& ſic concernebat vtilitatem,& tui, & etiam tertij,dici
tur ibi,ꝙ ſi deceſſero anteq̃ contraxeris,hæres meus non põt
pẽnitere de æquitate, ſed de rigore ſic. innuit ergo, ꝙ ego bñ
potuiſſem pẽnitere,& ita innuit gl. & etiam Doc.vt no.Bart.
12 in l.j.de don.& in ↄrio ibi formato gl. †Quinto quęritur,hic
loquitur in ver.ſed cum liceat, qñ res erat oĩno integra,quia
adhuc nõ inceperas aliquid facere de eo, qđ facere debebas,
qd ſi incepiſti,puta,iter arripere, an deſinat res eſſe integra,vt
nõ habeat locum pnĩa? glo.hic vr̃ tenere, ꝙ ſic,poſt prin.ibi,
vel facere inchoauerit, & hic per l.ꝙ Seruius.j̃.eo.q͂a ibi fuit
datũ ob cãm mr̃imonij, & fuerunt ↄcta ſponſalia, quæ ſunt
pars matrimonij, & non habet locum repetitio,vel pẽniten-
tia.Doc.tenet ↄrium,quia non dr̃ res eſſe integra,pro eo,ꝙ re
ſtat fiendum,tex.eſt j̃.ea.l.§.item ſi quis dederit. licet pro eo,
quod factum eſt,nõ habeat locum,nec ob.l.ꝙ Seruius,nã di-
cit Bar.eſſe ſpeciale in eo, quod dr̃ ex matrimo.vt ex pnĩa nõ
poſſit repeti,& allegat.l.ſi ego.in prin. & §.j.j̃.de iure do.certe
illa.l.in princ.nihil dicit.& §.j.innuit ↄrium,dum dicit,ꝙ hr̃s,
non poteſt pẽnitere,vnde innuit, quod defunctus bñ potuit,
& eſt bene verum,ꝙ in hoc eſt ſpeciale, quia licet cauſa cõn
cernat vtilitatem recipientis tm̃,tñ cauſa non præſumitur im
pulſiua,ſed finalis,quia eſt cauſa pia,& ideo ſi recipiens nol-
let factũ implere,poſſet repeti datũ, etiã ſi fuiſſet expreſſe do-
natum,& hoc probat illa l.ſi ego.non ſic regulr̃,vt in l.2.in fi.
de dona. Sed quin poſſit repeti ex capite pnĩæ, qñ nõ fuit ex-
preſſe donatum, ſed ſimpliciter datũ ob cãm mr̃imonij,non
reperitur hoc iure cautum,ſed potius ibi no.ↄrium. nec ob.l.
quod Seruius,quia etiã ibi ↄriũ colligitur,dum dicit,ꝙ duran
tibus ſponſalibus non habet locum repetitio,quia tunc dan-
tem non pẽnitet de cauſa, ob quam dedit,ut non impleatur
poſtquam conſiſtit in ſponſalibus, ſed ſi ab eis recederet,be-
ne poſſet pẽnitere,ut ibi probatur. Conſtat aũt, ꝙ ad hoc,vt
poſſit repeti ex capite pẽnitentiæ, debet dans pẽnitere de cã
implenda,vt non impleatur,quia non tenet aliud implemen
13 tum recipere,ut s̃.dixi,& iſta eſt veritas.¶†Sexto quæritur,q͂d
ſi non incepiſti aliquid facere de eo, quod erat fiendum ta-
men feciſti præparamẽta? Rñdeo, aut talia præparamẽta in-
ducũt neceſſitatẽ ad cãm fiendã, quia te obligaſti alij ſub pœ
na de eundo Capuam, vel iuraſti, & ſic non poſſum pẽnite-
re,ſicut ſi iuiſſes,vt hic dũ dicit,¦vt neceſſe habeat proficiſci.l.
vtrum. j̃.de conſti.pec. & l.ſi quis prohibuerit, de publi.& l.ſi
defunctus.s̃.de pec. Aut non inferunt neceſſitatem ad factum
puta, feciſti expenſas in emendo equos,& veſtes, & tunc iſte
tex.vr̃ diſtinguere, aut expendiſti quantũ recepiſti, & plus, &
non habet locum pnĩa, aut minus,& tunc ſecus, dun tamẽ te
conſeruẽm indemnem. Primũ intelligo,ꝙ nõ habet locum,
vt poſſim repetere pecuniam quam dedi te inuito, ſed bene
poſſem repetere veſtes,& equos, quos emiſti,licet non tradi-
derim eos, quia cẽſentur traditi poſtq̃ ſunt empti ex pecunia
tradita, ut j̃.in §.ſi quis ver.ſed pro decem, & in iſta glo.mag.
circa fi.ibi dum dicit.Item res quaſi data.& hoc vult ibi gl.ſu-
per ver.feciſti.Secundum aũt dictum intellige, vt poſſim con
cedere pecuniam, quatenus non expendiſti, ſed quatenus ex-
pẽdiſti,nõ,ſed res, quas emiſti, & hoc mõ cõſeruo te indẽnẽ
& hoc ſentit gl. ſuꝑ verbo habebit,ſm̃ vnam expõnem. Poſ-
ſet ẽt dici, ꝙ tũc poſſum cõcedere totã quantitatẽ,ſed libera
ris tradendo res emptas quatenus expẽdiſti. Sed qñ expendiſ-
ſes totum, non debeo cõdicere quãtitatẽ, nec video,ꝙ poſſit
ſaluari diſtinctio,quã facit Bar.dum vult, ꝙ ſi expẽdiſti totũ,
14 vel plus,ceſſat condictio,ſed ſi minus non ceſſat. ¶†Septimo
quæritur,iſta l. loquitur in ↄctu innominato,do vt facias, q͂d
in aliis innominatis? Gul.de Cu.tenuit non habere locũ pẽni
tentiam,quia non reperitur iure cautum.Doc.reprobant,q͂a
eadẽ rõne in aliis.glo.no.hic tenet locum hr̃e in do, vt des,&
in do,vt facias, & in ꝑmutatione, q͂a datione dãr retractari,
ſed in facio, vt facias, & in facio,vt des, ſecus, quia facta non
pñt retractari,cum magis in factum vnius,q̃ alterius.Et ex va
rietate temporũ, & eiuſdem perſonæ repulant diuerſa, vt l.ſi
nõ ſortem.§.libertas.j̃.de cõdictio.indeb. ſed Doc.vñr tenere
ↄria,q͂a ſunt quædam facta, quæ pñt commode retractari, vt
liberatio. s̃.l.ꝓxi.vel datio vacuæ poſſeſſionis, & eↄ,ſunt quæ
dam dationes,quæ non poſſunt retractari,ut datio libertatis,
& tunc in do,ut facias,non hẽt locum pœnitẽtia. Dicit tamẽ
Bar.ꝙ tunc poſſet dari actio de dolo, loco cõdictionis ob cau
ſam per legem naturali. §. quod ſi faciam. Dom.Raphael re-
prehendit, & bene,quia,qñ aduerſarius non vult implere,&
tunc, quia dolo facit, loco condictionis datur de dolo, ſecus
ſi vellet implere, & dans nollet pẽnitere,quia non eſt conue-
niens,ut detur de dolo,& valde bene dicit. ¶Quæro octauo,
iſta lex loquitur,qñ contractus incepit a datione,qd ſi ꝓceſſit
conuẽtio nuda, puta,¦ꝙ darẽ tibi decẽ,vt tu ires pro me Ro-
mã,poſtea dedi,deinde uolo pẽnitere. Et repetere,an poſſũ?
dñs Raph.vr̃ hic tenere, ꝙ non, quia ex illa conuentione fuit
ſaltem naturaliter obligatus, & naturalis obligatio impedit
repetitionem Sol. Bart.tenet contrarium,quia iſtud eſt verũ,
quando obligatio naturalis eſt pura, & ſimplex, hic non ſic,
quia facta ob cauſam implendam de futuro,quæ niſi implea
*tur obligatio nullum ſortitur effectum,vt infra loca.*l.quæro.
§.inter locatorẽ, & l.ſi inſtituta. ſupra de inofficioſo teſtamẽ-
to,ſed per pẽnitentiam tollitur iſta cauſa, ne debeat impleri,
quia poſſum illi renunciare, cum ſim non obligatus ad illam
cauſam conſequendam,igitur in conſequentiã tollitur natu-
ralis obligatio,& ad iſtam pulchram, & ſubtilem rõnem dñs
Rapha.non rñdet ſufficienter. Si autem promiſiſſem decem
per ſtipulationem,¦ut ires pro me Romã,ſecus,quia eſſem ci
uiliter, & naturaliter obligatus ex contractu nominato.ſ.ſti
pulationis,& ſi non ſoluiſſem,poſſem cõpelli a te parato im
plere cauſam, ẽt ſi fuiſſet conditionaliter concepta, vt puta
promitto,ſi ibis Romam, & per te non ſtaret, ſed per me, vt
infra de contrahenda emptio. l. Labeo ſcribit. multo fortius
ſi ſoluerem,non poſſem repetere,ut in l.cui damus,de reg.iu.
tamen habita correlatione promiſſionis meæ ad cauſam per
te implendam dicitur contractus innominatus, licet mixtus
cum nominato,ergo,&c. vt in lege Ariſt.j̃.de donationibus,
15 & s̃.tetigi. ¶†Vltimo quæro,hic loquitur, quando dans per-
fecte impleuit ex parte ſua, vt ex potentia habeat actionem
contra eum, qui non impleuit, quid ſi ego non impleui per-
fecte ex parte mea, an detur mihi hæc condictio Bar. dicit,ꝙ
non,per gl.quæ eſt in actione.C.de tranſact.iſtud non placet,
quia ibi loquitur in contractu tranſact. in quo non poteſt
dari iſta condictio ex capite pẽnitentiæ, quæ non habet locũ
in iſto contractu, ut in l.quamuis.C.de tranſac.& no. in l.3.in
prin.s̃.eo. bñ tñ põt dari ex capite cauſę non impletæ,ut in l.
16 cum proponas. C.de pac. †Tũc aũt dr̃ nõ impleta,qñ debens
implere eſt conſtitutus in mora,vt s̃.l.2. §.ſed ſi tibi.Sed ſi ego
non impleui ex parte mea perfecte, licet aliqualiter impleue
rim

ADDITIO.

a Breuiter circa hoc.Adde quę plene per Dom.Alexan.in conſ.107. colum.2.in princ.in 4.vol.

rim non poſſum te conſtituere in mora implendi, ſed ita de-
mum ſi impleui totum ex parte mea, merito tunc non datur
mihi iſta condictio, etiam ex capite cauſæ non impletæ. &
iſtud vult tex.cum gl.in l.actione, & ſic ex neutro capite. Sed
ex alio cõtractu nominato, vt tranſactionis, in quo habet lo
cum pœnitentia, licet nõ pfecte impleuerim, quatenus tñ im
pleui puta, cõueni tecum de dando 10. vt ires p me Romã,
& dedi 5. poſſum pœnitere, & repetere 5. multo magis, q̃ ſi de
diſſem 10. quia tunc dicitur magis integra, q̃ qñ non perfecte
impleui, nõ tñ poſſem agere ex capite cauſæ non impletæ, qa
non teneris, niſi pfecte dem. arg.j.mãd. l.ſi vero nõ remune-
17 randi.§.fi.vbi † quando aliquid debes facere, quod reqrit im-
penſam, & debeo aliquid dare, requirit, vt prius dem, ad hoc
18 vt poſſis impenſam facere. ¶†Decimo, & vltimo quærit, hic
loquitur, quando cauſa non erat impleta, ſuberat tamen fa-
cultas implẽdi, quid autẽ ſi non ſuberat ab ipſo principio, &
tunc dic, vt s̃.eo.l.3.§.ſi liber homo, quia diſtinguitur, aut ſci-
uit non ſubeſſe, vel ignorauit, aut a principio ſuberat, ſed ex
poſtfacto defecit, & tunc dic, vt j.ea.l. §.ſed ſi accepi, & plene.
s̃.eo.l.3.§.ſed ſi tibi.verſic.ſi Stichus. ¶Vltimo recolligendo di
ſtingue, ſi quæritur, an in contractu innominato locum ha-
beat pœniten.ꝙ aut loquimur in contractu tranſactionis, &
non habet locum, vt in l.quamuis.C.de tranſac.aut in alio, q
ptinet ad litis deciſionẽ, & tunc aut res eſt integra ab vtraq;
parte, quia ſolum interuenit conuentio nuda, puta, de pmu-
tando librum meum cum tuo, quæ permutatio eſt cõtractus
innominatus, & tunc cuilibet nr̃m licitum eſt pęnitere, & re
cedere ab hoc cõtractu altero inuito, quia nulla eſt nata effi
cax obligatio hincinde, vt in l.ex placito. C.de rerum pmu.fa
cit l.diuiſionis.s̃.de pac. Aut impletus eſt contractus ab vtra-
que parte, qa tradidi meum, & tu tuum, & tũc neuter altero
inuito põt pęnitere, ſed ſi ambo concordant, põt interueniẽ-
te actu retro ſiñ, quia reſtituam tuum, & tu meũ, & C.de trã-
ſac.l.ſi diuerſa, & s̃.de pac.l.ab emptione. ſola vero conuentio
de recedendo non ſufficeret, vt alter ab altero poſſet compel
li, niſi eſſet ſtipulatione vallata, vt d.l.diuiſione. Aut ab vna
parte fuit impleta, ab altera non, & tunc ſi quæritur, an liceat
illi cui eſt impleta, & nõ liceat, quia ipſe eſt obligatus ad im-
plendũ, vt hic gl.in ver.econtra accipienti. Aut quæritur, an li
ceat pęnitere ei qui impleuit. & tunc, aut altera pars remane-
ret in damno ex iſto contractu, ſi concederetur pęnitent. &
repetitio, ꝙ damnum non fuiſſet paſſura, ſi iſte contractus
non fuiſſet celebratus, & tunc non conceditur pœnitentia,
niſi conſeruetur indemnis, ſiue cauſa poſſit adhuc impleri, vt
hic.in verſic.niſi forte, ſiue non poſſit impleri, tunc, tñ nõ eſt
perdita ſpes implendi, vt j.eod.l.ſi accepi, ſiue non poſſit im-
pleri, nec conſideratur poſſe, vt j.ea.l.§.fi.quæ inci.ſed vbi, ex
quo vr̃ non procedere doctrina a Bar.dum dicit, ꝙ debeo pę
nitere eius, quod eſt fiendum, nõ quia dederim tibi 10. vt ſer-
uum manumitteres, & iſte eſt mortuus ante morã, quomo-
do poſſum pęnitere, vt non manumittas? nam iſtud nihil
aliud eſt, niſi renunciare manumiſſioni futuræ, ſed ſi illa non
eſt poſſibilis, quomodo poſſem renunciare? arg.in l.pater Se-
uerinam, in prin.de condi.& demon.vr̃ ergo dicendum, ꝙ de
beam pęnitere, & recedere a toto ɔ̃ctu, qa pęnitet me talem
19 ɔ̃ctũ tecũ feciſſe. ¶†Et iſta eſt veritas ſubtiliter conſiderãdo,
nõ aũt, ꝙ dederim tñ, vel ꝙ facias. Quid autem in contracti-
bus innoĩatis? certè ex parte eius q efficaciter obligatus eſt, nõ
hẽt locũ pęniten.vt in l.ſicut.de actio.& ob.ex parte vero ei⁹,
q nõ eſt obligatus, bñ hẽt locũ, vt in deponẽte q põt pęnite-
re, & reuocare depoſitũ, vt hic, & in aliis caſib.qui enumerã-
tur in glo.in ver.ɔ̃ctus aũt noĩatus, cætera dic, vt j.eod.l.final.

1 *Cauſa ſi eſt omnino integra, pęnitentia cum notificatione ipſius facit locũ huic actioni, quæ non tollitur, licet cauſa poſtea impleatur, & quid ſi non eſt omnino integra.*
2 *Si tibi dedi ſeruum meum, vt ipſum manumittas, quæ ſit differentia, an iſte ſit contractus innominatus, an ꝙ videaris conſtitutus procurator ad manumittendum.*
3 *Condictio ob cauſam non datur pęnitenti, niſi pęnitentia alteri parti notifi cetur, vel datur ei, ſed reuocabiliter.*
4 *In contractu innominato do tibi, vt facias, nõ potes auferre actionem mihi acquiſitam perfecte ex pęnitentia implendo poſtea cauſam, vel etiam acquiſitum ex mora tua.*
5 *Quando do tibi ſeruum meum, vt manumittas eum intra certum tempus, ſi hoc non facias, lex facit ipſum liberum, & quid ſi dedi tibi aliquid, vt eum manumittas intra certum tempus.*
6 *Factum hominis ſupplet factum legis.*
7 *Lex non ſupplet factum hominis, niſi quando illud debet explicari.*
8 *Lex ſemper eſt certa.*
9 *Si mandauero, vt clericum percutias, & poſtea reuoco mandatum, nec tibi notifico reuocationem, & percutis, incurro excommunicationem.*
10 *Pœnitentia in contractu innominato, do vt facias habet etiam locum pro eo, quod reſtat fiendum, licet res non ſit omnino integra.*
11 *Condictio ob cauſam poteſt dari ad id, quod non fuit datum, vel traditum.*

1 **§.Si ſeruum.** † Si cauſa eſt omnino integra, pnĩa
cum notificatione ipſius facit locum
huic actioni, quæ non tollitur, licet poſtea cã impleatur. Sed
ſi non eſt omnino integra, quia recipiens incepit aliquid face
re pro eo, quod factum eſt, nõ habet locum pnĩa, ſed pro eo,
quod reſtat fiendum, ſic dũ tñ altera pars, quæ non eſt in mo-
ra, nec in culpa, conſeruetur indemnis.h.d.vſq; ad §.ſed ſi ac
ceperit. & aduerte, quia iſte primus. §.loquit, qñ dedi tibi ſer-
uum meum, vt ipſum manumitteres vſque ibi. Item ſi quis.
ibi loquitur, qñ dedi tibi decem, vt ſeruum alterius emeres,
& manumitteres, vſque ad §.ſed ſi acceperit. ibi loquitur, qñ
dedi tibi decem, vt ſeruum tuum manumitteres, inter quos
caſus longa eſt dĩa, vt s̃.eo.l.3.ſed ſi tibi, in glo. quæ incipit ex
2 hoc dicunt, in ver.ſed ſi nõ ire &c. ¶†In tex.ibi tradiderit, ex-
pone tex.i.dederit transferrendo dñium in accipientẽ, & ſic
eſt cõtractus innominatus do, vt facias. Sed ſi non tranſtuliſ-
ſet dñiũ, diceret̃ potius ɔ̃ctus nominatus.ſ.mandati, quia vi-
deris ipſum conſtituere procuratorẽ ad manumittendum.
Eſt autem longa differentia inter iſta, qa primo caſu põt reci-
piens manumittere inuito eo, qui dedit, dũ habeat dñiũ per
ſe, vt j.de do.l.hoc iure.§.ſi quis vero dederit. Scd̃o vero caſu,
non, quinimo etiam ſi nõ ſit certioratus de reuocatione mã-
dati, non põt manumittere, vt l.ſi pr̃.j.de manumiſ.vind.quia
dñium eſt apud mandantem, a quo nõ põt recedere ſine ſua
voluntate, per l.ſi id, qd̃ nr̃m, de re.iur. licet pcurator ignoret
reuocationem, vt in l.eius, qui in prouinciam.§.quas vero.s̃.
ſi cer.pet.& hoc voluit gl.hic, quæ incipit.ſ.ad intereſſe. Item
hoc ſecundo caſu ad repetendum datur rei vendi.& actio mã
dati, non aũt condictio ob cãm, qa nemo condicit rem ſuã.
Sed in primo caſu, datur ſola condõ. Et ſi quæritur, quid con-
dicitur? Rñdetur, ꝙ ſi adhuc non eſt manumiſſus, condicitur
ipſe ſeruus, ſi vero manumiſſus, & ſic reſtitui non põt, quia va
luit manumiſſio, vt dictũ eſt, põt condici æſtimatio, vel inter-
eſſe ſm 2. glo.licet æſtimatio non fuerit tradita, quia natura
iſtarũ cõdõnũ eſt, ꝙ poſſit condici, etiam id ad quod traditũ
non eſt, ſed habetur pro tradito, vt j.l.prox.verſi.ſed pro decẽ.
& nota.s̃.in prin.l.in fine glo. magnæ. poteſt dici, quod poteſt
agi ad ipſum ſeruum manumiſſum, quia cum nata eſſet con
dictio ad reſtitutionem ipſius ſerui antequã manumitteret̃,
non fuit ergo extincta per manumiſſionem poſtea ſubſecu-
tam, tñ officio iudicis, quia non põt reſtitui ſeruus, condem-
nabitur ad æſtimationem, vt habetur in ſimili.in l.ſi ſeruum.
§.ſi.de verb.oblig. & nota.in l.vinum, in fine mag.glo.ſi cert.
3 pet.†Ergo nota primo in hoc. §.quod niſi pęnitentia notifice
tur alteri parti, non producit hanc actionem pœnitenti, vel
dic, quod producit tñ reuocabiliter, quia ſi poſtea cauſa im-
pletur, non fingitur nata, ne remaneant duo, vt j.proxi.§.ibi,
4 [ne ſi poſtea &c.]†Item no.ꝙ actionem mihi acquiſitam per
fecte ex pnĩa, non potes mihi auferre, cauſam poſtea implen-
do.idem ſi acquiſita ex mora tua, ut no.in titu.j.l.j.in glo.ſu-
5 per ver.non eſt. †Tertio no.in verſic. [plane] quod qñ do tibi
ſeruum meum, vt manumittas eum intra certum tempus, ſi
hoc nõ facias, lex facit ipſum liberum ſine aliqua manumiſ-
6 ſione. † Quid autem ſi do tibi, vt ſeruum tuum manumittas
infra certum tps? dic, vt dixi in l.2.§.ſed Stichus.s̃ eo.& ad hoc
allegatur iſte ver.quod factum hominis ſupplet factum legis,
ſicut.n.ſi manumiſiſſes ceſſaret cõdictio tam ex capite pęnite
tiæ poſtea ſubſecutę, q̃ ex capite cauſæ non implete, ita nunc,
quia licet implet factũ tuũ, & ipſum repræſentat, facit auth.
hoc amplius. C.de fideiuſ. ibi dũ dicit [lege nõ reputatũ &c.]
Sed opponitur, ꝙ non ſufficiat cauſam impleri per l.ſed dẽat
impleri per recipientem, ut s̃.eo.l.iij.§.ſi quis quaſi. Sol.ibi re-
cipiens non impleuit, nec vnq̃ implere potuit, quia ille erat li
ber ſine ſua manumiſſione, hic tñ licet non impleuerit, tñ
potuit implere, & ɔ̃ctum perficere, vnde l.poteſt ſuum factũ
7 ſupplere. ¶†Vltimo no.in fi.dum dicit, ſi nõdum pęnituerat,
ꝙ lex nõ ſupplet factũ hominis, niſi qñ illud debeat explica-
ri, ſecus ſi explicari non debeat, quia interueniat pnĩa, & glo.
intelligit, etiam ſi illa pnĩa non erat notificata alteri parti. nã
licet altera pars ea non obſtãte poſſet cauſam implere, & ma
numittere, tñ non tenebatur, nec debebat, poſtq̃ re vera inter
8 uenit pęnitentia.†Cum autem lex ſit certa, de omni eo, quod
eſt certa in rerum natura, iuxta illud quod habetur, in l.cum
quidam.§.quod dicitur.de acq.hær. & ſic erat certa de illa pę-
nitentia, & ꝙ non debeat manumitti, non ſupplet factum re
cipientis, quod non erat explicandum, licet ſi explicaret̃, eſſet
9 excuſatus. Vñ dñt quidã, †ꝙ ſi mandauero, vt clericũ percu-
tias, & poſtea reuoco mãdatũ, & nõ notifico tibi reuocatio-
nem, tu tñ percutis, an ſim ſtatim excõicatus ipſo iure per ius
canonicũ? & dicunt, ꝙ non, arg.huius literæ, ſed iſta indutio
non eſt bona. Quia cum percuſſio veniret explicanda per te,
debebã notificare, ne fieret, alias ſum in culpa, rõne cuius de
beo incurrere excõicationẽ, ſed hic nõ manumittẽdo, nõ es
in culpa, poſtq̃ interuenit pnĩa, licet nõ fuerit notificata, ideo

nec

nec ſuccedit diſpoſitio legis, ſed nec eſſet in culpa, ſi manu-
miſiſſet. Vnde caſus ſunt diuerſi in §.itẽ ſi.no. ſm Bar. q tenet
expreſſe, ꝙ eſt neceſſe reuocare tũc mãdatũ procuratoris, qñ
damno afficeret, ſi nõ fieret, alias ſecus, vt hic & ĵ.manda.l.ſi
10 mandaſſem iunct. l.ſi pr̃. de manu. vin. †Item nota. ꝙ hic res
nõ ſit omnino integra, qa incipit aliquid facere de eo.qđ erat
faciendũ, tñ locũ hẽt ꝑ eo, qđ reſtat fiẽdũ.& ſi eſt vera opi.gl.
in prin.huius l.in ver. caue tñ, ibi dũ dicit, vel facere inchoa-
11 ueris.¶†Itẽ no.in ver.ſed ſi eligat is q decem, ꝙ iſta condictio
p̃t dari ad id, quod non fuit datum, vel traditũ, qa hic fuit tra
dita quantitas, & non reperiť ſeruus emptus, facit, l.ſi non ſor
tẽ.§.libertus, de cõdi.inde.& l.in ſumma. §.in frumento.Bart.
tñ dicit, ꝙ dẽt proponi iſta condictio ad illa.x.ſed recipiens li
beratur dando ſeruum, ne remaneat in dãno, & ſic eſt in ſo-
lutione, non in obligatione. Mihi vr̃, ꝙ poſſit proponi ad ſer-
uum per illa iura, quia contrahitur obligatio quatenus eſt lo
cupletior ex illa datione, tene menti ea quæ dixi.

1 *Cauſa ſi non poſſit impleri ex cauſa ſuperuenienti ſine dolo, mora, vel cul-
pa recipientis, an repetatur datum ex capite pœnitentiæ.*
2 *Si dedi decem, vt ſeruum tuum manumittas, & antequam manumitteres,
ille aufugit, vel eſt mortuus, an poſſim ea decem repetere.*
3 *Cuſtos carceris ſi non bene cuſtodiuit aliquem captum, qui per gratiam
debebat extrahi de carceribus, eſt excuſandus.*
4 *Promiſſum ob cauſam implendam, ſi ea non poteſt impleri ex caſu ſuper-
ueniente ſine dolo, mora, vel culpa implere debentis, poteſt peti per
actionem præſcr.verb.caſu quo, ſi datum eſſet, non poſſet repeti.*
5 *Si cauſa venit implenda per dantem, qualitercunque non impleatur, repe
titur datum.*

1 §.Sed ſi acceperit. †Si cã nõ p̃t impleri ex ca-
ſu ſuperueniente ſine do-
lo, mora, vel lata culpa recipiẽtis, nõ repetiť datũ ẽt ex capite
pñiæ, ſi ex hoc remaneret recipiens in damno, quod non ſen
ſiſſet, ſi datio facta non fuiſſet. Cauere tamen cogitur de reſti
tuendo, cũ non potuerit, & quatenus poterit ſine ſuo dãno,
& ſic ſi recuperat poteſtatem implendi, & nõ implet, reſtituet
totũ, etiam ſi remaneret in damno. Idem ſi tale dãnum fuiſ
ſet paſſurus ẽt facta datione.h.d.vſq; in finẽ, & ponũtur mul-
ti caſus, q vñr intricati. Et aduertendũ quia prin.l.loquitur, qñ
cã poterat impleri tp̃e quo interuenit pñia, hic qñ non pote
rat. Et primo tractat, qñ eam implere nõ poterat tñ non erat
oĩno perdita ſpes, quia ſeruus, qui erat manumittendus, viue-
bat, licet eſſet in fuga vſq; ad verſi. ſed vbi, ibi.qñ erat res per-
dita, quia mortuus, & vtroq; caſu diſtinguitur eodem mõ, an
recipiens erat diſtracturus, vel non. In alio tñ caſu differũt, qa
in vtroq; cauetur de reſtituendo, cũ potuerit, & ſic poterit re
ſtituere ſine ſuo dãno. In ſecundo vero caſu non eſt eſt locus
iſti cautioni. Itẽ iſte ſecundus caſus loquitur ſolũ in vno caſu
qñ recipiens non fuit in mora implendi cãm, nec in mora,
nec in culpa deſinendi poſſidere. Sequens vero ver.ſed vbi, lo
quitur ẽt qñ fuit ĩ mora, & ſic in duob. caſibus, qa igiť in hoc
tex.multi caſus, & dicta ponuntur ad euitandum cõfuſionẽ,
2 recollige ſic, ꝙ †ſi dedi tibi.x.vt ſeruum tuũ manumittas, & an
tequã manumitteres, ille aufugit, an poſſim repetere.x.dic, ꝙ
aut aufugit poſt moram manumittendi, & iſte caſus nõ poni
tur hic in iſto primo.§.vſq; ad verſ.ſed vbi, ſed hoc dicendum
eſt ſine dubio. ꝙ ſic, per illum verſi.ſed vbi, & ex capite cauſæ
non impletæ, ſeu defectus cauſæ, & hoc vult hic gl.2.quæ in-
cipit, hanc diſtinctionẽ & ſine aliqua diminutione. Si aũt au
fugit anteq̃ eſſes in mora, tunc q̃riť, an poſſit repetere ex capi
te cauſæ non impletæ, & ſir̃ iſte caſus non ponitur hic. Sed di
cendum, ꝙ non, per l.3.§.ſed ſi tibi.s̃.eo.ibi.dum dicit, [ſi non
dum tp̃s præteriit.inhibenda erit repetitio.] Aut quæritur, an
poſſim repetere ex capite pñiæ, & iſte caſus ponitur hic, & de
ciditur ẽt in d.§.ſed ſi tibi, dum dicit, nihil pœniteat, & ſic lo-
quitur generaliter, ꝙ ſic. Sed hic latius diſtinguuntur duo ca-
ſus, ſm quos ille ver.debet limitari, & intelligi. Primus eſt, qñ
fuiſſes diſtracturus, & precium percepturus, ſi tibi non dediſ
ſem, vt manumitteres, & ſic illud dãnum nõn ſenſurus. Scđs
eſt, qñ non fuiſſes venditurus, & quilibet iſtorum ſubdiſtingui
tur, nam in primo, aut ſeruus eſt adhuc in fuga, & nõ poſſum
te cogere ad aliquid mihi reſtituendum, ne remaneas in dã-
no ex iſto ꝯctu, ſed bene poſſum agere ad cauẽdũ, & cum re-
cuperaueris, & ſi non poteris reſtituere ſine tuo damno,
reſtitues dicta.x. & tãto minus quanto ſeruus eſſet deteriora-
tus ꝑꝑ fugam, qa prius valebat.x.& tunc non reperiuntur niſi
octo, vel ſex. Cauebis.n.de reſtituendo octo, vel ſex, & hoc
vſq; ibi, [plane.] Si ergo poſtea recuperas, duo colliguntur caſus
ex iſto tex. Vnus ſi nõ eſſet deterioratus ꝑꝑ fugam, & tunc vir
tute cautionis reſtitues mihi integra decẽ. Intelligo tñ iſtud
verum, ſi nunc æque vendere potes ſicut poteras ante dona-
tionem alias non eſſet conueniens, ꝙ redderes.x. & inuitus
retineres ſeruum, quem fuiſſes venditurus, & x.percepturus,
& iõ liberaris tunc tradendo mihi ſeruum ipſum, arg.s̃.prox.
ver.ſer.pro.x.ſimul, ſi non poſſet nunc tantũ vendi, licet non
ꝑꝑ fugam tãto minus reſtitues, & ſic octo, vel ſex tñ. Dictum
limitatur duobus modis in ver.plane. qui venit ad limitatio-
nẽ ver.[eo minus.] ꝓxime Præcedentis. Prima limitatio eſt, ſi
poſtq̃ recuperaſti, vellẽ, ꝙ illum manumitteres.& ſic impleres
ꝯctũ, ſi aũt nõ vis, offenſus ꝑꝑ fugã, certe nõ poſſem te preci-
ſe compellere ad factũ, licet.n. habeã actionẽ præſcr.ver.vt fa
cias ꝙ inter nos conuenit, vt l.ob cã.ĵ de præſcr.ver.ſi tñ non
vis facere, condemnaris ſolũ ad intereſſe in illa actione. vt in
l.nãlis.poſt prin.e.tit.certe poſſum ẽt agere condõne ob cãm.
& ex illa cautione, vt reſtituas decẽ, ſine aliqua diminutione.
& ꝑꝑ deteriorationẽ, qa nũc ago ex capite cauſæ nõ impletę,
& ꝑꝑ tuã morã, vñ nihil dẽt diminui. Iõ tibi dẽt imputari, ſi
remaneres in dãno ex hoc ꝯctu. tñ poſſis illud euitare manu
mittẽdo ſeruũ. Secũda limitatio poniť in ver.ſed ſi legati, qa
ſi volo, ꝙ manumittas, licet ſis paratus manumittere. ſed vo-
lo recuperare, qđ dedi ex pñia, poſtq̃ potes reddere ſine tuo
dãno, quia ſeruum habes, tu aũt vis detrahere quatenus ſer-
uus deterioratus eſt ꝑꝑ fugã, ego aũt dico, ꝙ tradas mihi ipſum
ita deterioratũ, & pecuniam volo dimittere, tu non vis hoc
facere. tunc reſtitues integram pecuniam, & tibi imputes, qa
potes euitare illud dãnum deteriorationis. Secũdo caſu prin-
cipali, qñ non fuiſſes diſtracturus, tunc poſſum repetere, qđ
dedi non obſtante, ꝙ adhuc ſit in fuga, quia illud damnum
conſecutus fuiſſes ẽt ſi iſtum ꝯctũ non feciſſemus, qa tũc eſt
3 ea.rõ, q.s̃. †Sed ꝯ, quia tibi imputes, ſi poſt ꝯctũ incepiſti peius
cuſtodire.gl.rñdit notabir̃, ꝙ es excuſandus, quia veriſir̃ po-
teras credere, ꝙ nõ dẽbat fugere, poſtq̃ parabat ſe manumiſ-
ſioni. Et hoc allegatur ad q̃õnẽ, ſi cuſtos carceris nõ bñ cuſto
diuit aliquem captũ, qui per gratiam debebat extrahi de car-
cerib. ꝙ ſit excuſandus, tene menti. Si aũt ſeruus manumittẽ-
dus mortuus eſt, & ſic deficit ſpes implendæ cãæ, tunc diſtin-
guuntur ſimpr̃ plures caſus, in ver.ſed vbi. nam aut mortuus
eſt poſt morã, & poſſũ repetere quicquid dedi indiſtincte ex
capite cãæ nõ implete, ſiue fuiſſes diſtracturus, ſiue nõ, aut añ
morã, & tunc ex capite cãæ non impletæ non poſſum. Sed ſi
quæratur an ex capite pñiæ, diſtinguiť.e. mõ quo.s̃.aut fuiſſes
diſtracturus. & non poſſum, aut non fuiſſes diſtracturus, &
tunc, aut fuit mortuus propter hunc contractum puta in iti-
nere, cum duceres eum ad manumittendum, & idem, vt hic
in ver.niſi forte, aut non ꝑꝑ hunc ꝯctum, & tunc iſtud dam-
num fuiſſes habiturus, ẽt hoc contractu non celebrato.& ad
huc poſſum ex capite pñiæ repetere integra decem, vt hic.in
ver.cum no.& ſic poſſum pęnitere de eo, ꝙ fieri non põt, qđ
facit ꝯ id, qđ dicit Bar.vt dixi s̃. ꝓxi. §. & ex prædictis remanẽt
4 expeditæ oẽs gl.q̃ tendunt ad declarationem literæ. †Vbicun-
que autem, dic. ꝙ non poſſet repeti ſolutum, ne recipiens re-
maneat in damno, ſi ita non eſt ſolutum, ſed promiſſum
etiam nudo pacto poſtq̃ deſiit poſſe impleri, perinde repetiť
ꝑ actionẽ p̃ſcr. ver.ac ſi cã fuiſſet implera, qđ eſt bñ not.vt in
d.l.3.§.ſed ſi Stichus.s̃.eo. Itẽ p̃dicta, qñ cã veniebat implenda
per recipientem. †Si aũt per dantem qualitercunque non im
5 pleatur, repetitur datum, vt l.j.§.fi.s̃.e. Item procedũt, qñ caſu
euenit in perſonã, vel rẽ ipſius recipiẽtis, ſi aũt dantis indiſtin-
cte non repetitur, vt l.pen.C.eo.& dixi in d.§.ſed ſi Stichus.

LEX VI.

1 *Extraneus, vel pater dans dotem pro futuro matrimonio, ipſo non ſecuto
repetunt per condictionem ob cauſam.*
2 *Caſus omiſſus, remanet in diſpoſitione iuris communis.*
3 *Extraneus dans dotem pro futuro matrimonio, ſi pactus, vel ſtipulatus
non ſit ſibi reddi ſoluto matrimonio, cenſetur voluiſſe donare, ſi matri-
monium contrahatur.*
4 *Pater dotans filiam in poteſtate, an aliquo caſu p̃ſumatur voluiſſe donare.
Extraneus dans dotem pro futuro matrimonio non rogatu mulieris, eo nõ
ſecuto, repetit per directam condictionem ob cauſam, & quid ſi rogatu
mulieris ſoluit.*

SI extraneus. Lex iſta cum ſeq. vſq; ad l. ſi mu-
lier, loquitur, qñ aliquid eſt datũ
pro dote futuri matrimonij, an poſſit repeti per dantẽ,
ſi matrimoniũ non ſequatur. vel etiam ſi ſequatur, &
diſſoluatur, & iſta l.cum ſequ.& l.ſi donaturus, loquuntur qñ,
tertius pro muliere.l.autẽ quod Seruus, qñ ipſa mulier. Item
iſta l.& l.ſi donaturus. in princ.loquũtur, qñ tertius. vel pater
ex propria voluntate volentes de ſuo dotare dederunt dotẽ.
In hoc tñ differunt, quia in iſta l. in nullo caſu voluit dans do
tem donare mulieri. ſed repetere ſoluto ma.& etiam ſi matri
monium non contrahatur. & ſic ſolum voluit dotare matri-
monio cõſtante.l.aũt ſi donaturus, in prin. loquitur, & ponit
duos caſus. Vnus, qñ ſimpr̃ donare voluit mulieri, ſiue mr̃i-
moniũ ꝯhatur, ſiue poſtea diſſoluať. Alius qñ voluit donare
in vnũ caſum.l.ſi ſi ꝯhatur, & poſtea diſſoluatur. Sed ſi nõ ꝯ-
hatur, noluit donare.l.aũt ſequens, qui ſe debere, & l.ſi quis
indebitũ.alias eſt.§.& ſi donaturus, loquunť, qñ nõ ex ꝓpria
liberalitate, nec volens de ſuo donare, ſed ex quadam neceſſi-
tate credens ſe debitorem, & ſe liberare a debito, iuſſu mulie

ris promiſit,& ſoluit marito futuro, in hoc tñ differũt q̃a.l.q
ſe debere.loquitur qñ matrimonium non fuit poſtea ſecutũ,
ſed l.ſi quis indebitũ,loquitur qñ fuit ſecutum.Iſta ergo.l.ſi ex
1 traneus.h.d.†extraneus, vel pr̃ dans dotem pro futuro matri-
monio.ipſo nõ ſecuto, repetunt per cõdictione ob cãm.h.d.
¶ In tex.ibi,[& veriſimile eſt in hunc quoque,cum qui dat ſi-
bi proſpicere]tex.iſte innuit,ꝙ agat ex ſtipulatione,vel pacto
interpoſito de reddendo,quaſi extendatur ad illum caſum, li
cet expreſſe non fuerit comprehenſus,niſi in caſu quo matri-
monium contrahatur,& poſtea diſſoluatur,ſed ꝯrium eſt ve-
rius, quia immo agitur condictione ob cãm,vt ſtatim ſequi-
tur,vult ergo dicere,ꝙ ſicut ex pacto,vel ſtipulatione interpo
ſita de reſtituendo, ſi matrimoniũ cõtrahatur, & poſtea diſ-
ſoluatur, apparet de animo, & de intentione dãtis,ꝙ voluit
donare in dictum caſum,q̃a eſt magis fauorabilis.ita credẽdũ
ꝙ noluerit donare,ſi matrimonium non ꝯhatur, quia caſus
eſt nimis fauorabilis.Et ſic non agitur ex ſtipl̃one, vel pacto,
2 ſed condictione ob cãm,qui†caſus omiſſus remanet in diſpo
ſitione iuris communis, & ad hoc allegatur iſta l. quæ diſpõ
eſt,ꝙ illud ꝙ datur ob cãm de futuro, ea nõ ſecuta repetatur
3 ꝑ condõnẽ ob cãm. †Si aut nõ fuiſſet pactus,vel ſtipulatus ſi-
bi reddi ſoluto matri. tunc cenſeretur in dubio, voluiſſe do-
nare,ſi matrimonium ꝯhatur,& iõ ipſo ſoluto matrimonio
competeret repetitio mulieri, vt C.de rei vxo.act.§.accedit. ſi
aũt non ꝯhitur, non p̃ſumitur voluiſſe donare,vt l.ſi ego. in
prin.ſ.de iu.do.& ſ.e.l.ſi donatur⁹.primo rñſo. Apparet ergo,
ꝙ caſus in quo mr̃imonium ſequat̃,magis eſt fauorabilis,ſed
in caſu huius apparet,ꝙ neutro caſu donare uoluerit, & hoc
4 in extraneo,†pr̃ aũt dotãs filiã in ptãte nullo caſu præſumitur
voluiſſe donare,ẽt ſi nõ ſit ſibi ſtipulatus reddi. iõ contracto
matrimonio, & poſtea diſſoluto actio ad repetendum eſt
cõis inter patrẽ,& filiã,exercitiũ vero ſolius pr̃is,vt in l.2.§.ꝙ
ſi in pr̃is.ſ.ſol. mat. Sed ſi ſtipularet̃ pr̃ in vnũ tñ caſum ſolu-
ti matri. puta, ſi diſſoluatur morte mulieris, cẽſetur voluiſſe
donare in aliũ caſum ſimilẽ,ſi diſſoluatur morte mariti,& iõ
in illo caſu eẽt ſolius filię actio,ẽt de iure ãtiquorũ,quia ille eſt ca
ſus in quo illo iure erat capax filiafamilias, & iſte eſt caſus in
l.ſi cum dotem,in prin.ſol.mat. De qua gl.opponit,& ẽt tunc
de iure Digeſto. in tali dote hẽbat hæredẽ ipſa filia, licet eſſet
5 in patria ptãte,vt plene no.Bar.in l.poſt dotẽ,e.tit.†Item intel
lige hanc l. qñ extraneus nõ rogatu mulieris ſoluit dotem ꝓ
futuro matrimonio, quo caſu eo non ſecuto cõpetit directa
condictio ob cãm,& recta via,ſi aũt rogatu mulieris ſoluiſſet
nõ p̃cedente ꝓmiſſione,tunc ipſa mulier cenſetur ſoluiſſe,&
iõ ſibi competeret ob cãm ꝯ recipientem,& ipſe tenetur dãti
ea. condictione, ſed cedendo illam q̃ hẽt ꝯ recipientem, li-
beratur,& iõ vt euitetur circuitus ẽt ſine ceſſione competit ſi
bi,& iſta hẽtur in l.dñs teſtõ. ſ.de cõd. ind.vbi omnino vide ꝑ
Bar.iſto mõ limita hanc l. ſubtiliter. item dixi,ꝙ non præceſ-
ſit promiſſio,alias dic,vt ſ.prox.ad quam veniamus.

LEX VII.

2 *Debitor putatiuus ſi iuſſu mulieris tantum ignoranter ſoluit dotem pro fu-
turo matrimonio,eo non ſecuto,dabitur mulieri repetitio ſoluti,ſed ſi vl
tra iuſſum promiſiſſet,ipſe,non mulier repetet.*
3 *Tutus exceptione doli ſoluens quando repetat.*
4 *Doli exceptio quotuplex ſit,& an iſtis exceptionibus doli poſſit renũciari.*
5 *Debitor verus promittens,& ſoluens dotem pro futuro matrimonio,qua-
re ipſo iure non liberetur a muliere,& ipſe non ſecuto matrimonio repe
tit.& num.1.*
6 *Sciens ſe non eſſe debitorem,ſi promittat pro futuro matrimonio,an poſſit
compelli ad ſoluendum.*
7 *Si teneor tibi conditione ſi aliquid feceris,& interim tibi ſoluo,non videor
donare,ſed anticipare ſolutionem,vt citius facias.*
8 *Quòd in dubio cenſeatur quis ſoluiſſe pro ſua obligatione etiã conditionali.*
9 *Ratihabitio non requiritur,vbi non præceſſit iuſſus.*

1 QVid ſe debere. † Extraneus promittẽs
dotẽ ꝓ futuro mr̃imo-
nio tanq̃ debitor mulieris, cum non ſit,& ſoluẽs
ignoranter non ſecuto matrimonio repetere põt
ꝑ cõdõnẽ ob cãm, q̃a ſi ſoluiſſet mulieri.repeteret ꝑ condõ-
nẽ indebiti, ſed ſi ſoluit ſcienter, non repetit ipſe,ſed mulier
cui cenſetur voluiſſe donare, & ſic ſi ſoluiſſet,nõ repeteret ꝑ
condictionẽ indebiti. Sed ſi erat verus debitor matrimonio
nõ ſecuto indiſtincte repetit ipſe, licet ſi ſoluiſſet mulieri,nõ
repeteret, quia fuiſſet conſecutus liberationem, ſed hoc caſu
eam conſequitur mero iure, ſed bene cõſequitur ꝑ exceptio-
nẽ ſi paratus eſt cedere mulieri cõdi.ob cãm,quã hẽt.h.d.iſta
difficilis lex vſq; ad §.fundus, & ponit tres caſus quorũ quili-
bet eſt difficilis ad ſuſtinẽdũ.& gl.multũ laborat,& eſt diffici-
lior q̃ tex.primus eſt,qñ ꝓmiſit, & ſoluit indebitum ignoran
2 ter.ſecundus,qñ ſcienter.tertius qñ ſoluit debitũ.¶†Veniam⁹
ad caſum,ꝯ primam opp. ꝙ non competit cõdõ ob cãm ipſi
putatiuo debitori ſoluenti, ſed competit ipſi mulieri, cuius
noĩe illi cenſet̃ ſoluiſſe, poſtq̃ eius iuſſu, & ſic vr̃ ſoluiſſe mu-
lieri,& mulier poſtea illi ſponſo, ut hic habetur in gl.quæ in-
cipit ſatis.& qđ hẽtur in l.dñs teſtõ. de condi.inde.Sol.ꝯrium
procederet,ſi duntaxat ſoluiſſet iuſſu mulieris, & nõn promi
ſiſſet,ſed quia prius ꝓmiſerat, cẽſet̃ ſoluiſſe noĩe ſuo, & pro
ſua ꝓmiſſione,iõ ſibi cõpetit recta via cõdõ,& non mulieri,
ꝓut ẽt in ſimili voluit gl.fin.q̃ incipit,& remanet.iſtæ opinio-
3 nes formant̃ in gl. ¶†Scđo opp.ꝯ rõnẽ quã facit iuriſconſul-
tus in ver.qñ puta.Sed nõ repetit ꝑ ꝯdictionẽ ob cãm, q̃a ſol
uit indebitum ignoranter, cum aduerſus mulierẽ eſſet tutus
exceptione doli, & ſi ſoluiſſet ſibi repeteret ꝑ ꝯdictionẽ inde.
Contra ꝙ imo non repeteret, q̃a exceptio doli eſt odioſa, &
nõ inducit repetitionẽ ſoluti, vt l.qui exceptionẽ.de cõdictio
ne indebiti, ſed ſi ita eſt,nec repetere potuit ꝑ condõnem ob
cãm, vt hic in ver.ſed ſi cũ ſciret.huius timore gl.3.quã puto
4 nõ fuiſſe † Accu. quia idem contrarium repetitur in alia gloſ.
mag.dicit,ꝙ quadruplex eſt exceptio doli, prima in ſpecie eſt
odioſa, & ꝓcederet cõtrariũ,ſed tũc nõ hẽt locũ iſta l.in aliis
ſpecieb.eſt fauorabilis,& in eis p̃t procedere iſta l.gl.bñ dicit,
præterquam in prima ſpecie, dũ dicit, ꝙ qñ naſcitur fauore
doli cõmiſſi tp̃e cõtractus eſt odioſa, nã iſtud nõ eſt verũ, q̃a
dr̃ odioſa,& non inducit cõdictionẽ indebiti, qñ cõpetit de ri
gore iuris cõtra nãlẽ æquitatẽ.vt eſt exceptio Macedoniani,
& ẽt doli ſuccedens loco illius, q̃a nãlis æq̃tas dictat, ꝙ filiuſ-
fami.pecuniã quã accepit mutuo,reſtituat.l.q̃a nãlis.ſ.ad Ma
ced. Sed rigor iuris dictat contrariũ, in odiũ creditorũ,l.vt ſi
pęnæ.ſ.de cond.inde.ſed ſi dolo,vel metu induxit me ad pro-
mittendũ,tunc exceptio doli,vel metus mihi cõpetens eſt ſm
nãlẽ æquitatẽ,q̃a non ſponte promiſit,iõ dr̃ fauorabilis,& in
ducit repetitionẽ ſoluti, multo magis q̃ aliæ exceptiones, in
quib.non interuenit delictum creditoris, & iſta fuit theorica
Petr.& Cy.in l.j. ꝙ metus cau.de qua Bar. hic non meminit,
ſed tranſit cum glo.de quo miror. In oĩbus ergo ſpẽb.tactis ꝑ
gl.p̃t procedere.l.iſta,& an iſtis exceptionib. doli poſſit renun
ciari, vide Bar.in l.ſi q̃s cũ aliter, de verb.obl.iſtud idem cõtra
riũ repetit̃ in alia gl.q̃ inci.[qñ pro quãuis,] & dat̃ alia ſol̃o,
ꝙ iſta non ſit bona rõ, q̃ ponitur in tex.& exponitur,qñ pro
quãuis,& ſic veniat aduerſatiue, & ſit ſenſus,ꝙ quãuis aduer-
ſus mulierẽ eſſet iſte tutus exceptione doli, & ſic ſi ſibi ſoluiſ-
ſet, non repeteret ꝑ condõnẽ indebiti, ſi tñ ſoluit ſponſo,re-
petit per condõnẽ ob cãm, quæ eſt de futuro,quæ non eſt ſe-
cuta, ſed ſi ſoluiſſet mulieri, ſoluiſſet duntaxat ex cã de præ-
terito, quæ non inducit repetitionem, ſi erat odioſa, & iſtud
vult dicere gl.in effectu. Certe iſta ſol̃o non eſt bona,quia ſo-
lus defectus cauſæ de futuro non ſufficeret ad inducendũ con
dictionem indebiti, vt hic in verſi. [ſed ſi cum ſciret.]tene er-
go ſol̃onem pręcedentẽ. Et conclude, ꝙ vbicunque ſi ſoluiſ-
ſet mulieri.non repeteret per condõnẽ indebiti, q̃a forte erat
tutus tali exceptione q̃ illã condõnẽ non inducit,idem ſi ſol-
uit alteri ob cãm de futuro,illa non ſecuta non habet cõdõ-
5 nẽ ob cãm,& iſtud vult hic Iac.But. ¶†Sed opp.tertio contra
hoc de ver.[ſi autẽ vere.]nam ibi ſi ſoluiſſet mulieri,non re-
peteret, quia ſoluiſſet verum debitũ, & tñ ſi ſoluit ſponſo, re-
petit non ſecuto mr̃imonio, ꝑꝑ hoc quidã ſubaudiunt hic,
maxime,ſed truffa eſt,q̃a dico,ꝙ non ſufficeret, ut ſ.dictũ eſt.
dic ergo,ꝙ aliud eſt qñ ſoluit debitũ, nam tũc ſi ſoluiſſet mu
lieri,iõ nõ repeteret,q̃a fuiſſet ipſo iure liberatus, ſed ſi ſoluit
ſponſo ob cãm de futuro, ipſo iure non liberatur a muliere,
vt ibi patet, iõ ipſe acquirit condictione ob cãm,quã tñ cedẽ
do liberatur,cũ ſoluit indebitũ,& ſic non plus conſequit̃ ſol-
uẽdo mulieri,q̃ ſoluẽdo ſpõſo,q̃a nõ tractat̃ de liberatione,
cum non ſit debitor. Iõ ad hoc adhibet̃ diſtinctio,quã ſ.dixi.
¶Vltimo oppo. nã exceptio eſt actionis excluſio,& vbi non
eſt actio ꝓprie non eſt exceptio.Sed in iſta ꝓmiſſione q̃ facta
eſt ſponſo inerat tacita condõ.ſ.ſi matrimoniũ cõtrahat̃,vt l.
ſtipl̃onem,de iure do.& añ cõtradictionis euentũ nõ eſt nata
actio,ut l.cedere diẽ,de verb.ſig.illa fatet̃ contrariũ,ꝙ hic po
nit̃ exceptio doli improprie, ꝓ exceptione intentionis.Iſta gl.
vr̃ intelligere tex.vt velit dicere, ꝙ iſte ꝓmiſſor erat tutus ex-
ceptione doli aduerſus ſpõſum,cui ꝓmiſerat,ſed certe tex.nõ
vult hoc dicere,ſed ꝙ erat tutus aduerſus mulierẽ,ꝓ qua pro
miſerat.Iõ iſta oppoſitio nõ meruit ſignari, q̃a nõ põt intelli
gi de exceptione ꝓprie loquẽdo, vt eſt illa quæ ſuccedit loco
exceptionis pacti, vel iuriſiurãdi,& iſtũ intellectũ habuit pri
ma gl.mag. in fi. ſed nõ eſt bonus, vt dixi, & ita intelligit Iac.
But.& oẽs.¶Circa ſm dictũ,qñ ꝓmiſit,& ſoluit ſcienter,opp.
ex̃ gl.ꝙ nõ ſecuto mr̃imonio,repetat ipſe ſoluẽs,nõ mulier,
vt ſ.l.ꝓx.& l.ſi ego,in prin.ſ.de iure dot. So.ꝯtrariũ ꝓcedit.qñ
ex̃neus non ſoluit ob cãm de p̃terito,tanq̃ debitor,ſed ex ſua
propria liberalitate,quo caſu non p̃ſumit̃ voluiſſe donare,vt
C.de rei vxo.actio.§.accedit,niſi fuerit ſtipulatus,vel pactus ſi
bi reſtitui,ſed hic ſoluit tãq̃ debitor, & ſic ob cãm de p̃terito,
q̃ ſciebat falsã,vñ vr̃ voluiſſe donare pure, & ſimpl̃r ipſi mu-
lieri ergo &c.l.& donatur⁹ ĩ prin. ¶Itẽ opp.ĩ gl.q̃ incipit ſatis,
ꝙ non cõpetat mulieri, q̃a ipſa nõ ſoluit,& repetitio cõpetit
ſoluenti

ſoluēti.So.verū eſt,nō ſoluitur vere,ſed ficte cēſetur ſoluiſſe,
quia ſoluiſſe vr̃ mulieri per prius, & mulier ſponſo.argum.in
5 l.4.§ fi.ȷ̃.de dona.inter vi. † Sed quærit gloſ.quid ſi ꝓmiſit,nō
dum tñ ſoluit,cū ſciret ſe non eſſe debitorem? gl.dicit,ꝙ tene
tur ſoluere,& pōt per ſponſum,compelli ad ſoluendū,& mu
lier habet actionem ꝯ ſpōſum, qui tñ liberatur cedēdo actio-
nem, q̃ hēt ex promiſſione. iſta gl.vr̃ male loqui, quia nullā
actionem vr̃ hēre ſponſus ex promiſſione cōdōnali, nō im-
pleta cōdōne.Sol.ſm Bar.verū eſt.ꝙ ineſt cōdō reſpectu ſpō-
ſi,cui voluit teneri,niſi ꝯhatur matrimoniū. ſed reſpectu mu
lieris cui voluit ſimplr̃ donare,nō ineſt cōdō. Et iō actio,quæ
eſſet inutilis ſponſo cedēti,erit vtilis mulieri ceſſionariæ,ſicut
in ſimili habetur in l.fi.& in prin.C.de iure do.¶Circa tertiū,
& vltimum caſum,quando erat verus debitor,opp.ꝙ non re
petat per condictionem ob cauſam, ſed per condictionē in-
debiti,quia non erat debitor ipſius ſpōſi ex ſua promiſſione,
non impleta tacita condictione,vt l.ſtipulationē,de iure dot.
ergo interim ſoluendo datur condictio indebiti,vt l.ſi condō
ne.ȷ̃.de condict. indebi. Gl.quæ incipit condicere, dicit,ꝙ hic
non pōt dari condictio indebiti, quia ſciebat ſe non eſſe debi
torem, ſed quia cā non eſt ſecuta, datur ob cām. Iſta ſolutio
non videtur bona, quia ſi ſciebat ſe non eſſe debitorem, vr̃,
ꝙ videat̃ donaſſe,& ſic nec indebiti,nec ob cām vr̃ compete-
re.Solutio,iſtud eſſet verū,ſi ſoluiſſet ſimpliciter,tanq̃ ſi eſſet
debitor,ſed hic nō ſoluit tanq̃ debitor,ſed ob cām de futuro,
vt matrimonium ꝯhatur. & ſic non vr̃ donare, & illa tacita
condictio,conuertitur in cām.Quod puto verum,quoticſcū-
que implementum condictionis dependet ex poteſtate reci-
7 pientis, † nam cum teneor tibi ſub condictione,ſi aliquid fe-
ceris, & interim tibi ſoluo,non videor donare, ſed anticipa-
re ſolutionem,& ſoluere,vt citius facias,licet non teneor ſol
uere,niſi cōdictione prius impleta, hoc probatur hic in tex.
& gl.ſecus, ſi nō pēdebat ex ſua poteſtate,quia ceſſaret ratio
ꝑdicta.Vltimo opp.in glo.fi.ꝙ iſte verus debitor ſoluendo de
mandato mulieris,liberetur ipſo iure a muliere,quia cēſetur
mulieri ſoluiſſe,ut l.ſolutum. ȷ̃.de ſolu.cuius contrarium hic
dicitur.Dicunt quidam,ꝙ illud,qñ ſoluiſſet pure, & ſimplici
ter,& ſic irreuocabiliter hic ſoluit ob cauſam de futuro, &
ſic irreuocabiliter,ſi cauſa non ſequatur hæc ſolutio non pla
cet,quia non eſt curandum, quid ſequatur de cauſa,ex quo
ſoluit de mandato creditoris. Dic ergo contrarium procede-
re,ſi ſoluiſſet,& ꝑ prius non promiſiſſet, quia non videretur
ſoluiſſe noīe mulieris, & ſic fingitur prius ſoluiſſe mulieri,
ſed hic proceſſit ꝓmiſſio,quia ſic iuſſit mulier,vñ poſtea ſol-
uēdo,cēſetur ſoluiſſe nomine ſuo, & pro ſua obligatione,
qua promiſerat illi, vñ non tollitur ipſo iure obligatio, qua
ipſe tenebatur mulieri,quia pro illa nō eſt ſolutum,ſed tolli-
tur de æquitate ꝑ legē Papinianus, cum ibi no.infra manda.
Sed contra glo.ꝙ hec de æquitate, & imputet ſibi quare ſol-
uit añquam matrimonium contrahatur, quia iuſſus mulie-
ris,ꝙ promitteret ſoluere,habebat in ſe eandem conditionē,
ſi matrimonium cōtrahatur. Imputet ergo ſibi,quare ſoluit
prius.Vñ vr̃, ꝙ non liberetur actionem credendo. cuius ꝯriū
hic dicitur.Certe difficilis eſt oppoſitio gl.& Doc.hoc non tā
gunt, ſed dico ſpeciale fauore matrimonij, & ꝙ hoc non ſit
imputandum,quia cenſetur ſoluiſſe, vt citius matrimonium
contrahatur, nec video aliam ſolutionem dari poſſe. Poſtea
glo in fin.vr̃ contrariari ſibiipſi, dum dicit, ꝙ ipſe repetit, &
nō mulier,poſtea dicit econtra, ipſa mulier,quaſi ſuo nomi-
ne,ſcilicet mulieris videatur ſolutum. Tu dic, ꝙ non nomi-
ne mulieris,ſed nomine ſoluentis,pro ſua promiſſione,quod
nota, & ſic ſuppletur.l.indebitum. infra de condictione inde-
8 biti,& dicta l.Papinianus. †In quibus habetur,ꝙ in dubio cē
ſetur quis ſoluiſſe pro ſua obligatione. Nam.hoc eſt verū nō
ſolum qñ eſt pura,& efficax,immo ēt qñ erat conditionalis.
tex.eſt hic cū gl.& ꝙ vltimo loco dixit glo.ipſa ratum haben
9 te non bene dicit. † Quia non requiritur ratihabitio,poſtquā
præceſſit iuſſus, vt lege ꝓcurator.ȷ̃.de condictione indebiti.

1 Fundus dotis. †In hac condictione veniūt cum rebus acceſſiones naturales. hoc
dicit.Quæro.qūo veniunt, an poſſunt condici iure actionis.
ſolum iudicis officio mercenario? & videretur hoc vltimum
verius.quia condictio ob cauſam ꝯhitur re ipſa, ſicut condō
indebiti, & certi cōdictio ex mutuo,ꝙ ſic ꝯhitur ad id, ꝙ fuit
ſolutum,ſed fructus ꝑcepti per illum qui recepit fundū,nun-
quam fuerunt ſoluti,ſed ſolus fundus. Ergo vr̃,ꝙ ad ſolū fun
dum competat, licet iudicis officio mercenario veniant fru-
ctus, & ideo lata ſententia ſuper fundo, nō facta mētione de
fructibus,non poterūt fructus per ſe poſtea condici ꝑ l.4.C.
depoſiti.ꝯrium dic. quia licet iſtæ condictiones re ꝯhant̃,nō
tñ ſolum ad id quod traditū eſt,ſed etiā ad id in quo recipiēs
factus eſt locupletior,licet nunquā fuerit traditum, vt ȷ̃.de cō
di.inde,l.ſi non ſortem. §.ſi libertas, ante fin.ibi. [nempe hoc
ſolum.]& l.in ſumma.§.in frumento. Item quero a quo tem
pore veniunt fructus? vr̃, ꝙ a tempore lit.conteſt. tantum.cū
ſit ſtricti iuris.l.cum fundus,in prin.ȷ̃.ſi cer.pet. certe illud ve-
rum,quando peto illud,quod non eſt,nec vnquam fuit meū,
& quando non ago ad reſtituendum, ſed ad dandum.Si autē
ad id,quod eſt, vel, quod fuit meum,vel ad reſtituendum,ve-
niunt fructus non ſolū percepti poſt litē cont. vel ēt poſt mo
rā,ſed ēt añ morā,quatenus eſt locupletior, vt l. videamus,in
prin.& §.in fauiana.& §.ſi actionē.ȷ̃.de vſur.& ibi oīno vide.

LEX VIII.

1 *Datum ob cauſam futuri matrimonii quouſque ſpes eſt, ꝙ poſſit contrahi, & recipiens non eſt in mora, non poteſt repeti propter cauſam non impletam, nec etiam propter penitentiam niſi recedatur, quatenus de facto proceſſum eſt ad ſponſalia vera, vel ficta.*

2 *Matrimonium contractum per verba de præſenti non validum propter ætatem, an habeat vim ſponſaliorum de futuro.*

3 *Quod talia ficta ſponſalia, ſint maioris efficaciæ, quàm vera ſponſalia contracta expreſſe per verba de futuro, & quare.*

4 *Sponſalia per verba de futuro per ſuperuenientem ætatem legitimam non tranſeunt in matrimonium de præſenti, niſi carnalis copula, ſeu verba de præſenti interueniant.*

5 *Matrimonium contractum per verba de præſenti ſi non teneat, non datur actio de dote, ſed condictio ob cauſam ad repetendum datum, quæ tunc eſt ita priuilegiata, ſicut actio de dote.*

6 *Affinitas proprie contrahitur inter conſanguineos mariti, & vxorem, & econuerſo inter conſanguineos vxoris, & maritum.*

7 *Qui cognouit aliquam carnaliter, etiam illicite, non poteſt contrahere matrimonium cum aliqua illius conſanguinea, vſque ad quartum gradum de iure canonico.*

8 *Verba ſunt intelligenda rebus ſic ſe habentibus.*

9 *Renuncians omni iuri, quod habet, vel habere ſperat, debet intelligi de eo, quod ſperat habere ex aliqua cauſa de præſenti.*

1 Quod ſeruus. †Datum ob cām futuri mr̃imonij quouſq; ſpes
eſt, qđ poſſit ꝯhi, & recipiens non eſt in mora,
non pōt repeti ꝑꝑ cām non impletam,nec ēt ꝑꝑ
penitentiam niſi recedatur quatenus de facto proceſſum, eſt
ad ſponſalia vera, vel ficta.h.d.iſta pulchra lex. Et ponuntur
hic duo caſus.Primus,qñ peruenerunt ad ſponſalia per verba
de præſenti, tamen matrimonium non tenebat, quia alter
iſtorum non erat legitimæ ætatis, & ſic cā erat impleta de fa-
cto,ſed non de iure,vñ videbatur, ꝙ ſtatim poſſet repeti datū
per l.3.§.ſi liber hō. s̃.eo. & hoc dixit Seruius in libro de doti-
bus Sed Iuriſconſultus determinat ꝯriū,& non poteſt repeti,
niſi ab illo matrimonio ſic de facto contracto, de facto rece-
dant quouſque vero ſunt in eodem habitu matrimonij,repe
titio,ceſſat,nec ob. §.liber homo, quia ibi cā erat impleta de
facto,& non ſperabatur poſſe impleri de iure,hic ſic; & iō ſi
nō poſſet hic impleri de iure,puta matrimoniū nō tenebat,
quia erāt conſanguinei in gradu prohibito,cōtraxerūt tamē
ignorantes,ur̃,ꝙ ēt ſi perſeuerant in eodē habitu, habeat lo-
cum repetitio per illum §.ſi liber homo, & per iſtam l. in fin.
a contrario ſenſu,dum dicit quandiu peruenire poteſt.& dic,
ꝙ ceſſat hic repetitio ex capite cauſæ non impletæ,quia tunc
dr̃ non impleta, qñ ceſſat ſpes implendi, & qñ recipiens non
fuit in mora,ſed hic neutrum iſtorum erat,ceſſat ergo ex ca-
pite pnīæ, quia pnīa dēt fieri de cauſa implenda, vel de ꝯ̃ctu
celebrato,ut s̃.eod.l.ſi pecuniam, ſed quouſque perſeuerant
in eodem habitu matrimonij,nō cēſentur penitere de cā im-
plenda,nec de ꝯ̃ctu celebrato.Secundus caſus eſt, qñ ꝯxerunt
ſponſalia per verba de futuro, & tunc idem eſt dicendum ꝑ
2 oīa.†Sed quæro ſi ꝯ̃xerunt per verba de pn̄ti, non tñ valebat
matrimonium ꝑꝑ ætatem, an tale matrimonium hēat vim
ſponſaliorum de futuro? rñdeo,non,de iure ciui.ut ȷ̃.de ſpōſa
li.l.quæſitum,ſed de iure cano.ſic, tex.eſt in c.j.ȷ̃.de ſponſ.im-
pu.in 6.& effectus eſt magnus,quia de iure cano. ex ſponſali-
bus ꝯhitur quædam prohibitio, q̃ vocatur publicæ honeſta-
tis iuſtitia,q̃ non erat cognita de iure ciuili, nam ſi ꝯxi ſpon-
ſalia cum Berta. ipſa mortua, anteq̃ ꝯhatur matrimonium
non poſſum contrahere cum alia eius conſanguinea vſque
ad quartum eius gradum, ſicut ſi contraxiſſem matrimoniū
ꝑꝑ impedimētum publicæ honeſtatis iuſtitiæ. Si ergo ex mr̃i-
monio de facto contracto per verba de præſenti non reſul-
tarent ſponſalia de futuro ſecundū ius ciuile, nec reſultaret
ēt. hoc impedimentum, ſed ꝯrium eſt verius, & hoc vult il-
3 lud.c.¶†Et no.ꝙ iſta ficta ſponſalia,q̃ reſultāt ex tali mr̃imo-
nio de facto cōtracto ꝑ verba de præſenti,ſunt maioris effica
ciæ,q̃ vera ſpōſalia ꝯ̃cta exp̃ſſe,ꝑ verba de futuro,quia prima
a ſuperueniēte ætate legitima trāſeunt [a] in mr̃imoniū de p̄ſen-
ti,

ADDITIO.

a Tranſeunt.Vide Bal.conſi.394.& 399.j.lib.conſi.248.j.lib.&, an ſpōſus, & ſponſa poſſint cogi ad contrahendum matrimonium per verba de præſenti, vide Abb.conſi.48.& an dos data ob matrimonium non ſecutum habeat priuilegia dotis,vide Bal.conſi.16.2.lib.

ti,qualitercunque poſſit conſtare, ꝙ illi perſeuerauerunt in
eadem voluntate,vt quia ſemel manſerunt,ēt ſi non interue
nit copula carnalis,vt ꝟ.de ritu.nup.l.4. & de adulte.l.miles.§.
quærebatur.& l.ſi vxori.§.ſi minor,& quod ibi no.per Barto.
4 †ſponſalia vero per verba de futuro, per ſuperuenientem æta
tem legitimam non tranſeunt in matrimonium de præſenti,
etiam ſi appareat de perſeuerantia in tali eadem voluntate,
niſi interueniat carnalis copula, vel verba de præſenti.Iſta ha
bentur per Ioan.And.in nouella. in d.c.j.de deſpon. impu. &
ideo iſte tex. hic,dum dicit (priuſq̃ vtraq; perſona iſtā habeat
ætatem) loquitur in primo caſu, qñ contraxerunt per verba
de præſenti,& innuit, ꝙ per ſuperueniētem ætatem legitimā
tranſeunt in matrimonium, quod intellige ſane,vt dixi,qñ ſi
mul ſtabant,vel alia ſigna perſeuerātiæ voluntatis apparent,
5 alias ſecus. †Eſt etiam alia differentia, quia qñ contraxerunt
per verba de præſenti. licet non teneat matrimonium, & ſic
ſi peniteat,non detur actio de dote, ſed cōdictio ob cauſam,
vt hic,tñ illa ɔdictio ob cā erat ita priuilegiata, ſicut actio de
dote,quia datur ꝓ dote putatiua, vt l.ſi cum dotem.§.fi.ſol.ff.
ma.ſed ſi contraxerunt ſponſalia tñ de futuro, non eſt priui-
legiata, quia non datur pro dote putatiua. ſciebat.n.vel ſcire
debebat,ꝙ non erat dos,niſi contracto matrimonio per ver-
ba de præſenti. In glo.quæ incipit ideſt.ibi,ſed nec repudium,
h.d.gl.ꝑꝑ id, qđ ſ.dixi,quia iſti nec ſunt coniuges,nec ſponſi,
vt d. l.quæſitum, ſed de iure cano.dicuntur ſponſi, vt dictum
6 eſt in gl.quæ inci.cæpta.ibi ſed tñ improprie,†nam proprie lo
quendo affinitas ɔ̃hitur inter conſanguineos mariti, & vxo-
rem,econuerſo inter conſanguineos vxoris, & maritum,nō
aũt inter vxorem,& maritum. ipſi.n.nō ſunt affines, ſed prin-
cipium affinitatis, nam affinitas inducit prohibitionem ma-
trimonij, quia mortua vxore non p̃t maritus ɔ̃here cũ alia
conſanguinea illius,vſq; ad quartũ gradũ affinitatis, & econ
uerſo,vt in c.non debet,de conſan.& affini.vñ ſi ſponſi eſſent
affines,nō poſſet poſtea matrimoniũ ɔ̃here, hoc vult iſta gl.
ſed nec inter conſanguineos ſponſi ad ſponſam ɔ̃hitur affini-
tas.Vñ mortuo ſponſo de iure ciuili,poſſet ſponſa nubere al-
teri conſanguineo ſponſi, ſed de iure cano.nō,ꝑꝑ impedimē
tũ iuſtitiæ publicæ honeſtatis.Contrahitur ēt affinitas de iure
7 canonico, ꝑꝑ copulā carnalē abſq; alio matrimonio. †Nam
ſi quis aliquā cognouerit(ēt illicite) non p̃t ɔ̃here cũ aliqua il
lius conſanguinea,vſq; ad quartũ gradũ,de hoc habetur ĩ tit.
8 de eo qui cogno.conſan.vxo.ſuę. ¶†In gl. fi.ibi, ſed ſm̃ p̃ſens
iudicamus,& reb.ſic ſe habentib.No.iſtā gl. quæ ſemꝑ allega-
tur,ꝙ verba ſunt intelligenda, reb. ſic ſe habētib.facit qđ no.
Inn.in c.cũ te.de reſcri.in gl.magna circa mediũ & l.fin.C.de
ſponſ.& l.ex facto,de vulg.& pupi.& vide quod no.Bald.in l.
9 clari iuris.C.de fideicom. †Item allegat̃ iſta gl.ꝙ ſi aliqs renũ-
ciat omni iuri,qđ habet,vel habere ſperat dēt intelligi de eo,
qđ ſperat hēre ex aliqua cā de p̃ſenti. puta, ſi aliqd ſibi dēbat̃
ſub condōne, nō aũt de eo qđ ex cā de futuro ſuperueniēte,
poſt renunciationē,ſm̃ Bar.hic,& l.ſi vxor.§.diuus.ꝟ.de adul.

LEX IX.

1 *Datum ob cauſam futuri matrimonii per extraneum volentem ſimplici-*
*ter mulieri donare,ſiue ſequatur matrimonium,ſiue non,per ipſum dan*
*tem non repetitur. Sed per mulierem. Sed ſi vult donare, eo caſu quo*
*matrimonium contrahatur, tunc ſi non contrahatur,ipſe repetit.*

1 L.Si donaturus. †Datum ob cām futuri matri-
monij per ex̃neum volentem
ſimpliciter mulieri donare,ſiue ſequatur matrimonium,ſiue
non per ipſum dantem non repetitur, ſed per mulierem, ſed
ſi vult donare,eo caſu quo matrimonium ɔ̃hatur,tunc ſi nō
ɔ̃hatur,ipſe repetit.h.d.in dubio præſumitur hoc ſm̃,vt in l.ſi
ego.in princ.ꝟ.de iure do. & iō in primo caſu huius. l.mulier.
habet neceſſe, ꝙ ille voluit ſibi ſimpl̃r donare, in ſcđo, vero
caſu pactum de reſtituendo, ſi matrimonium nō ɔ̃hitur, fuit
ſuperfluum,quia ſi ēt non interueniſſet, potuiſſet repetere,vt
d.l.ſi ego.hoc tñ plus operatur pactum,quia non ſolum com
petat condictio ob cām,quia cā nō ſecuta,ſed ēt oritur actio
p̃ſcr.ver.ex illo pacto veſtito cohærentia traditionis, vt no. in
l.j.ꝟ.de don.in glo.mag. & ꝟ.de præſcr.ver. l.ſi dñs.Et primo in
caſu huius. l.conuentio incipit cum muliere, qa nō vellet do
nare, ſimpl̃r mandauit mulier, vt marito futuro traderetur,
& ſic noīe mulieris facta eſt traditio,nĩmirũ ſi ſola mulier re
petit,quia cenſetur primo tradidiſſe mulieri & mulier poſtea
viro.¶Sed glo.opponit, ꝙ imo tradens repetit,matrimonio
non ſecuto.ſ.eo.de l.qui ſe.§.ſi aũt.Et reſpondet,ꝙ,ibi primo
promiſerat, &,poſtea tradiderat, hic non promiſerat,Tu dic,
ꝙ hoc idē, ſi primo promiſiſſet, poſtq̃ voluit in oēm caſum
donare mulieri,ſed in l.ɔ̃ria nolebat donare, ſed ſe liberare a
muliere alteri de mandato ſuo ſoluendo,quo caſu diſtingui-
tur,an præceſſerit promiſſio, & tunc quia poſtea ſoluēdo nō
liberatur a muliere,quia cenſetur ſoluiſſe pro ſua promiſſio-
ne,ideo ipſe repetit mero iure,ſed liberatur cedēdo condictio
nem,vt ibi,ſed ſi non interueniſſet promiſſio ſoluendo alteri
de mandato mulieris eſſet liberatus ipſo iure a muliere. & iō
non repeteret,etiam matrimonio non ſecuto, vt patet ibi ex
notatis in gl.fi.per l.ſolutam.ꝟ.de ſo.

1 *Exceptio doli,quæ obſt.deleganti,non obſt.ei cui facta eſt delegatio ex cau*
*ſa onerosa,niſi quando ad delegantem res eſt reuerſa.Sed delegato con-*
*tra delegantem ſuccurritur.*
2 *Promittens, & ſoluens indebitam pecuniam per errorem pro dote iuſſu*
*mulieris futuro ſponſo,ſecutis nuptiis non repetit a marito,ſed a mulie-*
*re,& quid ſoluto matrimonio:*
3 *Statutum de lucranda dote, habet etiam locum ſi conſtante matrimo.dos*
*non fuit ſoluta,ſed promiſſa, vt eo ſoluto poſſit peti per maritum,qua-*
*tenus eſſet lucraturus,ſi ſoluta eſſet.*
4 *Quid ſi ſtatutum diceret,quod lucretur dotem,& quid ſi matrimonio con*
*tracto per verba de præſenti, mortua eſt vxor antequam duceretur ad*
*maritum,quòd maritus lucretur dotem.*
5 *Exceptio doli obſtat etiam ei, qui petit, ꝙ reſtituturus eſt etiam ex inter-*
*uallo alteri,qui etiam excipienti reſtituturus eſt.*
6 *Annus ad reſtituendam dotem ſoluto matrimonio conceditur miſeratione.*

1 §.Si quis indebitam. ¶†Exceptio doli quæ
ob. deleganti, non ob.
ei cui facta eſt delegatio ex cauſa onerosa, niſi quatenus ad
delegantē res eſt reuerſa. Sed delegato ɔ̃ delegantem ſuccurri
tur.h.d.Bar.loquitur de mã.l.qui ſe debere, qñ ille,qui ſe puta
bat debitorem mulieris, promiſit pro ea dotē. illa tñ loquit̃,
quādo matrimonium non fuit poſtea ſecutum, hæc quando
fuit ſecutum,& ſic non bene congruit huic titu. quia hic, ceſ-
ſat condictio ob cauſam quia hic, cauſa erat ſecuta, licet
contra mulierem ſibi prouideatur per condictionem inde-
2 biti,ſi ſoluit.& ſic melius ſtaret in titu.de cond.ind. ¶†In tex.
ibi,[per errorem.]non procedentem ex cauſa ſua, vt quia pu
tabat ſe teneri ex aliquo contractu, & non erat verum,ideo
repetit a muliere, licet aduerſus maritum ſe non poſſit defen
dere,vt ꝟ.ſequitur.Si aũt putabat ſe debitorem mulieris ex ali
qua cauſa pia,cum tñ non eſſet, puta,erat ſoror,vel alia con
ſanguinea, ad quā dotandam putabat ſe teneri de iure,cum
non teneretur,iuxta no.in l. cum plures.§.3. de admi. tu.tunc
non repeteretur ab ipſa muliere, quia talis error non inducit
repetitionem. Solu.caſus eſt ſingularis in l.cum is.§.ſi mulier.
ꝟ.de cond. ind. & ſic non hēret locum, qđ infra ſubiicitur in
verſi.[itaq;.] ¶In tex.ibi, [& nuptiæ ſecutæ fuiſſent.] ſubaudi
antequam ille promiſſor ſolueret. Vñ nunc conueniebatur,
vt ſolueret, ipſe opponebat exceptionem doli quam poſſet
opponere mulieri,ſi ipſa ageret, certe non pōt opponere,qa
delegatio facta eſt ex cā onerosa, ex qua maritus non dēt re-
manere deceptus, vt habeat vxorē indotatam ꝑꝑ onera ma-
trimonij.¶In tex.ibi,[aduerſus mulierem condō rei cōpetit]
.ſ.indebiti non ob cām.¶In tex. ibi,] ſed ſi ſol.ma.ſ.] maritus
agebat conſtante matrimonio, & ſic ad ſuam vtilitatem,hic
agebat eo ſoluto, & ad vtilitatē mulieris, vt ſibi reſtituat do
tem, certe tunc p̃t ſibi obiici exceptio ſicut poſſet obiici ipſi
mulieri,quatenus mulieri eſt reſtituturus, quatenus eſt reperi
turus ex lucro dotis,ꝑꝑ ſtatutum,vel conſuetudinem,vel pa-
3 ctum,vt hr̃ in gl. ex qua no. ¶†Et ad hoc conſueuit allegari,
ꝙ ſtatutum de lucranda dote, ēt locũ hēt,ſi conſtante matri
monio dos nō fuit ſoluta,ſed promiſſa,vt eo ſoluto poſſit pe
ti per maritũ quatenus eſſet lucraturus,ſi ſoluta eſſet.Ad hoc
l.ſi ſocer.§.Lucius.ꝟ.ſol.ma. & l.Iul.ꝟ.de iur.do. & per Dy.in l.
4 ſed hoc ita.ꝟ.de iud. †Quid aũt,ſi ſtatutum diceret.ꝙ lucretur
dotem datam?vide per Bar.in l.iubemus.C.de ſacroſac.eccle.
in §.ſane. Item, quid ſi matrimoniũ erat ɔ̃ctum per verba de
p̃ñti,& anq̃ duceretur ad maritum.mortua eſt,an debeat ma
ritus lucrari.per Bar.in l.nihil.ꝟ.re.amo.nō tñ exp̃ſſe determi-
nat,& per Cy.in l.non ſane. C.de bo.ma.& vr̃,ꝙ non lucret̃,
qa iſtud lucrum prouenit ꝑꝑ onera matrimonij, vt patet ex
iſto tex.cum gl.fi.& in l.j. C.de impo.lu.deſcri.ſed ipſe non ſu
ſtinuit onera matrimonij, ergo, &c. & iſtam partē plene di-
ſceptando tenuit dñs Bar.de Saly. prout ſemel vidi,cum hērē
de facto. Sed breuiter ɔ̃riũ vidi conſultum per oēs,& eorum
rōnes ſunt magis apparentes,q̃ exiſtētes, nā antequam ducat̃
ad maritum, p̃ñt fieri ſumptus magni.itē pōt eſſe.ꝙ poſtq̃ eſt
ducta,non ſtetit vltra duos,vel tres dies,& mortua eſt,& non
pōt negari, quin tunc lucretur, & tñ modica onera ſuſtinuit.
Iſta ergo cā ꝑꝑ onera mr̃imonij eſt potius impulſiua, q̃ fina-
5 lis. ¶†Vltimo Bar.allegat iſtũ tex. ꝙ exceptio,[a] dolo facis pe-
a tens, quod reſtituturus es. locum habet non ſolum ſi eras re-
ſtituturus mihi ɔ̃ quem agis, ſed ēt ſi alteri, qui eſt mihi reſti-
tuturus,nam iſta mulier eſt reſtitutura huic promiſſori, vt in
ver.[itaq;.] vbi poteſt opponi exceptio agenti ſol.mat.dolo fa
cis petere, quod reſtituturus es mulieri, q̃ reſtitutura eſt,alias
vero ſecus,vt l.ſi ſocer.§.Lucius,ſol.ma. Itē allegatur per Bar.
quòd

ADDITIO.

2 Exceptio dolo facis. Adde,ꝙ iſta exceptio impedit litis ingreſſum Bald.in l.em-
ptor.C.de hære.vel act.vend.& dicit D.Maria.Soc.ſuo conſi.36.col.S.T.

ꝙ illa exceptio locum habet, non ſolum qñ eſt reſtituturus
incontinenti, imo etiam ſi ex interuallo propter dilationem
conceſſam miſerationis cã, nam iure iſto maritus nõ teneba-
tur reſtituere dotem conſiſtentẽ in pecunia „niſi annua,bi-
ma,trima,& hodie intra annũ ſi ſibi eſt ſoluta,ſed ſi nõ eſt ſo
luta, & agat ſol.matr.vt ſibi ſoluatur, & poſſet retinere,vſque
6 ad annum nõ auditur vt hic patet,ꝗa iſte annus cõcedit miſe
rationis cã.C.de rei vx.act. §.exactio. ſecus ſi habebat dilatio-
nẽ ex ꝑctu,ꝙ̃ inhæret ipſi obliga.vt l.fi.§.j.ſ.vt leg.nomi.caue.

LEX X.

1 *Liberatio facta ob cauſam a debito puro,ea non ſecuta condicitur ipſa pecunia debito.*
2 *Quando poteſt agi ad ipſam rem dandam,non agitur vt fiat promiſſio de dando,ſed poteſt agi,vt fiat inſtrumentum de obligatione, & ad hoc iudicis officium implorari.*
3 *Condictio ob cauſam, quando liberatione facta ob cauſam, ſuccedat loco actionis primæ.*

1 SI mulier. †Liberatio facta ob cauſam a de-
bito puro,ea non ſecuta condici-
tur ipſa pecunia debito.h. d. non autem condicit
obligatio , vt in priſtinam obligationem ſe repo-
nat,quia illud, quando obligatio fuiſſet in diem vel ſub con-
dictione ſm gl.vt C.eo.l ſi quis accepto,& ſic no.& ad hoc al
2 legatur iſte tex. cum glo. ꝙ†quando poteſt agi ad ipſam rem
dandam,non agitur,vt fiat promiſſio de dando,quia eſſet ſu
perfluum,bene tamen poteſt agi.vt fiat inſtrumẽtum de obli
gatione,ſi nõ erat factum , & ad hoc debet implorari iudicis
officium,quod dic per Bar.in l.3. §.nunc de effectu,de lib.leg.
3 & l.ſi finita §.eleganter.ſ.de dam. infec. ¶†No. etiam,ꝙ hæc
condictio ob cauſa.ſuccedit loco actionis primæ, quia datur
ad illud, ad ꝙ prima actio dabatur. Videtur tamen debere li-
mitari,vt dixi. in d. l.ſi quis accepto. quando tempore libera-
tionis,pecunia erat parata ſolutioni,& adde hic l.4.§.ait præ-
tor.ſ.de re iudi.ibi ſed ratio, &c.

LEX XI.

1 L.Si hæres arbi. Datum executori vltimæ volun
tatis ſi in cãm debitã non expẽ-
dit,cõdicit̃ ꝑ hãc actionẽ,tene mẽti ꝗa quotidianus eſt caſus.

LEX XII.

1 L.Cum quis mortis. †Reuocata donatio-
ne , cauſa mortis, res
cum ſuis acceſſionibus condicitur.h.d.

LEX XIII.

L.Si filius con. Collatio ob cauſam facta,cã nõ
ſecuta condicitur.h.d.

LEX XIIII.

2 *Procurator quando præſumatur recepiſſe mala fide ſolutionem, & qualiter tunc contra eum agetur. & num. 1. & 11.*
3 *Condictio ob cauſam, quod ſemper concurrat cum condictione indebiti.*
4 *Solutum falſo procuratori,vt ſimplici, ſi erat debitum, & dominus non ratificauit, repetitur a procuratore per condictionem ob cauſam. ſed ſi, vt procurator in rem ſuam, cum non eſſet, per condictionem indebiti.*
5 *Procurator qui habuit mandatum,ſed fuit reuocatum,non dicitur omnino falſus.*
6 *In repetitione indebiti ſoluti procuratori, non refert, an nunquam habuit mandatum. vel habuit, ſed fuit reuocatum.*
7 *Soluens indebitum procuratori reuocato, poteſt a domino repetere, ſi ignorabat reuocationem.*
8 *Debitor in genere, vel in quantitate ſoluens procuratori, qui nunquam habuit mandatum, non liberatur, & quid in debitore certæ ſpeciei.*
9 *Soluens debitum procuratori reuocato, ſciens reuocatum eſſe mandatum non liberatur ſi dominus non ratificat, nec ſolutum repetit, & quid ſi eſt procurator in rem ſuam.*
10 *Si dominus ratificauit liberatur ſoluens a domino, & dominus per actionẽ negotiorum geſto. repetet a falſo procuratore.*

1 SI procuratori. ¶†Si dñs ratificat ſolutio
nem factam falſo procu
ratori , repetit ita demum ſolutum,ſi erat indebi-
tum,& ab ipſo domino , non a procuratore. hoc
primo . Sed ſi non ratificat repetitur tam debitum,ꝙ̃ indebi-
tum,& ab ipſo procuratore,non a domino.hoc ſecundo.Qñ
tamen erat debitum, non repetitur per condictionem indebi
ti,ſed per condictionem ob cauſam , tãquam ob rem datam
re non ſecuta.Hoc tertio.& ſi procurator recepit mala inten
tione, vt ſibi lucretur, cõmittit furtum ſiue debitum,ſiue in-
debitum recepit,& vltra condict.inde. vel ob cãm tenetur,&
condictione furtiua,& actione furti hoc quarto,& vltimo di
cit iſta l.difficilis in gloſ. & in materia quam credo multum
clare,& late expediuiſſe in repetitione huius l.quam feci Flo-
2 rentiæ†ann.M.cccc.primo, & continet quatuor dicta. ſm qđ
patet in ſummario. Secundum ibi[quod ſi dominus.tertium
ibi,[non autem.quartum]ibi,[vel quod furtum.] & primum
dictum loquitur,quando dñs ratificauit,alius qñ non ratifica
uit.Item vltimum dictum refertur tam ad caſum , qñ recepit
debitum,ꝙ̃ quando recepit indebitum,potuit.n. recipere bo-
na fide, & tunc datur condictio indebiti , ſi erat indebitum,
vel ob cauſam ſi erat debitum , & non condictio furtiua &
poteſt recipere mala fide,& tunc datur condictio furtiua vna
cum prædictis , hoc autem ex poſtfacto cognoſcitur, quia ſi
portauit ad dominum , & ille noluit recipere.creditur bona
fide recepiſſe, modo, vt ipſi lucretur. arg.ſ.ad Maced. l.Iulia-
nus.§.proinde.ver.intelligendumque.ſi autem non portauit,
ſed conſumpſit, præſumitur, quod mala fide, ita not.per gloſ.
& Docto.in l.cum quis. §.primo. infra de ſolut. poteſt etiam
vltimum dictum referri ad primum caſum , quando domi-
nus ratificauit , nam ſi ſolutum eſt indebitum , propter hoc
procurator non deſinit teneri condictione furtiua,ſed condi-
ctione indebiti, ſic debebit tamen illa condictio furtiua cedi
domino,ſi ſoluens agat contra ipſum condictione,vt l.ſi ven
ditor.§.ſi Titius. ſupra de furt. per quem.§.principium huius.
l. in pluribus declaratur , & ſuppletur , vt ibi omnino vide.
3 ¶†In prima parte in tex. ibi. [ſed ipſe dominus tenetur].ſ.cõ-
dictione indebiti poſtquam ſolutum erat indebitum,& hoc
dicitur in d. §. ſi Titius. ſi autem fuiſſet debitum , non poſſet
repeti hoc caſu,poſtquàm dominus ratificauit, quia ſoluens
eſſet liberatus,ut ibi habetur. puto etiam,ꝙ quando eſt inde-
bitum non ſolutum cõdictione indebiti, ſed condictione ob
cauſam repeti poſſit, quia cauſa ob quam ſoluit ſibi liberare
tur,non ſecuta.Nec obſtat,quod loqui non poterat, poſtquã
non ſuberat debitum , quia hoc nõ impedit, quominus iſta
condictio detur,ut ſupra eod.l.3. §.ſi quis quaſi , & ibi tetigi ,
& propter hoc forte iſta l. poſita fuit in hoc titulo , dum tra-
ctat de ſolutione indebiti.Vnde concludo,ꝙ ſemper cum cõ
di.inde.concurrit condictio ob cauſam, & iſtud non reperio
tactum ab aliquo. Sed reperio, ꝙ Rap. (qui pro certo debuit
vidiſſe repetitionem meam) tangit, & non approbat,ſed nec
per aliquam bonam rationem reprobat . ¶In tex.ibi,non.n.
totã pecuniã reſtitui,videor ſponte ſoluiſſe,quia nihil timeo,
ideo nõ poſſum repetere, tanq̃ donũ. Si aũt eodẽ inſtãti,quo
reſtitui, ſortẽ ſoluo,& ẽt vſuras,vr̃ idẽ,qd̃ in primo caſu.Sed
ſi in ꝯrium,quia ſi vellem ſoluere ſortẽ ſolam non poſſes re-
cuſare, & ſi recuſares, poſſum deponere,& liberor ſaltẽ ope
exceptionis,ergo ſi ſoluo vſuras,ſpõte ſoluo,non ſi qñ ſoluo,
ne reſtituas depoſitum, quia ſi non ſoluerem non reſtitueres.
tene menti.

ADDITIO.

a ¶ Eadem cauſa.Adde Anch.cõſ. 300.inci.viſa practica.Io.An.in add.ad Spe.ti
de ſol.§.j.ver.illud quæritur.

LEX IX.

1 *Qui recipit,vt faciat id,ad quod obligatus eſt ex contractu bonæfidei,uel ſtricti iuris,cẽſetur illicite recipere,& quare,& qua actione teneatur.*
2 *Actio ex contractu ſtricti iuris non competit,niſi ad ea,deuenerunt in cõtractum.*
3 *Condictio ob cauſam turpem competit etiam in contractibus nominatis, & concurrit cum actione ex illo contractu.*
4 *Actio ex teſtamento eſt ſtricti iuris, ſicut actio ex ſtipulatu,quo ad quædam,tamen habet inſtar bonæfidei.*

1 SI veſtimenta ¶† Quod quis recipit, vt faciat
id,ad quod obligatus eſt, & te-
netur ex ꝯctu bonæfidei,vel ſtricti iuris,cenſet̃ ẽt illicite
recipere,quia gratis facere tenet̃, & illo caſu poteſt repe
ti non ſolũ per ꝯdõnẽ ob turpẽ cauſam,ſed ẽt actione co ꝯ-
ctu,quæ cũ bonæfidei eſt largæ naturæ eſt, & ꝯpetit non ſolũ
ad ea,q̃ deueniunt in ꝯctu,vel ſunt de natura ꝯctus, ſed ẽt ad
ea, q̃ non ſunt de natura, & de quib.nullo mõ fuit cogitatũ,
ſed æquũ eſt ea venire,vt ex obligatione prædicta.Secundo ve
2 ro caſu repetit̃ ſolum ꝑ condictionẽ ob turpẽ cauſam † quia
actio ex contractu ſtricti iuris, non competit, niſi ad ea, quæ
deuenerũt in contractu.h.d.iſta no.l.quæ melius declarat na-
3 turã ꝯctus bonæfidei,& ſtricti iuris q̃ aliqua alia.†No.ergo,ꝙ
condictio ob turpẽ cãm competit ẽt in ꝯctib.nominatis, ſec⁹
in condictione ob cãm,vt no.in l.fi.ſ.ti.prox. & concurrit cũ
4 actione ex illo ꝯctu.Item no.circa fi.ꝙ†actio ex teſtamẽto eſt
ſtricti iuris,ſicut actio ex ſtipulatu, quo ad quædam,tñ habet
inſtar bonæfidei,vt in l.in minorum,& ibi no.C.qui.ex cau.in
integ.reſt non eſt neceſſaria

*De condictione indebiti. Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Indebitum ſolutum,per quem errorem repetatur.*
2 *Indebiti quot ſint ſpecies.*
3 *Solutum ſcienter non reperitur,& an iſta ſit proprie donatio,vt ſic requiratur inſinuatio.*

1 NVnc videndum. ¶ †Iſta lex
ponit duas
rłas,vnã affirmatiuã, aliã negatiuã. Prima
ꝙ indebitũ ſolutũ ꝑ errorẽ repetit̃, qualr
aut intelligat̃.gl.declarat ponẽdo tres ſpe-
cies ĩdebiti, & in primis duab.ſufficit qñq;
error,in tertia reqrit̃ error facti iuſtiſſim⁹,
& exemplificat modis multis. Sed vltramonta. reprehendũt
q̃dã ex gl.ſ.illud de chirographo añ bienniũ, qa dicunt nullã
obłonẽ natã eſſe ante bienniũ.Quidã dicunt,ꝙ vtraq;,d̃ hoc
dixi.ſ.ſi ce.pe.l.q pecuniã. Itẽ reprehendunt illud de legato in
minus,ſolẽni voluntate,qa ẽt nãłr non dẽtur, & ſic defenct⁹
ſolẽnitatis facit,vt nulla naſcat̃ obligatio,ut l.j.§. eum qui,ꝟ.
de conſt.pec. qa ubi agit̃ de obligatione quærenda,ſi non ua-
let,qd̃ ago,ut ago,puta ut ſtipulatio,non valet, vt valere põt,
puta,vt pactum nudum,ut ibi,& in l.j.de verbo.obl. §.ſi quis
ita

ita.in vltima voluntate deſe ctus ſolennitatis debet impedire
etiam naturalem,& ſi non valet,vt teſtamentum,non valet
etiam vt codicillus vt l.non codicillum.C.de teſta. reprehen-
dunt etiam aliud exemplum de eo,ꝙ detrahitur per falcidiã,
quia dicunt illud non deberi ẽt naturaľr per l. linea margari
tarũ,& per l.Plautinus.ad l.fal. vbi dicitur, ꝙ falcidia reſecat
ipſo iure legata,quorum opin. pleniſſime recitat Cyn. in l.ſi
quis.C.de iur.& fact.igno.ꝗ ipſi ſubtiliter ſolennizarunt.Bar.
item nititur in omnib.defenſare.gl.& impugnare eos,& loq
2 tur etiã multum eleganter, & ſubtiliter.† Adde tres alias ſpe-
cies indebiti.ſ.per exceptionem perpetuam,& tunc an poſſit
repeti,diſtingue inter odioſam, & fauorabilẽ,vt ĩ.e.l.qui ex-
ceptionem.Item per exceptionem temporalem,& iſta non ĩ
ducit repetitionẽ,vt ĩ.e.l.qđ noĩe.cũ trib. ſequenti.Itẽ per ex-
ceptionẽ dubiã,an ſit temporalis,vel perpetua,& de iſta dic,
3 vt ĩ.e.l.ſufficit.† Secunda regula affirmatiua eſt,ꝙ ſolutũ ſciẽ
ter non repetiť, rõ eſt,qa vř donatũ, & hoc additur ad iſtã.l.
cuius per errorẽ. de reg.iu.an aũt iſta ſit proprie donatio, vt
ſic requiratur inſinuatio?dic per gl.& Bar.in l.j.ĩ.de don.& ꝑ
Dy.in regula,qđ ſemel.de reg.iur. vř aũt tunc eſſe verũ, ꝙ ſit
donatio,qñ recipiens ſcit indebitum eſſe,& qđ ſoluebať ſciẽ
ter,& ſic aĩus vtriuſq; concurrebat ĩ idẽ.Si aũt credebat,ꝙ eſ
ſet debitum,vel ꝙ ſolueret ignoranter,tunc habet animũ re-
cipiendi in donũ,quia ignorat,ꝙ ſoluens velit donare,iõ do-
natio non perficiť, tñ ceſſat repetitio ꝑꝑ animũ ſoluentis,ꝗ
non ſoluit aĩo repetendi, & hoc totũ probať in l. ſi ego.ſ.ſi
cer.pe.& l.ſi tibi dederim.de do.Itẽ iſta rľa procedit, qñ aliqd
ſoluiť tanꝗ principale debitũ,ſi aũt tanꝗ acceſſoriũ,puta,ſol
uit vſuras,ad quas ſciebat ſe nõ teneri, ſufficit error in princi
pali debito,ſi credebat ſe ad illud teneri,cum non teneretur
quantum ad hoc,vt poſſit repetere vſuras, vt eſt caſus. ĩ. e.ſi
non ſortem.§.j.qui incipit,ſi quis falſo.

LEX II.

1 *Pactum ſi apponitur,quod ſolum reſtituatur,ſi appareat indebitum,repe ti poteſt indiſtincte,etiam ſi fuit ſcienter ſolutum.*

1 SI quis ſic. †Si apponitur pactum,ꝙ ſolutum reſti
tuatur,ſi appareat indebitũ, repeti põt
indiſtincte,etiam ſi fuit ſcienter ſolutum, & non ſolũ
per conditionem indebiti, ſed etiam per actionem pſc.
ver. quæ oritur ex pacto veſtito cohærentia traditionis.h.d.
tex.cum gl.no.ad quod vide omnino.ĩ.e.l. ꝙ quis in text.ibi,
[negocium.n.] ſ.celebratus eſt ꝯctus ſuper reſtitutione, & ſic
agitur ex contractu,ſed cõdictio indebiti oritur ex diſtractu.
& no.ĩ.e.l.qui certo loco.

1 *Solutum indebite repetitur ab eo,ad quem ex poſt facto apparet negociũ pertinere,licet ipſe non ſoluerit.*

2 *Legata indebite ſoluta, in quibus caſibus repetantur per verum hæredẽ, & non per putatiuum,qui ſoluit, & cui ablata eſt hæreditas etiam ſine ceſſione facta per putatiuum hæredem ſoluentem.*

3 *Quod tunc legatarii teneantur quatenus ſint facti locupletiores, & non vltra,niſi malaſide receperint,quia tunc tenentur inſolidum.*

4 *Hæres putatiuus bonafide ſoluens,etiam de bonis hæreditariis nõ tenetur vero hæredi,& ſi ſoluit de ſuo,an poſſit hoc imputari vero hæredi,& tantum retineri de hæreditate.*

5 *Non eſt nouum,ꝙ vnus indebitum ſoluat,& alius repetat.*

6 *Aditio hæreditatis facta a minore, ſi reſcindatur per reſtitutionẽ in integrum,reſcinduntur etiam legata, quæ per talem aditionẽ fuerunt confirmata,& ꝙ minor remaneat etiam hæres nomine.*

7 *Quod per talẽ reſtitutionẽ non reſcindantur tabulæ pupillares, & tutelæ.*

8 *Hæreditate adita, & ſolutis legatis, ſi poſt multum tempus emerſerit æs alienum quod abſorbeat hæreditatem,quòd hodie legata repetantur ꝑ creditores,& non per hæredem,ſi confecit inuentarium.*

9 *Legatum in codicillis reuocatum repetitur per ipſum hæredem,qui ſoluit vt ſibi retineat.*

10 *Hæres facto inuentario,& ignorans codicillos,ſi ſoluit integraliter legata in teſtamento relicta,legatarii codicillorum,ſi nihil ſuper eſt,quod eis poſſit ſolui poſſint agere contra primos,vt ipſi contribuant.*

1 §. Si quid ex teſtamen. ¶†Solutum inde-
bite repetitur, ab
eo,ad quem ex poſtfacto apparet negocium pertinere,licet
2 ipſe non ſoluerit.h.d.Bar.vſque ad l.ſi procurator.†In tex,ibi
[vel raptum eſſe apparuerit repetitur.] & iſtis caſib.repetun-
tur legata indebite ſoluta per verum hæredem,non autem ꝑ
putatiuum, qui ſoluit, & cui poſtea hæreditas fuit ablata,vt
3 in fi.huius.§.ibi [mandamus &c.] cum l.ſeq.†& quatenus le-
gatarii ſunt locupletiores, non vltra ſi receperunt bonafide,
credentes legata valere,& conſumpſerunt bonafide, vt diciť
in l.ſeq.quod no.ad quod ꝯhitur iſta condõ,vt hic, & ĩ.eod.ĩ
ſumma.§.frumento.& l.ſi non ſortem.§. libertus in fin.ſecus
ſi malafide ſciens legata non tenere,quia tenetur in ſolidum
hr̃s autem qui ſoluit,ſi bonafide ſoluit,etiam de bonis hære-
ditariis,non tenetur vero hæredi,quia nihil eſt, ꝙ ſibi impu-
4 tet,ut in l.ſeq.quod etiam no.¶†Si autem ſoluiſſet de ſuo,an
poſſit hoc imputari vero hæredi,& tantum retinere de hære
ditate?dic vt plene no.in glo.in l.ſi quid poſſeſ.in fi.magne gl.
ĩ.de pet. hæred. competit autem hæc condictio vero hæredi,
etiam ceſſione non facta per putatiuum hæredem ſoluentẽ,
vt euitet circuitus,vt no.ĩ.eod.l.ſi procurator.ante fin.vltime
5 glo.magne,& ſic alius ſoluit,alius repetit.† Quod ñ eſt nouũ,
& hoc probat Iuriſconſ.per aliud exemplum in l.nec nouũ.
de minore reſtituo aduerſus aditionem,quod exemplum ſin
6 gulariter no.†nam ex eo,apparet, ꝙ ſi reſcindatur aditio per
reſtõnẽ in integrum,reſcinduntur etiam legata,ꝗ per aditio-
nem fuerunt confirmata nec ſubſtentatur, ſed minor non
ob,reſtõne,remanet hr̃s nomine,vt l.& ſi ſuis.§. ſed & Pap.ĩ.
7 de min. †& ſic nudũ nomen hæredis non ſeruat particularia
legata.caſus eſt hic ſecundum Bart.ſed bene confirmaret ta-
bulas pupillares,& tutelas, quæ per talẽ reſtõnem non reſcin
derentur l. ſi filius qui patri. ſm vnam lect. de vulg. & pupil.
8 ¶†In tex.ibi,[vel ſi poſt multum temporis emerſerit æs alie-
num,]ſuppie,ꝙ abſorbeat hæreditatẽ, & ſic reddebat legata
nulla, etiam hoc iure, vt in l.ſi vniuerſæ. C.de le.& hoc ca-
ſu repetuntur legata,per heredem ſcriptum qui ſoluit,vt ſol-
uat creditorib.hodie vero ſi conficit inuentarium,ꝗ non dẽt
a creditorib.moleſtari, poſtꝗ aliis ſoluit ſine fraude repetent
ipſimet creditores,vt in l.fi.§.licentia.C.de iure delib. ĩ ſequẽ
9 ti ẽt caſu†dum dicit[vel codicilli.]ipſe hæres,qui ſoluit, repe
tet,vt ſibi retineat poſtꝗ legatum fuerit reuocatum in codi-
10 cillis.¶†In tex.ibi,[vel diminutionem per hoc,quia aliis quo
uſque legata relicta ſunt.] & tene mẽti ſingulariter iſtũ text.
ꝙ ſi in teſtamento ſunt facta legata, & etiam in codicillis,&
bona non ſufficiunt ad ſoluendum oĩbus hæres autem igno
rans codicillos ſoluit integraliter legata in teſtamento reli-
cta,veniunt poſtea legatarii codicillorum, & nihil ſupeſt,ꝙ
eis poſſit ſolui.vult iſte tex.ꝙ agatur ꝯ primos, ut contribuat
cum ſecũdis, & iſte caſus non ponitur in d.§. licentia.ſed ſo-
lum ponitur de creditorib. vnde per iſtum tex. vř idem eſſe ĩ
legatariis,vt ſi confectum eſt inuentarium,& poſt ſolõnẽ fa-
ctã qbuſdã,veniunt alii legatarii,& nihil eſt, quod poſſit eis
ſolui,pñt ipſi agere ꝯ primos, vt ipſi contribuant ſicut credi
tores,ſed iure iſto agebat ipſe hr̃s, & liberabatur cedendo a-
ctionem,hodie non eſt neceſſaria ceſſio per illum. §.

LEX VI.

2 *Procurator generalis ſoluens debitum de pecunia, & nomine ipſius domini,tenetur ipſam refundere domino,ſi dominus non ratificat, niſi habuiſſet iuſtiſſimam cauſam ſoluendi.& nu. 1.*

3 *Si tunc ſoluit pecuniam ſuam,& habuit iuſtiſſimam cauſam ſoluendi,an poterit eam a domino repetere.*

4 *In generali mãdato procuratoris ad negotia venit,vt poſſit ſoluere de pecunia domini,vel ẽt ſua,& tũc repetere a dño,ſi debita ſint efficacia.*

5 *Teſtator ſi mandauit hæredi, vt ſolueret omnia ſua debita,debet intelligi de efficacibus.*

6 *In his,quæ cadunt in mandato,non eſt neceſſaria ratihabitio.*

7 *Soluens vero procuratori ſtatim liberatur,etiam antequam procurator portet ad dominum.*

8 *In generali mandato ad negocia venit,vt poſſit exigere debita,ſecus ſi ad iudicia.*

9 *In generali mãdato nõ veniunt illicita,nec ea quæ de iure fieri nõ debẽt.*

10 *Procurator ſi virtute generalis mandati velit aliquid facere, per quod dominus incideret in pœnam,quod tamen non cadit in mandato, quæ ſit practica.*

11 *Tutor vel procurator pupilli ſoluens indebitum,an illud repetat.*

1 SI procurator. † In gñali mandato non venit,
vt poſſit qs ſoluere, vel recipere
indebitum, & ideo ſi dñs non ratificat, ſolus procura-
tor repetit,& ſi ſoluit, & non dñs. & econuerſo a ſolo
procuratore repetitur, ſi repetit, & non a dño,ſed bñ venit,
vt poſſit ſoluere,vel recipere debitũ,& iõ ẽt ratificatione nõ
ſubſecuta,ſi ſoluit, liberat dñm, & ſi recipit liberat ſoluentẽ
a dño & h.d.ĩ effectu,& prĩo loquiť, qñ procur.ſoluit. Scđo,
qñ recipit. Poſtea loqť ĩ ꝓcuratore,& tutore,ſimul.ſcđa,ibi,
[idem.Labeo.]tertia ibi,[Celſus ait.]& quælibet ex primis cõ
tinet duos caſus, vnum in indebito, alterum in vero debito.
2 † Et poteſt intelligi duobus modis prin. huius.l.primo ſecun-
dũ gl.qđ iſte procurator gñalis ſoluit indebitũ de pecunia ip
ſius dñi,nomine ipſius,certe ſi ipſe non ratificat,teneť ipſum
refundere,dño,qa imputet ſibi quare ſoluit indebitum,& ip-
ſe põt repetere ab eo cui ſoluit,nõ aũt dñs. & repetit ꝑ vtilẽ
ꝯdõnẽ indebiti,nõ ꝑ directã,qa ſolo non fuit facta ſuo noĩe,
ſed noĩe dñi,ut in ſiři hť in l.ſi abſentis.C.ſi cer.pet. & hoc d.
gl.Quod aũt dixi ipſum teneri refundere dño, & ꝑ ꝯñs picu-
lũ noĩe ipſius recipientis ꝑtinet ad eũ,nõ ad dñm,ꝓcedit,niſi
ipſe habuiſſet iuſtiſſimã cãm ſoluendi, puta,ſi reperiſſet ĩter
inſtřa ſibi aſſignata inſtřm cuiuſdã đbiti,qđ tñ erat ſolutũ,&
ipſe ignorabat ſolonẽ, ſi iterũ ſoluit,nõ eſt qd ſibi imputeť
ſed dño,quare ipſum de hoc nõ inſtruxit,& iõ tanꝗ hoc ceci
diſſet in gñali mãdato tenebiť ipſum refundere dño, nec pe-
riculũ nominis illius pertinet ac ipſum,ſed ipſe dominus, ad
quem

quem negocium pertinet repetere poterit, ab eo cui ſolutū
eſt, vt s̄.e.l.2.in ſi.vbi plene probatur.¶Sed opp. ꝙ ſi ſoluit pe
cuniam dn̄i, non poſſit ipſe cōdicere, q̄a non tranſtulit dn̄iū,
ex quo illud non veniebat ī mandato. Timore huius gl.j. di-
cit, ꝙ dēmus intelligere, ꝙ hēt gn̄ale mandatum cum libera,
& virtute illius liberæ potuit transferre. Hoc non eſt verū, q̄a
procedit quantum ad illa, q̄ cadunt in mandato, ſed ꝙ ſoluat
indebitū non cadit in mandato, ergo ad hoc non hēt liberā.
Dic ergo, ꝙ eſt verū, ꝙ tranſtulit dn̄iū, tn̄ pōt condicere con-
ſumptione ſecuta, vel dic ēt non ſecuta pōt cōdicere. ſic poſ-
ſeſſionem, vel detentationem quam in illum tranſtulit, vt j̄.
3 eo.l.indebiti.§.ſed ſi numi.†Secundo poteſt intelligi, ꝙ ſoluit
pecuniam ſuam, & tunc ſi dominus non ratificat, non poteſt
eā repetere a dn̄o, ſed ab eo cui ſoluit. Quid aūt ſi habuit iu
ſtiſſimam cām ſoluendi, vt s̄.dictum eſt, an poterit computa
re, & ab eo repetere: dic, vt no.in ſimili in putatiuo hr̄ de ſol-
uente indebitum, an poterit repetere a vero hr̄de, ut no.in l.
ſi quid poſſeſ.in fi.magnæ gl.s̄.de pe.hæ.¶†Item no.hic ī ver.
4 [qm̄ nihil.] ꝙ in gn̄ali mandato procuratoris ad negocia ve-
nit, vt poſſit ſoluere debita de pecunia dn̄i, vel ēt ſua, & tunc
repetet a domino, hoc intellige de debitis efficacib. alias re-
putantur potius indebita, vt ſi erat debitū n̄ale duntaxat, vt
l.ſi is cui.§.Flaui⁹ Ianuarius.j̄.de ſo.vbi eſt tex.no.p quem pa-
5 tet, †ꝙ ſi teſtōr mandauit hr̄di, vt ſolueret oīa ſua debita, dēt
6 intelligi de efficibus & ita dixit Dy. per illum tex.¶†Itē not.
ꝙ in his, q̄ cadunt in mandato, nō eſt neceſſaria ratihabitio
dn̄i. Per hoc vr̄, ꝙ ſint ſuperflua verba, quæ apponuntur in ī-
ſtr̄is procuratorum, ꝙ dn̄s ꝑmittit ratū, & gratum hr̄e, quic-
quid p ꝓcuratorē geſtum fuerit, ꝙ licet inſtr̄m hoc non cōti
neat, non ꝑpea dicat̄ mandatū inſufficiens, adde qđ no.ī c.ꝯ-
ſtitutus.de relig.dom.Doc.tn̄ vn̄r dicere, ꝙ illa verba impor-
tant ꝯceſſionē liberæ, in his, q̄ compħēdunt̄ in mādato, vt di
7 xi in l.quā Tuberonis.§.alia cā.j̄.de dec.¶†Itē no.in ver.[Cel
ſus ait.] tex.expreſſum de eo, quod dixi in l.ſi procuratori fal
ſo.s̄.tit.2.ꝙ ille qui ſoluit vero ꝓcuratori ſtatim liberat̄, etiā
anteq̄ ꝓcurator portet ad dn̄m. Igit̄ ſi eſt falſus, tanq̄ vero ſol
uit̄ ea intētione, vt ſtatim liberet̄. Malè ergo dicunt glo.dū di
cūt, ꝙ ſoluit̄ eo aīo, vt faciāt in futurū ſoluētē liberari a dn̄o
ſ.cum ſibi portabit pecuniā, & ꝙ interim in ipſum procurato
8 rē voluerit dn̄ium trāsferre.¶†Itē no.ꝙ in gn̄ali mādato ad
negocia venit, vt poſſit exigere debita, nō ſic ad iudicia, vt l.
hoc iure. j̄. de ſol.non ergo reqrit̄ ſpāle mādatū de recipien-
da ſolutione, vt hic patet.adde l.vero ꝓcuratori.cum ibi no.j̄.
de ſol.& ibi dr̄, qs dicatur verus procurator, quātum ad hoc.
9 ¶†Vltimo no.in ver.ꝙ indebitum, qui ſp allegatur quod in
a generali mandato non veniunt illicita,[a] nec, q̄ de iure fieri n̄
10 debent. Ideo dicit †Bar.ꝙ ſi velit aliquid facere, per quod dn̄s
incideret in pœnam, ſi faceret, ꝙ admittitur virtute generalis
mandati, quod non cadit in eo, vt ſi vellet aliquid tractare de
ciſum per ſententiam arbitrorum, quia incideret in pœnam
compromiſſi.facit.l.3.§.quod ſi ꝓcurator. s̄. quod quiſq; iur.
q ēt allegat̄ ad hoc. Eſt ēt practica, vt poſſit aduerſarius facere
dn̄m reqri, an velit īſiſtere in eo, qđ procurator petit, & ſi rn̄-
det, ꝙ ſic, incidit in penā: ſi rn̄det, ꝙ non repellet procurato-
rē, tanq̄ non hn̄tem ſufficiens mandatum, & iſta practica
cōiter ſeruat̄. Per ꝑdicta tractaui ſnīam cuiuſdā magni dn̄i, q
condemnauerat dn̄m actione iniuriarum, ꝑp quoſdā articu
los datos p ꝓcuratorē ſuū ꝯ ipſum, ꝙ illud non cadebat ī ge
nerali mādato, debuit ergo agi actione iniuriarum ꝯ ipſum
ꝓcuratorē, vt in d.l.3.§.ſi iniuriarum.cū ibi no.p Bart.niſi ha-
11 buiſſet ſpeciale mādatum, ut ibi patet.¶†Pro ītellectu gl.ma
gnæ op.ꝯ.ſi.ī ver.Pau.q alias hr̄ ꝓ pri. l.ꝙ videat̄ ꝯriari prin.l.
ſi procurator.q̄a ibi dr̄ in tex.ꝙ ſi procurator generalis ſoluit
indebitū, ipſe repetere poſſit, ꝙ non dn̄s, ſi non ratificat, in fi.
vero dr̄ ꝯrium in tutore, ſeu ꝓcuratore pupilli, ſoluentib.in-
debitum, quod non poſſunt repetere. Sol.ſi volunt iſti repete
re ꝓprio noīe vtili actione, tanq̄ dn̄o nō habente ratum, nō
poſſunt repetere, q̄a non dr̄ dn̄s non hr̄e ratum, qn̄ non poſ-
ſet ratum hr̄e, vt quia eſt pupillus.ar.in l.pr̄ Seuerinā. de con
di.& dem.ſed ſi eſſet ꝓcurator maioris, tunc poſſet dn̄s non
hr̄e ratum, & procurator repetere ſuo ꝓprio noīe vtili actio
ne, licet aūt primo caſu nō poſſit tutor, vel ꝓcurator minoris
repetere noīe pupilli, cui fuit acquiſitū ius.ſ.vtilis actio ex ꝯ-
ctu tutoris, vel ꝓcuratoris celebrato iure ipſius pupilli, ut l.
poſt mortem, qn̄ ex fac. tut. poſtq̄ vero pupillus erit effectus
maior poterit ratū nō habere, & tūc illa vtilis actio ſibi acq-
ſita reſoluit̄, & rediit ad tutorem, ſeu ꝓcuratorē ſoluētis, vt
cā intentet̄ proprio noīe, nec nouum hoc per l.abſentis.C.ſi
cer.pet.hoc vult gl.mag.vſq; ad verſi.[vt autem] poſtea ponit
vnam diſtinctionem, quæ eſt clara. ideo vide per te.

A D D I T I O.

a ¶Illicita. Facit quod voluit Soc.con. incipiēte dominus labia mea aperiat &c.
circa primum conſultationis articulum, quòd petens executionem inſtrumē-
ti guarentigiati tanquam coniuncta perſona non poteſt facere debitorem
incarcerari, quia requiritur ſpeciale mandatum, & poſſet dominus incidere in
pœnam, quia poſſet experiri actionem iniuriarum. Confirmatur per ea, quæ vo
luit Lu.Ro.conſi.163.

LEX VII.

1 *Species vel quantitas ſi indebite ſoluitur, quando repetatur.*
2 *Species indebite ſoluta, ſi non extat qualiter cōueniatur, qui recipit, & ī
quo teneatur.*

1 QVod indebitum. ¶†Si ſoluitur inde
bita ſpecies, ēt illa
eadem repetitur. ſi vero quantitas repetitur tantū-
2 dem.h.d.tex.cum gl. †& primum dictum proce
dit, qn̄ ſpecies extabat, idem ſi non extabat, tn̄ interuenerat
dolus, vel culpa recipientis in deſinendo extare, vt eſt caſus.s̄.
ti.2.l.pe.fiet tn̄ tunc condēnatio in æſtimatione, officio iudi-
cis. Si autem ſine dolo, vel culpa, tunc ꝯdō indebiti non pro
ponitur ad ipſam rem, ſed ad id, in quo recipiens remanſit lo
cupletior.vt s̄.e.l.3.in fi.& s̄.e.l.ſi non ſortem.§. libertus.ante
fi.& in l.in ſumma.§. in frumento.& iſtud voluit dicere gl.cir
ca finem, ibi [interdum datur in plus, īterdum in minus,] ſed
qn̄ proponitur ad id, in quo recipiens eſt factus locupletior,
ꝙ locum non hēt, niſi qn̄ recipit bonafide, & ſine dolo, vl̄ cul
pa deſiit rem hr̄e, nā iſta conditio datur ex æquitate.vt j̄.e.l.ī-
deb.in prin.& æquitas naturalis dictat, ꝙ talis non teneatur
niſi quatenus locupletior eſt, ne locupletur cum aliena ia-
ctura, vt j̄.e.l.nātr.cum l.ſeq.ſi autem recipit malafide, vl̄ do-
lo, vel lata culpa deſiit habere, dictat ꝙ teneatur inſolidum.
Ideo tunc opp.ad eandem rem, & fit condemnatio in vera
æſtimatione.

LEX VIII.

1 *Tutus exceptione, ne exigatur vltra quam facere poſſit, ſolutum per erro
rem non repetit.*
2 *Exceptio dubia, quia poteſt eſſe temporalis, vel perpetua, pendente dubie
tate, regulariter reputatur perpetua.*

1 QVod nomine mariti. †Tutus exce
ptiōe, ne exi
gatur vltra, q̄ facere poſſit ſolutum per errorem,
non repetit.h.d.cum l.ſeq.ratio. q̄a iſta exceptio
non elidit debitum, vel actionem, ſed moderat̄ cōdemnatio
nem, & eſt temporalis quouſq; peruenerit ad pinguiorē for-
tunam, ergo &c. vel l.in diem.non autem eſt perpetua, ſic nō
facit īdebitum. Poſſet tn̄ eſſe perpetua, ſi nunq̄ perueniret ad
pinguiorem fortunā. ſed hoc non cōſiderat̄.ar.in l.ſi defun-
2 ctus.C.arb. tut. ¶† Regulr̄ autē exceptio dubia, q̄a pōt eſſe
temporalis, vel perpetua dubietate pendēte reputatur perpe
tua.vt j̄.e.l.ſufficit.ſed hic reputatur temporalis, q̄a odioſum
eſt præſumere.vt d.l.defunctus.gl.oppo.de l.ſi maritus, de ꝯſti.
pec.gloſ.hic ſoluit, ibi promiſit non animo nouandi, ſi autē
nouandi animo, diſtingue, vt nota.gloſſ. in l.ſi prior. ſolut.
matrimo.

LEX X.

1 IN diem. †Exceptio temporalis non inducit cō-
dictionē ind.h. d.cū l.ſeq.& iſta l. loquit̄
qn̄ tempus erat certum.l.quando iunctum, quia poterat
augumentari peculium.

LEX XII.

1 SI fundi mei. † Si tradidi vſumfructū fundi mei
indebite, condō ad petendum trā-
ſmittitur ad hr̄dē meum.h.d. videbat̄ ꝯrium, quia peti-
tio vſusfructus non tranſmittitur ad hæredem, quæ ſi-
cut per mortem finitur vſusfructus conſtitutus, & ita & actio
competens pro vſufructu conſtituendo, vt l. Sempronius At
talus.de vſufructu.leg.ſed iſta procedunt in vſufructu forma
li, ſed iſto caſu cum proprietas ſit apud me, licet vſusfructus,
qui erat apud te eſſet formalis, cum tn̄ mihi reſtituitur, non
a pōt eſſet formalis, ſed cauſalis,[a] quia coniūctus cum proprie
tate. Sicut ergo trāſmittitur proprietas ad hæredē meū, ita re-
petitio vſusfructus. De quæſtione autem hic formata per gl.
dic, ut in l.quam alle.s̄.de vſufruct.

A D D I I O.

a ¶Cauſalis.. Adde ēt tu, qui dicatur vſusfructus formalis, & qui cauſalis, vt per
Bar.& Doc.in l.1.ver.circa quartum.inf.ſol.ma.per Flo.de S.Petro in rub.de
vſufr.Cep.in tract.de ſerui.ru.præ.in ti.de vſu.& no.maxime per Ale.de Imo.
in l.ſi ſtipulatus.§.ſi Titius.inf.de ver.obl. Fran.Cur.

LEX IX.

1 *Naturalis obligatio impedit repetitionem ſoluti, & ei poteſt accedere fi-
deiuſſor.*
2 *Naturalis obligatio, non impedit repetitionem ſoluti per errorem facti.*
3 *Pupillus ſine tutore naturaliter obligatur, in eo in quo factus eſt locuple
tior, & an etiam ciuiliter.*

1 NAturaliter. †¶Naturalis obligatio impe-
dit repetitionē ſoluti, & ei pōt
accedere fideiuſſor.h.d.cum l.ſeq.†Primū dictū in
2 tellige ſi fuit ſolutū per errorē iuris, ſecus ſi facti.
3 l.error.C.ad l.Fal.& no.in l.j.s̄.eo.†Et no.in fin. ꝙ pupillus, ſi-
ne tu

ne tutore naturaliter obligatur,ĩ eo quod factus eſt locuple
tior glo.& Doc.vident̃ dicere, ꝙ tunc etiam ciuiliter,ſed nõ
placet,quia æquiparat pupillũ ſeruo,qui non obligatur ciui-
liter,nec ob.ꝙ tunc ↄ̃ pupillum põt agi, & actio non orit̃ ex
ſola naturali,quia fallit hoc caſu,non vt oriatur,ſed ex reſcri
pto diui Pij datur,hoc vult tex.in l.3.in prin.ĵ.commo.& ita
ſp mihi viſum fuit,& ex hoc ſoluitur vnum ↄ̃rium difficile ĩ
l.interdum.ĵ.e.& patet non habere locum id,quod no.in gl.
l.i.ſ̃.e.de ſola naturali, vel de ſola ciuili,quia procedunt illa,
qñ ex talib.nõ oritur actio,ſi autem oriatur,vel datur ex ſola
naturali,vel ex ſola ciuili, vt in chirographo poſt biennium,
tunc indiſtincte non conceđit repetitio,quia non põt dici ſo
lũ per errorẽ etiam facti, cum ſit debitum efficax,ſicut eſſet
naturalis,& ciuilis,ita ĩtellige ſi.huius.l.qñ pupillus eſt factus
locupletior,ſed quando non oritur actio,tene gl.in l.j.ſ̃.eod.

LEX XV.

1 *In condictione,de qua hic, ꝙ veniant acceſſiones,& quare.*
1 *Acceſſiones naturales ſolutæ indebite poſſunt condici recta via, licet non fuerint ſolutæ etiam iure actionis, & veniũt a tempore obligationis cõtractæ etiam ante moram.*
4 *Verbum,reſtitui,importat plenam reſtitutionem.*

1 INdebiti ſolu. ¶ † In hac condictione veniũt
acceſſiões naturales, quia ĩtro
2 ducta eſt ex æquitate naturali.h.d.& dic,† ꝙ poſſunt ↄdi
ci recta via, licet non fuerint ſolutæ ẽt iure actionis, vt
dixi.ſ̃.de cond.ob cau.l.qui ſe debere.§.fi. & veniũt a tempo-
re obligationis ↄ̃ctæ ẽt ante moram,quia eſt in obligatione
3 rem reſtitui,†quod verbum importat plenam reſtitutionem,
vt l.videamus.§.in Fauiana. ĵ.de vſur.

2 *Declaratio ad regulam,nemo condicit rem ſuam.& nu.1.*
3 *Mutuans numos alienos,poteſt ante conſumptionem ſecutam, eorum poſſeßionem condicere.*
4 *Quod videaris habere a me dominium,ſi habuiſti a me titulum,vel cauſã præſcribendi.*
5 *Deſinẽs ſine dolo,& culpa habere poſſeſſionem rei: quam indebite recipit, & reſtituere tenetur,an ſit liberatus.*
6 *Conſumptio,ꝙ dicatur interueniente facto conſumentis.*
7 *Ad poſſeſſionem rerum immobilium, regulariter dantur interdicta,& rerum mobilium actiones ciuiles.*
8 *Recipiens pecuniam,vel poßeſſionem rei debitæ,& ſcienter ſi hẽt bonam fidem aduerſus dominum, non aduerſus tradentem,poteſt vſucapere, vel præſcribere.*
9 *Si poſtquam egi contra te condictione indebiti,tu es effectus dominus per præſcriptionem, an poſſis mihi auferre rem per rei vendicationem, an cum condico poſſis opponere exceptionem,dolo facis,quia petis. &c.*
10 *Mutuum reconciliatur non ſolum conſumptione,ſed etiam vſucapione.*
11 *Si in te tranſtuli indebite nudam proprietatem fundi cum vſufructu, qui pertinebat ad Titium,ſed ego vtebar, & fruebar de facto,poßum condicere proprietatem ratione dominii, & vſumfructum ratione quaſi poſſeßionis.*
12 *Si non habuiſſes vſumfructum a me de iure,vel de facto,ſed tu induſtria, an ego condicam a te fundum pleno iure, & an poſſis excipere de iure fructuarii.*
13 *Si transfero in te directum dominium fundi indebite, & tu expuliſti emphyteutam,& condicam a te directum dominium,quare non potero cõdicere & vtile.*
14 *Seruitus prædialis,vel perſonalis,vt vſusfructus,non poteſt obiici ei,qui habet ius principale,ſi non pertinet ad obiicentem,ſed ad tertium.*
15 *An quis poſſit obiicere de iure tertii.*

1 §.Sed & ſi. ¶ †Si ſola poſſeſſio ſit trãſlata indebite,
illa ſola condicit̃,niſi occaſione traditio
nis acceſſerit recipienti proprietas, qa tunc ↄdicit̃ ẽt proprie-
tas,ſicut ſi a ſoluente fuiſſet a principio translata. Si vero ſit
trãſlata ſola proprietas nuda ſine vſufructu,illa ſola ↄdicitur.
h.d.& eſt ſolẽnis.§.& ſp allegatur cum ſuis gl.Primo loqtur,
qñ fuit translata ſola poſſeſſio vſq; ibi,[ſed ſi vſusfructus.]Se
cundo qñ nuda proprietas.Et prima pars ↄtinet tria dicta.Pri
mum eſt, qñ ſola poſſeſſio, & non proprietas fuit translata,
qa tradẽs eã trãsferre non potuit,qa non erat dominus, licet
transferre voluerit. Secundum eſt,qñ potuit,& tamẽ noluit,
qa non putabat ſe teneri,niſi ad poſſeſſionẽ,& illã ſolam trã
ſtulit. Tertiũ ẽ, qñ poſt tãſlationẽ ſolius poſſeſſionis acceſſit
recipiẽti ꝓprietas ꝑ vſucapionẽ.Secũda ibi[quẽadmodũ.]ter
tia ibi,[ſed& ſi poſſeſſionem.]iſta tertia dẽt referri ad primũ.
caſum,qñ non potuit trãsferre ꝓprietatẽ,ſed bñ voluit,tunc
n.recipiens põt vſucapere,non ſic in ſcđo caſu,qñ voluit, qa
ſicut nõ transfert dñiũ,ſi eſt dñs, ita ſi nõ eſt, nõ trãsfert vſu
2 capiendi ↄdõnem ꝑ rõ̃am,q̃ eſt in l.clauib.ĵ.de ↄ̃h.em.¶†No.
ex primo,& ſecundo dicto,declarationem ad multa iura,pri
mo ad illa,quæ dicunt, ꝙ nemo condicit rem ſuam. Vnde ſi
tradidi tibi rẽ meã, & non tranſtuli dñium rõne erroris, vel
alia cã,non poſſum illam cõdicere rõne proprietatis, ſed de
beo illam vendicare, vel per actionem ad exhibendum pete
re,vt ſ̃.de cond.ob cau.l.3.§.ſubtilius.& l.pe.in fi. certe ſaltem
poſſum condicere poſſeſſionem, quia illam bene trãſtuli.cũ
facilius transferatur,et ex ↄtractu nullo,uel erroneo,vt in l.j.
§.ſi iure.de acq.poſ.& hic iſtum tex.& hoc vult glo.fin in ver.
[item quid ſi id,quod tibi trado.]Et eodem modo in mutuo,
ſi numero tibi numos alienos,non ↄ̃hitur mutuum,niſi con
ſumptione ſecuta,& ſic non poſſum cõdicere rõne proprie-
tatis,vt l.nam & ſi fur.ſi cer.pet.ſaltem poſſeſſionem poſſum
condicere per iſtum.§.no.ſic, & alibi in ſiſi non poſſum con-
dicere rem meam rõne proprietatis, ſed rõne poſſeſſionis,q̃
eſt apud aliũ, bene poſſum, quod dic,vt l.ſi rem aliquam.de
4 acq poſ.¶†Itẽ no.in ver.[ſed ſi poſſeſſionem.] ꝙ videaris hr̃e
a me dñiũ ſi habuiſti a me titulũ,vel cãm p̃ſcribendi,& eo ca
ſu,quo ſi tranſtuliſſem,teneris mihi reſtituere,& trãſferre do
minium. Et eodem caſu,ſi non tranſtuli dñium,ſed vſucapiẽ
di ↄdõnem, completa vſucapione, vel præſcriptione teneris
reſtituere ac ſi a prin.tranſtuliſſem,& hoc vult glo.& probat̃
in l.ſi alienum. de do. cau.mor. hoc tamen limita per gl.in l.
5 Proculus.ĵ.de iur.do.gl.iſtius.§.ſunt valde ſubtiles.¶†Et circa
primum dictum quæritur in gl. 2.q̃ incipit.i. ſaltem ſi recipiẽs
ſine dolo,& culpa deſiit hr̃e illam poſſeſſionem,ad q̃ reſtituẽ
dam tenetur.an ſit liberatus,dubium ſtat in videndo,an dica
tur debitor ſpeciei,quia tunc eſſet liberatus ſaltem ope exce-
ptionis,vt l.ſi ex legati cauſa.de verbo.ob.& l.cum fundus. §.
ſeruum tuum,vbi no.in glo.ſ̃.ſi cer.pe.an dicamus ipſum de
bitorem in gñe,quia tunc non eſſet liberatus per l.incertum.
C.ſi cer.pe.Et ꝙ vltima pars ſit verior,vr̃ ꝙ iſta obligatio ↄ̃hi
tur ad quantitatem.In cõtrarium,qa hoc procederet,ſi ↄ̃he-
retur reſpectu proprietatis,ſed hic non ↄ̃hit̃,niſi reſpectu poſ
ſeſſionis,q̃ nõ p̃t dari,niſi in certo corpore,nõ aũt reqrit̃ poſ
ſeſſio alicuius gñis,qđ eſt quid imaginabile,nõ corporeũ. Te
neris ergo de poſſeſſione illorum corporum ,q̃ tibi tradidit.
Perditis ergo iſtis corporib.debet eſſe extincta obl̃o.Breuiter
gl.vult,ꝙ bene ſit extincta ĩ qđ fuit ↄ̃cta.ſ.ad reſtitutionẽ poſ
ſeſſionis,qa illam nunc hẽs,immo eſt extĩcta,ſed ↄ̃hat̃ forti⁹.
ſ.reſpectu proprietatis,qa talis proprietas hẽt vim cõſumptio
nis,& reconciliat ſol̃onem , & facit haberi perinde,ac ſi do-
miniũ a principio tranſtuliſſet.Tu dic iſtud eſſe uerum,ſi illa
pecunia eſt conuerſa in tui vtilitatem , vel ſi non eſt conuer-
ſa,tñ eſt perdita tuo facto,vt quia luſiſti, uel alias etiam bo-
6 nafide in alium tranſtuliſti. ¶ † Si vero neutrum iſtorum ſit,
ut quia fuit tibi furto ſubtracta , non poteſt dici conſumpta,
ſed perdita , quia conſumptio dr̃ interueniente facto conſu-
mentis.Patet ex his,quæ hñr in l.non oĩs. §. ſi pupillus.& ibi
tetigi de hoc.ſ̃.ſi cer.pet.& allegaui hanc gl. & iſtud vr̃ eſſe đ
7 mente† Iac.But.licet Bar.tranſeat cum gl.in fi. dicit regulari-
ter ad poſſeſſionem dari interdicta, nõ actionem ꝑſonalem,
procedit in poſſeſſione rerum immobilium , ſed pro poſſeſ-
ſione rerum mobilium nõ ſunt interdicta inuenta, ſed actio
nes ciuiles, vt l.rem quæ nobis.de acqui.poſ.& no.in l.ſi rem.
§.fi.de pig.ac.¶In glo.ſeq.quæ inc.[ſed vr̃.]in fin.ibi, [vel ibi,
domino.]hæc vera,nam ibi fuit debite translata in dominũ,
nimirum ſi non condicitur per ↄdõnem indebiti,hic uero ĩ-
8 debite,& non in dominum. ¶ † In glo.ſeq ibi [ cum ignora-
rares me indebitum ſoluere.]Doc.dñt ẽt ſi ſciebas me indebi
tum ſoluere.Si tñ credebas pecuniam,vel rem meã eſſe meã,
& ſic habebas bonam fidem reſpectu dñi ↄ̃ quem vſucapis,vł
præſcribis,potes vſucapere, qa bonafides reqrit̃ aduerſus do-
minum,non aduerſus tradentem.vt l.ſi quis fundum.ĵ.đ acq.
poſ.certe eo caſu, quo ſcienter recipiens committit furtum,
ut in l.quoniam.cum ibi no.ĵ.de cond.fur. ſicut non transfer
tur dominium ſi tradens erat dñs, & ita limito dictum Doct.
9 ¶Pro declaratione glo.quæ inci.[quid ergo.]oppo. ↄ̃ ver.ſed
ſi poſſeſſionem,rem q̃ tradidi tibi,non poſſum eam condice
re,cuius ↄ̃rium ibi dr̃. Nã iſta ↄdõ dat̃ ad proprietatem,quã
ſolum a principio tranſtuli,vt in prin.§.Poſtq̃ ergo cõdixero,
tu qui es effectus dñs per præſcriptionem,poteris mihi aufer
re per rei vendicationem,iõ cum condico,potes me repelle-
re per exceptionẽ,dolo facis.gl.rñdet,ꝙ ↄ̃rium procederet,ſi
ſolam poſſeſſionem ↄdicerem, ſed certe ſi nũq̃ p̃ſcripſiſti cõ
dico ẽt proprietatem,vñ non poteris mihi auferre, & ꝑ ↄ̃ñs,
nec exceptione me repellere. Nec ob. ꝙ proprietatem a me
non habuiſti,ſed a dño,a quo per p̃ſcriptionem euellitur, qa
verũ eſt hoc vere,ſed ficte videris a me habuiſſe,ac ſi numos
10 alienos quos mutuaui vſucepiſſes,nam†mutuum recõciliat̃
nõ ſolũ conſumptione,ſed vſuc.& hoc vult dicere gl.in effe-
ctu, & vere, & verũ uſucepiſti, vel p̃ſcripſiſti ex traditione ꝑ
me facta,& titulo pro ſuo,ſed ſi ex alia cã,procederet oppo-
11 ſitio,qa nõ uideris a me hr̃e dñiũ.¶†In gl.fi.q̃ eſt valde ſingu
laris,& ſubtilis formant̃ quatuor q.Prima circa prin.huius §.
nam tex.loqt̃,qñ in te tranſtuli ſolã proprietatem, ſed uſum-
fructũ non,nec de iure,nec de facto,qa uſufructuarius tene-
bat,& poſſidebat fundũ.Potuit aũt transferre nudã proprie-
tatẽ inducendo te in fundũ de facto,iuxta ea, q̃ hñr.ĵ.de fun-
do.l.ſi fundũ.in tex. & gl.tunc ergo ſolam proprietatem con-
dicam,

dicam,vt in tex.& gl. ſed quid ſi tranſtuli vſumfructum de fa
cto, & Titius ad quē pertinebat, non poſſidebat, ſed ego vte-
bar,& fruebar de facto, an potero condicere fundum pleno
iure?glo.remittit ad no.in l.fructus.de rei vendi. Dicas breui-
ter,ꝙ proprietatem condico rōne dñii,qa eam tranſtuli. ſed
12 vſumfructum ratione,quaſi poſſeſſionis,quia illam ſolam a
me habuiſti,vt in prin.§.¶†Secundo quærit glo.qd ſi non ha
buiſſes vſumfructum a me de iure,vel de facto,ſed tua indu-
ſtria,quia vſufructuarium expulſiſti , nunc ego condico a te
fundum pleno iure,tu excipis de iure illius fructuarii , & di-
cis,ꝙ vis retinere vſumfructum eatenus, quatenus eſſet dura
turus penes Titium,quia non habuiſti a me, ſed tua īduſtria
q̄ non debet proficere mihi,ſed tibi,quid iuris?glo.reſpondet,
ꝙ debeo cōdicere primo ſolum,quod a me habuiſti,& poſt-
q̄ illud fuero cōſecutus,agam ꝯ te negatoria,dicendo,ꝙ fun-
dus meus non debet ſeruitutem vſusfructus , & obtinebo ,
nec potes mihi obiicere,ꝙ licet nō debetur tibi,debet̄ Titio,
quia potero replicare,quantum ad te pertinet, liberum fun-
dum hēo,ſicut ſi obiiceres de ſeruitute prædiali. arg. in l.loci
corpus.§.competit.ſi ſer.ven.& bene dixit,ſed quare requiri-
tur iſte circuitus,non ne poſſum fundo exiſtente penes te in-
tētare illam negatoriam,& per ꝯñs vtriuſq; iudicium ſimul?
rñdeo non,quia quouſq; proprietas eſt apud te,non compe-
tit mihi negatoria,quæ non datur niſi dño, vt l.j.ſi ſerui ven.
& ego non ſum dñs adhuc cum illam in te traſtulerim , ſed
poſtq̄ eam fuero conſecutus per ꝯdōnem indebiti competit
negatoria.¶No.ergo ex iſta glo.ꝙ regula poſita in d.§.com-
petit.qui loquit̄,qñ obiicitur de ſeruitute p̄diali, quæ non eſt
pars dñii,ſed ipſum dñium,aliquantulum incommodat , nō
autem diminuit,vt de illa poſſis mihi obiicere,qñ non dētur
tibi,ſed alteri, locum hēt ēt in ſeruitute pſonali vſusfructus,
q̄ eſt pars dominii, & ipſum diminuit , vt non poſſis mihi de
illo obiicere,tene menti perpetuo iſtam gl.quia non hēmus
13 tex.hoc expreſſe dicentem. ¶†Sed quærit gl. in fi. qd & ſi ali*
non hēbat ſeruitutem prædialem,vel pſonalem, ſed vtile do
minium,quin erat emphyteuta,tranſtuli in te dominium,tu
expuliſti emphyteutam,nunc ego condico a te directum do
minium,& poſtea volo condicere illud vtile,tu excipis de iu
re illius,ego replico,ꝙ q̄tum ad te liberum fundum habeo,
an poſſum?gl.hic mirabilr ſentit,ꝙ non,dicens ꝙ aliud iſto
caſu. Et ſi, innuit,ꝙ poſſis retinere rem quouſque erat dura
tura penes emphyteutam dummodo recognoſcas me in do
minum directū,& aſſignat rōnē diuerſitatis,quia vſusfructus
eſt ius perſonale,& ꝯcernit pſonam vſufructuarii duntaxat,
ergo ille ſolus pōt obiicere de illo iure,non ſic in vtili dñio,
qđ ſi eſt ius perſonale,iō ēt alius ad quem res peruenit poteſt
obiicere.Iſta rō non eſt bona,quia ſeruitus prædialis non eſt
perſonalis,& tñ de illa non potes mihi obiicere ,ſed ille ſolus
14 cuius fundo debetur,vt in §.competit. † Dic ergo, ꝙ ſeruitus
p̄dialis,uel perſonalis ,vt vſusfructus,ſunt quædam iura acceſ
ſoria rei . non æque principalia. ideo de talibus iuribus non
poteſt obiici, qui habet ius principale, ſi non pertineret ad
obiicentē,ſed ad tertium .in ij.q.glo. Sed vtile dominium eſt
ius æque principale ad directum quod poteſt per ſe ſtare , &
dr̄ acceſſio , ideo domino poteſt de illo iure obiici, poſito,ꝙ
ad obiicentem non pertineat.Ita intelligit Barto.iſtam gl. &
dicit eam non eſſe alibi,ſed unum facit contra glo.& Bar.qa
iſtud ius æq̄parat̄ iuri ſeruitutis,ut l.ſi tibi homo.§.fi.de leg. 1.
dum dicit ab hac ſeruitute liberetur,& ſic uidetur idē , qđ in
caſu præcedenti,vt non poſſit obiici,nam ſine dubio dñium
directum eſt ſuperius utili,vnde poſſunt dici æque prīcipalia.
15 Tamen in decidendo non eſt recedēdum a gl.& Doc.† Quid
autem econuerſo,ſi emphyteuta agat vtili rei vēdicatione ꝯ
poſſeſſorem, an ille poſſit obiicere ſibi , ꝙ cecidit a iure ſuo
propter canonem non ſolutum,& reuerſum eſt ad dominū?
habes gloſſ.ordinariam,quę no.in l.2.ſ.ſi ag. vect. & no.ī au-
then.qui rem.de ſacroſ.eccl.per Doct.in l.ſolēnibus. ſ. de rei
ven.de illo vero paſſu, an extra illos caſus poſſit quis obiice-
re de iure tertii, dic, ut plene no.in l.ſeruum. C. de ſer. fug.&
plenius per Bar.in l.2.ſ.de excep.rei iud.vbi Doc.diſtinguunt,
an ſit excluſus a iure agendi ipſo iure,& poteſt obiici, ut l.fin.
C.de rei vend.aut ope excep.& tunc ſecus,vt d. l.2.

## LEX XVI.

*2 Conditio principaliter fit per ſi,ſed dies fit per cum.& nu.1.*
*3 Dictio ſi,principaliter facit cōditionem,ſecundario diem incertum,& ecō
uerſo,dictio cum,facit principaliter diem,ſecundario condictionem.*
*4 Debitum conditionale,vel in diem ſolutum ante cōdictionem,vel ante diē
tāquam purum quando poſſit repeti tanqua indebitū,& quæ in hoc ſit
differentia inter contractus,& vltimas voluntates.*

1 SVb conditione. ¶†Debitū ꝯditionale ſolu
tū conditione pendēte p
errorē,tanq̄ purū repetit̄ per hanc actionē,niſi eſſet ta
lis ꝯdō,quæ fuiſſet oīno extitura, quia tunc debitū nō
ſuſpendit,niſi conditio euenerit ante factam repetitionem.
Item debitum in diem certum ſolutum ante euentum diei,
ſiſr repetitur,niſi ante repetitionem dies euenerit,& niſi dies
ſit omnino extitura,ſed ignoretur,qñ.h.d.cum duab.ll.ſeq &
primo loquitur de debito conditionali,vſq; ibi [quod autem
ſub certo ]tñ in iſta parte coniunge.l.ſub ea. Secūdo loquitur
de debito in diem incertum. Et primo loquitur quādo erat
dies incertus,an & bene erat incertus qñ,ſed non an,in l.nam
& ſi cum moriar.ſm vnum intellectum glo.& bonum. limi
tat tñ,qđ hic dr̄ in primo caſu , p ea quæ habentur.ſ.de con.
ob.cau.l.qui ſe debere.in ver.[ſi autem vere,]& quod ibi no.
2 in gloſſ.ibi tetigi.†& aduerte,quia conditio principaliter fit,
per ſi.ſ.eo.l.qui promiſit.& ibi no.ſed dies fit per cum.l.ſi Ti-
tio,qñ di.le.ce. Tñ omne debitum conditionale eſt ēt in diē,
3 †& econuerſo omne debitum in diem incertum,an,& quā-
do,eſt ēt cōditionale.In hoc tñ eſt dña,quia dictio ſi, princi-
paliter facit cōditionē, ſecundario facit diem incertū,& ecō
uerſo dictio cum,facit principaliter diem,ſecundario ꝯdōnē,
vt d.l.ſi Titio.¶In †debito ergo conditionali ſoluto cōdōne
4 pendēte dic,aut erat cōditio,quæ ſe habebat ad eſſe,& nō eē,
vt ſi nauis ex Aſia venerit, & tunc ſolutum conditione pēdē
te tanq̄ purum,& per errorem iuris,vel facti repetitur tanq̄
indebitum,quia nulla interim ſubſiſtebat obligatio, ar.ī l.ce
dere diem.de verbo. ſig. ſecus ſi fuiſſet ſolutum ſcienter , ſed
an tūc repetitur alia condicione,an autem videatur donatū?
diſtingue,ut dixi ī d.l.qui ſe debere, quod autem ſoluitur ſim
pliciter, & tunc cenſetur donatum ob cauſam de futuro im-
plendam per recipientem, & tunc ſecus , quia ea non ſecuta
repetitur per cōdictionem ob cauſam.¶Item quando ſoluit p
errorem,ſi ante repetitionē,vel ēt lite pendente ſuper ea,vel
ēt lite finita , & ante reſtitutionem ſoluti exiſteret conditio
impediretur repetitio,& ita intellige text.hic dum dicit, [cō-
ditione aūt exiſtente repeti non pōt &c.]Si aūt erat talis cō-
ditio,quæ ſe habebat ad eſſe tm̄,nec poterat deficere, tunc dr̄
conditio neceſſaria,& omnino extitura,vñ non impedit nālem,& ciuilem obligationem oriri,nec reddit debitum ꝯdō
nale.Sed an reddat ipſum in diem? refert an certum eſt,ꝙ exi-
ſtet,& ꝙ de præſenti eſt vera,vt ſi promitto tibi,ſi digito cœ-
lū nō tetigeris,& nō reddit debitū ēt in diē , vnde ſtatim pōt
peti.Interdum hēt in ſe tempus certum,an , & qñ,vt promit-
to tibi ſi , hinc ad annum oriet̄ ſol. tunc hēt diē certū. Inter-
dum hēt die incertū,vt promitto tibi cū moriar,ꝙ iſtis caſib.
añ diem non pōt peti,ſed ſolutum añ diem non repetit̄,qñ
dies producit exceptionem dilatoriam , quæ non inducit re-
petitionem ſoluti,ſiue ſit certa,ſiue incerta.dum tñ oblo na-
ta ſit,vt ſ.e.l.in diem.cum l. ſeq. ¶Si aūt debeo tibi in diem ī
certū , quia facta fuit promiſſio per eum,& tunc erat incer-
tus dies,an,& qñ,vt cū Titius conſul factus fuerit, vel cū na
uis ex Aſia venerit,& tunc eſt ꝯdōnale,licet nō principalr in
ſit conditio,nec diſtinguit̄ inter ꝯctū, & vltimam voluntatē,
hoc caſu,& idē p oīa dic,vt ſ.in cōdōnali,& iſto mō ītelligit̄
iſte ver.ꝙ aūt ſm vnum intelłm,quē ponit gl. fi.quæ incipit,
[vel dic.]in fi. & tunc dū tex.dicit. [idē exiſtentē,]ſubaudi ſe-
cus,ſi adhuc non exiſtat,aut erat incertus dies,quādo,ſed nō
an,vt dies mortis,tunc non impedit naturalem,& ciuilē obli
gationem oriri,ideo ſolutum interim non repetitur,licet an
te mortem non potuiſſet peti,vt hic in l.nam,& ſi.hoc tamē
verum in ꝯctib. ſed in vltimis voluntatib. talis dies incertus
impoſitus grauato facit conditionem , & ſi quis legat alicui
cum hæres ſuus moritur,vt l.hrs meus.in prin.de cond.& de-
mon.nam ſi legatarius moriatur ante hæredem,non trāſmit
tit ad hæredem ſuum,ſecus in conditione ex contractu,ſi de-
beo tibi cū moriar, & hoc voluit gl.hic,quæ incipit[nec añ.]
Si ergo eſſem debitor ex vltima voluntate,cū moriar,ſoluē-
do ante mortem poſſem repetere , quia nō erat certum debi
tum iri,ſecus ſi ex contractu,vt hic patet.Poteſt etiā iſte verſ.
[quod autem.]intelligi in caſu quo loquitur lex ſequens, &
tunc tex.dum dicit,[die exiſtente.]exponitur idem,ſi non exi
ſtente , & hoc vult gloſſ. quæ incipit , [ ſed nec.]& ſequens
gloſſ.in princ.

## LEX XIX.

*2 Debitor ſi liberatur ex aliqua diſpoſitione legali in pęnam creditoris , tūc
ſolutum per errorem facti repeti poteſt.*
*3 Statutum ꝙ creditor negligens per quinquennium petere debitum,cadat
a iure ſuo,ꝙ non inducat peccatum,ſi elapſo quinquēnio debitor ſoluat,
& ꝙ ſecus ſit ſi ſtatutum dicit,ꝙ debitor præſcribat per lapſum quin-
quennii.*
*4 Stante prædicto ſtatuto, & omnibus exemplis in iſta lege poſitis,licet de
bitor ſit liberatus ab obligatione ciuili,quòd tamen in foro conſcientię
tutior ſit opinio,quòd teneatur.*

1 SI pęnæ cauſa. ¶† Si debitor liberat̄ ex aliqua
diſpoſitione legali in pœnam
creditoris:non tollitur obligatio naturalis:ideo ſolutū
p errorē iuris nō repetitur.h.d.¶In tex,ibi,[oblo natu-
ralis

lis manet.]ſupple etiam non eliſa,ſed ciuilis tollitur,ſi illa di
ſpoſitio legalis erat de iure ciuili,quod poteſt tollere ciuilem
obligationem,ſed ſi de iure prætorio,tunc ciuilis non tolli-
tur,ſed eliditur,& quid iuris ſit,dic,vt no.per Bar.ſ̃. eod.l.Iul.
2 ¶†In tex.ibi,[& ideo ſolutum repeti non poteſt.]ſupple non
per errorem facti,quia tunc bene repeteretur, vt ſ̃. ad Mace-
do.l. ſi per errorẽ iuris.quia exceptio eſt odioſa. vt ſ̃.e.l.q ex-
ceptionem.& hoc caſu erat dubium hic, quia exceptio erat
perpetua, vnde videbatur inducere repetitionẽ, ſicut ſi eſſet
omnino indebitum. Sed certe hoc eſſet verum, ſi diſpoſitio
eſſet fauorabilis.i.inducta in fauorem debitoris liberati, ſed
hic loquitur, quando eſt odioſa, & inducta mere in odium
creditoris,vt in exemplis hic poſitis in gl. ſi autem eſſet ſolu-
ta ex certa ſcientia,non haberet dubium,quia tunc etiam ſi
eſſet mere fauorabilis,& omnino indebitum non repeteret.
3 per iſtum tex.†vnde ſi ſtatutum dicat,quòd creditor negligẽs
a per quinquennium[a] petere debitum,cadat a iure ſuo,poſito
quòd ſtatutũ valeat,habet locum iſta l.vt tollatur ciuilis, nõ
naturalis,& ſolutum per errorem iuris non repetitur.Quidã
tamen dixerunt nõ valere,quia inducit peccatum,ſi debitor
ſciebat ſe debitorem,& ſic malæfidei poſſeſſor,non poteſt p̃
ſcribere.hoc tenet Ioan.And.in cap.fin.de excep.lib.6.& Bar.
in l.omnes populi. de iuſt.& iure.ſed ſi eſſet bonæfidei, puta,
hæres debitoris contraxerat,vt in regula,qui in alterius.de re
gu.iu.tunc non habet locum ſtatutũ. Vel dic,quòd iſta diſtin
ctio pcederet,ſi ſtatutum diceret,quòd debitor preſcribat per
lapſum quinquẽnii conferendo verba in debitorem,nã tunc
ſi eſt malæfidei,non poteſt præſcribere,& ſi ſtatutum diceret
cõtrarium,nõ valeret,quia induceret peccatum. Sed ſi dicat
ꝙ cadat a iure ſuo,videtur ſecus,quia tunc non liberatur de-
bitor præſcriptione,ſed pœnali diſpoſitione ſtatuti,& hoc ſẽ
per fuit mihi viſum eſſe verũ,& põt ſaluari ſic, qđ no. in l.ſe
quitur.§.manda.de vſucap. & vidi magnos Doctor.iſtud idẽ
4 tenere,& dicit hic † Bar.quòd in omnibus exemplis hic poſi
tis per glo.licet debitor ſit liberatus ab obligatione ciuili, ta-
men in foro conſcientiæ tenetur,cum naturaliter remanet
obligatus,quod mihi non placet,poſtquam eos l. liberat, &
credo ipſum non peccare,ſi nõ vult ſoluere, cum non tenea
tur,quia non debet eſſe clementior lege.Sed ſecundum Bart.
peccaret.tutior tamen eſt opinio Bar.propter periculum ani
mæ.arg.in c.iuuenis.de ſpon.Vltimum tamen exemplum gl.
non eſt bonum quantum ad hanc legem, quia exceptio Ma
cedo.non tollit ciuilem obligationem. vt l. j. cum ibi notat.
infra ad Maced.

ADDITIO.

a ¶ Quinquennium.De hoc ſtatuto vide Anch.conſi.164.per Soc.conſi.inci.dñs
labia me aperiat. capiendo primum conſultationis articulum, vbi late ponit,
qualiter debitor poſsit præſcribere,licet ſciat ſe debere,de quo articulo, etiam
per Lu.Ro.conſi.104.Fulg.conſi.187.

1 *Soluens vt hæres,vel ſimpliciter,quando,& a quo repetat ſolutum,ſi nõ
ſit hæres,& quando cenſetur ſoluiſſe pro ſua obligatione.& nu.1.*

1 §.Quamuis. ¶ †Soluens debitum alienum ſuo ta-
men nomine p̃ errorem,repetit,licet
recipiens debitum ſibi receperit, & ideo verus debitor non
liberatur, quia vna ſolutio non debet parere repetitionem,
3 h.d.¶†In gl.1.ibi,[ſolo ſi ſuo nomine &c.] ſed certe non vr̃
iſtud poſſe procedere,qa iſte ſoluit tanq̃ hæres, & ſic nõ ſuo
nomine,ſed hæreditario,nam ſuo diceretur ſoluere, ſi ſolue-
ret tanq̃ Titius, & tanquam obligatus,ẽt ſi nõ eſſet.Sed iſtud
non erat hic, quia ſoluit debitum hæreditarium,ad quod nõ
putabat ſe teneri niſi eſſet hr̃s. Iſtud non declaratur alicubi
per Doc.& ſemper fecit me dubitare, vnde dico ſic,ꝙ ĩterdũ
certitudinarie putabat ſe hr̃dem, & tũc putabat ſe obligatũ,
ſi ſoluit,cenſet̃ ſoluere pro ſua obligatione, q̃ ꝯhitur in ade-
undo hr̃ditatem,in qua aditione quaſi ꝯ̃hitur cum creditori
bus,& legatariis.vt l.hæc autem.in fin.ſ̃.qui.ex cau.in poſ.ea.
& veriſiſe eſt,ꝙ ſi ſciuiſſet ſe non eſſe hr̃dem, non ſoluiſſet,
& iſto mõ nõ loquitur iſte tex.Interdum dubitat,an ſit heres,
vel nõ, quia forte lis erat ſibi mota de hr̃ditate,tunc ſi ſoluit,
cenſet̃ ſoluere p̃ ſe ſi non eſt hr̃s, ſed ſi eſt hr̃s cenſetur ſolue-
re pro hr̃de vero, vel p̃ hæreditate, & iſto mõ loquunt̃ ꝯ̃ria
allegata hic in gl.ꝙ non poterit repetere ab eo,cui ſoluit,qa
talis ſolo liberauit verum hæredẽ,vel hæreditatem. Sed con-
ſulit̃ ſibi aduerſus verum hæredem, qa cum petet ab eo hæ-
reditatem poterit, quod ſoluit imputare illi, & tanto minus
reſtituere,vel ex hæreditate retinere.

2 *Solutum indebite ratione poſſeſſionis reconciliatur conſumptione,vt poſ-
ſit condici etiam ratione proprietatis.& nu.1.*

1 §.Si falſo. ¶†Si ſoluo numos, quos habeo cõmunes
cum alio, & volo repetere partem meam
fit diuiſio numero,non autem per ſingula corpora.h.d. Simi
le.ſ̃.ſi cert.peta.l.nã & ſi fur.quod dic,vt ibi declaraui, & hoc
2 ſecundum vnam lectu.glo.†Legitur alio modo, quòd nole-
bat repetere partem ſocii,quia tunc non tranſtuli dominiũ,
nec condicam ratione proprietatis, ſed ratione poſſeſſionis.
& l.inde.§.ſed ſi numi.ſ̃.eod.niſi eſſent conſumpti, vt ibi no-
tat. in gloſſ.

1 §.Si putem me. ¶†Soluens rem non debitam,
pro ea quæ erat debita repetere
poteſt.h.d.¶In tex.ibi [nec enim pro eo, quod debes.]& ſic
non poteris retinere Pamphilum pro Stycho, quem debeo,
quia nõ admittitur compenſatio de ſpecie ad ſpeciem, ſecus
in quãtitate indebite ſoluta,quæ poteſt retineri pro alia quã
titate debita.vt infra eo.l.eleganter.§.ſi poſt. & l.ſi nõ ſortem
poſt princ.

2 *Fideiuſſor habens exceptionem excuſſionis,ſi ea non oppoſita vel facta
ſoluit,poteſt repetere.& nu.1.*

1 §.Si duo rei. ¶ † Si duo pariter, & inſolidum obli-
gati pariter, & in ſolidum quilibet ſol-
uit,repetit quilibet dimidiam,ſi erat ſimplex obligatio,ſi ve-
ro alternatiua,& ambo ſoluunt quamlibet rem, & alternati
uis datur electio recipiendi,quod illorum reſtituere velit, nõ
autem ſoluentib.quia ab ipſo principio non admittebatur ſo
lutio pro parte.h.d.cum duab.legib.ſeq.¶In tex.ibi.[20.pari-
ter ſoluerunt.] quia cum quilibet ſciret ſe obligatum inſoli-
dum ad x.credebant,ꝙ non ſufficeret vna ſolutio,tñ ſufficie-
bat,& ideo recipiens,quia non debeat habere niſi.x. tenetur
x.reſtituere,videbatur hãc conditionem non competere, qa
cum quilibet eſſet obligatus ad x. quilibet ſoluendo decem,
vr̃ ſoluere debitum,non indebitum. ſed certe tempore ſolu-
tionis cum pariter ſoluãt,diuiditur illa obligatio, & quilibet
cenſetur quinque ſoluiſſe indebite, cum vnica tantum ſolo
ſufficiat,& non debeat ſoluere cuilibet decem, ſed quinque.
2 ¶†No.in gl. in l.ſi reus,quæ tenet, ꝙ fideiuſſor habens exce-
ptionem excuſſionis,ſi ea non oppoſita,vel facta ſoluit, põt
repetere,& ſic non hẽt hodie locum iſta lex, vt ambo repe-
tant partem,ſi ambo ſimul ſoluerunt,ſed ſolus fideiuſſor re-
peteret Bar.tenet contrarium in l.Iul. ſ̃.eo. & nõ recordatur
de iſta gl.Dicit.n. ꝙ exceptio excuſſionis eſt exceptio inuenta
gratia rigoris iuris conſeruandi,quod ideo inducit receptio-
nem,ſicut nec exceptio litis pendentis,ut in l.Iul.ſ̃.e.Sed iſta
glo.vult contrarium,& forte melius loquitur, nam ſi princi-
palis eſt ſoluendo, fideiuſſor non tenetur cum effectu. ideo
vr̃ indebitum ſoluere, & tene menti,quia iſtud poteſt quoti-
die de facto contingere,eſt caſus ſingularis,& in dubio debe-
mus adhærere gl.qñ non reperimus eas reprobatas per Doc.

LEX XXI.

2 *Error iuris, vel facti iniuſtus (quando tractatur de damno euitando) non
nocet,& quando dicatur quis tractare de damno euitando.& nu.1.*

1 SEd & ſi me. ¶ † Indebitum omni iure ſolutũ
etiam per errorem iniuſtum repe-
ti poteſt.h.d. & ſemper allegatur, †ꝙ quando tractatur
2 de damno euitando error iuris, vel facti iniuſtus non
nocet, & dicitur tractari de damno euitando, qui ſoluit,
cum nullo iure eſſet obligatus, ciuiliter, vel naturaliter tñ,
ſed non efficaciter,vt no.gl.in l.j.ſ̃.eo.idem ciuil̃r,tñ non effi
caciter, eo quia per exceptionem poterat vtraque elidi,ſi tñ
erat exceptio fauorabilis, ſecus ſi odioſa, vt ſ̃.e.qui exceptio-
nem.Si autem erat debitum naturale tñ, licet eſſet ineſſicax
ad agendũ,non diceretur tractare de damno euitando, alias
ſi diceremus eũ tractare de damno euitando etiam ille qui
recipit,diceretur ſil̃r tractare de damno euitando,& ideo me
lior eſt conditio ipſius rei,ut no.gl.ſ̃.mand.l.ſi fideiuſſor.§.nõ
male,quæ incipit.ſ.quia, ſed in præcedentib.caſib.recipientis
dicitur tractari de lucro captando, ideo agens qui tractat de
damno euitando,præfertur.

2 *Si vendo tibi fundum per quem facio tranſitum, & trado tibi non impo-
ſita ſeruitute,conſulitur mihi per incerti condictionem ad nudam retra
ditionẽ fundi retinendi,quouſq; ſeruitutem itineris conſtituas.& nu.1.*
3 *Condictio incerti,an competit,vbi alia actio ex contractu competit.*
4 *Condictio indebiti,quòd interdum detur ad incerta.*

1 §.Cum iter. ¶†Quãdo ſoluitur debitum,tñ aliter,
& pinguius, q̃ debeatur ad ſoluẽtis in
commodum conſulitur ſoluenti per condictionem incer-
ti,vt reſtituatur res reſtituẽda,quouſq; fiat, quod fieri debet.
h.d.Et pone hic caſum per l.ſi binarum.ſ̃.de ſerui. vrb.prædi.
nã ſi habeo duos fundos vicinos, & per vnum eorum facio
tranſitum ad alterum, non propterea ille per quem facio trã
ſitum dicitur debere ſeruitutem alteri,ad quem tranſeo, qa
vna res mea non poteſt alteri rei meæ ſeruire,vt ſ̃.de ſerui. ru
ſti.præd.l.vnus ex ſociis.†Si ergo vendo tibi fundum,per quẽ
2 facio tranſitum, & trado non impoſita ſeruitute trãſiuit ad
te liber,& modo tranſire non potero. Eſt ergo conſilium,ꝙ
tempore venditionis agam tecum,ut debeas mihi ſeruitutẽ
conſtituere,& ſi hoc faciam,non dicitur conſtituta antequã
tradam, quia adhuc ſum dominus, & cum trado, & deſino
eſſe, debeo mihi facere conſtitui, ſi hoc non facio,& trado
ſimpliciter

ſimpliciter per errorem, non ſoluo aliquid indebitum, quia
fundus tibi debeatur,nec ſine cauſa, quia ſuberat cā venditio
nis.iſta tn̄ ſolutio facta fuit aliter q̄ deberet fieri,& pignus.qa
debuit tempore traditionis effici ſeruus,& non fuit factus.Et
non habet locum condō indebiti nec ſine cā,nec conſulitur
mihi ꝯdōne incerti,vt retradas mihi fundum,non quo ad do
minium,nec quo ad poſſeſſionem, ſed nudam retraditionē
facti retinēdam quouſq; ꝯſtitutas,& qa oē factū eſt īcertū,
ꝯpetit mihi incerti condō,& hoc vult iſte tex.poſſum ēt age-
re recta via actione ex vendito in formata,cū pacto,vt ſerui
tutē conſtituas.d.l.ſi binarum, ꝑ quā iſte tex.ſupplet.& ꝑ quā
videtur confundi opi.Bar.dicit,hic reprobo gl.ꝙ illa nihil fa-
cit,vt ibi patet,quia non loquitur de iſta condictione incer-
ti,de actione præſcriptis verbis,quæ dicitur incerti, quādo da
tur ad factum,& illa concurrit cum actione ex ꝯ̃ctu informa
8 ta a pacto,vt l.ſi vir vxori.eo.ti.Et iſta condictio †incerti non
competit,vbi alia actio ex contractu competit,per l.promiſi
ſti.ſ.de præſc.verb.licet glo.hic tenet ꝯ̃rium, ꝙ concurrit cū
aliis ſpecialibus actionibus,pro qua glo.vr̄ caſus in d.l.ſi bina
rum.poſſet tn̄ rn̄deri,ꝙ ibi conſtituatur ad diuerſa, qa actio
ex vendito competit,vt ſeruitus ꝯſtituat̄,ſed condictio incer
ti,vt res tradatur.Bar.autem loq̄t̄ reſpectu eiuſdē,ꝙ ſi alia cā
competeret,ut res reſtituat̄ non competeret condō incerti,
ſed certe,ſicut certi condō gn̄alis concurrit cum aliis ſpālib.
competentibus ad certum,niſi cum actione ex ſtipulatu, qn̄
interuenit ſtipulatio,quia tunc illa ſola competit, no.hic gl.
quam tenent omnes. nam condictio incerti eſt gn̄alis, ſicut
certi condictio, & ſicut illa non hēt ſpecialē ti.ſed incidenter
fit de ipſa mentio in titulo,ſi cer.pe.ita nec iſta, ſed incidēter
fit hic mentio.& ſ.e.l.qui exceptione.§.ſi pars, ſed principali-
ter ad iſtū.§.remittit̄.pro notitia huius condictionis,quā exa-
mina.vt hic no.per Bar.exceptis his,q̄ ſ.dixi qb.teneo contra
4 ipſum.† Sed do. Raph. intelligit iſtum tex. ꝙ non loquatur
de condictione incerti,ſed de condictione indebiti,ut conue-
niat titulo,quæ condictio datur interdum ad incerta, vt pa-
tet.ſ.e.l.ſi fundi.mei.iuncta.l. ubi autem.ibi vſumfructum.ſ.đ
verbo.obliga.nec ob.ꝙ iſte fundus fuit debite ſolutus,qa pōt
dici,ꝙ immo indebitæ,propter id quod deficiebat per l.ſi qs
cum a fideicommiſſario,.ſ.e. ti.licet ipſe pulchre moueatur,
non recedas a communi intellectu gl.& Docto.

## LEX XXIII.

1 *Solutum ex cauſa tranſactionis quando poſſit repeti.*
2 *Eo caſu quo non valeret tranſactio, non valeret etiam compromiſſum de iure,& de facto.*
3 *Inſtrumentum ſi ex forma ſtatuti habet executionem paratam. & quod contra ipſum non poſſit opponi,facit rem liquidam,ſicut ſententia,quæ tranſiuit in rem iudicatam.*
4 *Statutum,ꝙ cauſæ inter conſanguineos debeant compromitti, non habet locum,ſi alter conſanguineus contra alterum habet ſententiam, vel inſtrumentum,habens ex forma ſtatuti executionem paratam.*
5 *Res iudicata dicitur,cum a ſententia non poteſt appellari, ſed antequam hoc ſit dicitur ſententia,non res iudicata.*
6 *Sententia lata contra tranſactionem valet,non ſic econuerſo nec,ſentētia contra ſententiam.*
7 *Exceptio tranſactionis impedit litis ingreſſum.*
8 *Quòd poſſit obiici in quacunque parte litis ad impediendum reliquum proceſſum,& quomodo.*
9 *Debitor qui ſemel ſoluit,ſi iterum conueniatur,vt ſoluat,cum poſſit probare ſolutionem,& iterum ſoluit, & poſtea ſuperueniant ei probationes, puta inſtrumentum ſolutionis,an poterit ſolutum repetere.*

1 ELeganter. ¶ † Præmitte ꝙ indebite ſolutum
ex cā tranſactionis nō repetitur,
etiam ſi fuit per errorem ſolutum, quia ipſa tranſa-
ctio facit.ipſum debitum,vt in l.2.C.eo.& no.per gl.
in fi.huius legis,ſi petebas a me centum, in quibus non tene
bar,& timore huius tranſegi tecum pro quinquaginta, quæ
ſolui,& tu liberaſti me a reſiduo,nam licet velim probare,ꝙ
illud erat indebitum,& ꝙ per errorem ſolui, & tranſegi,non
repeto,nam ſatis eſt,ꝙ euitaui litem.& hoc ſolum facit ad il
lud debitum.Hoc verum quādo tranſactio interuenit,& fuit
reſoluta,& quando tu eidem tranſactioni ſtetiſti, quia poſt-
ea me non conueniſti, quocunque autem iſtorum deficiēte,
ſecus eſt,quia poſſum repetere,& vult tota iſta. l. vſq; ad §.fi.
q̄ ponit ſex caſus,ſm̄ gl.tu dic,ꝙ nō ſunt niſi quinque,tres po
nuntur vſq;ad §.ſi poſt.quartus ponitur vſq; ad §.ſi quis.poſt,
ibi ponuntur quinque vſque ad §. fin.Primus eſt,quando cre
didi tranſactionem fuiſſe factam, puta per procuratorem
meum,uel illum,cui ſucceſſi,& ſi non erat facta. Secundus,
quando ſolui ob tranſactionem futuram, quæ poſtea nō eſt
ſecuta.Tertius, quando eſt ſecuta, & poſtea fuit reſoluta cō-
muni conſenſu partium. Quartus eſt, quando tranſactio
fuit nulla, ut quia facta poſt ſententiam,quæ tranſiuerat ī rē
iudicatam,vel ſuper alimentis non interueniente decreto p̄-
toris,vel l.cum hi.ſ.de tranſactio.Quintus eſt,quando fuit va-
lida, ſed tu poſtea ei non ſtetiſti, quia me conueniſti ad inte-
gram ſummam,& obtinuiſti, quia non oppoſui exceptionē
tranſactionis,quàm poteram opponere,& te repellere, nam
ſententia nihilominus valet, & ſi eius virtute poſtea ſoluam
integram ſummam,repetere potero,quod prius ſoluerā cau
ſa tranſactionis, quia redacta eſt ad non cauſam, poſtquam
ei non ſtetiſti hoc vult iſta l.no.in §.ſi poſt no. pulchra.no.ꝙ
non ualet tranſactio poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem
iudicatam,& de qua non dubitatur. Ratio eſt,quia trāſactio
debet fieri ſuꝑ re dubia,& lite incerta, ut l.j.ſ. de tranſact.ſed
hic amplius non eſt dubia, quia ſententia facit eam claram
notoriam,nec eſt amplius lis,quia ſententia lata fuit. Secus
ſi foret appellatum,& appellatio adhuc duraret, vel de ſentē
tia non conſtaret,vt hic patet, quia ceſſarent rationes prædi-
2 ctæ. ¶ †Et per iſtum tex.dicunt Docto.ꝙ eo caſu,quo nō va
let tranſactio, non valeret etiam compromiſſum de iure,
& de facto,quia tale compromiſſum bene habet vim,tranſa
3 ctionis,ut in auth.ſi vero.C.de iud.& idem dicunt.† Si de de-
bito extaret inſtrumentum,quod ex forma ſtatuti habet exe
cutionem paratam,ſicut ſententia, & contra ipſum non po-
teſt opponi,quia tale inſtrumētum facit rem liquidam, ſicut
ex ſententia,quæ tranſiuit in rem iudicatam.Dn̄t etiam ſi ſta
4 tutum,dicat,ꝙ cauſæ inter†conſanguineos debeant compro
mitti, nō habet locum tale ſtatutum,ſi alter conſanguineus
contra alterum habet ſententiam,vel tale inſtrumētum, qa
ſtatutum debet intelligi de cauſis compromittibilibus, [a] ſed
a iſta non eſt compromittibilis non obſtantibus prædictis. Ad-
5 de quod habetur in c.expoſita,extra de arb. ¶ †No.etiam ſe-
cundum quoſdam,ꝙ res iudicata tūc dicitur,cum a ſua ſen-
tentia non poteſt appellari,ſed antequam hoc ſit, dr̄ ſenten-
tia,non autem dr̄ res iudicata.gl.hic reprobat,ſed de hoc dic
plene,vt no.in l.j.ſ.de re.iu.nam pro iſta opi.facit,quod habe
mus.in c.de per ſe tit.de ſent.& tit.de re iudi.& in decretalib.
6 rubrica de ſen.& re iu.& ſic ponūtur,ut diuerſa. ¶ †In §.ſi qs
poſt no.in prin.quia ſententia lata contra tranſactionem va
let,nō ſi econuerſo.vt in §.præc.nec valet ſn̄ia contra ſn̄iam
vt l.j. C. qn̄ ꝓuo. nō eſt neceſ. & ſic patet,ꝙ maioris vtilitatis
eſt ſententia,quàm tranſactio.dic vt l.j.& 2.ſ.de iureiu. ¶ †Itē
7 no.in ver.[potuit autē] tex.qui ſemper allegatur,ꝙ exceptio
tranſactionis impedit litis ingreſſum, vt patet hic dum.dicit,
[volenti litem cont.&c.] non enim tenetur, quis reſpondere
libello, nec lit. conteſta.cum actor venit contra tranſactio-
8 nem,de hoc in capi.j.de lit.conteſta.lib.6. ¶ †Item no.in ver.
ſic. [ſed & ſi poſt.] ꝙ ſicut ſi tranſactio eſſet facta ante litem
cœptā,& poſtea mihi moueres litem,poſſum te repellere ab
ingreſſu litis.vt in ver.præcedenti.ita, & ſi facta poſt lit.cont.
& ea non obſtāte vis poſtea litem proſequi,poſſum te repel-
lere a proſecutione.Sic ergo exceptio tranſactionis pōt obii-
ci in quacūq; parte litis, ad impediendū reliquū ꝓceſſum,ſi
facta eſt poſt litem cœptā,ſed ſi fuiſſet facta ante, & nō fuiſſet
oppoſita ad initiū litis,non poſſet opponi ad impediendum
reliquū proceſſum, & ſic in vim dilatoriæ,ſed poſſet opponi
in vim peremptoriæ,ad victoriā obtinendā,ſm̄ Doct. ¶ Vlti
mo no.ꝙ ſi veniſti ꝯ̃ tranſactionē,& obtinuiſti me cōdemna
ri & iterū ſolui, poſſum repetere,qđ pri⁹ ſoluerā ex cā tranſa
ctionis, qa nō eſt cōueniens, vt illud retineas,poſtq̄ veniēdo
ꝯ̃ tranſactionē impugnaſti,& repetā ꝑ ꝯdōnem,ſine cā,quia
cā redacta eſt ad nō cām.vt ꝯ̃.ti.j.l.ſi fullo. non per ꝯdōnē in
debiti,qa tꝑe, quo ſolui erat debitū ex cā tranſactionis,& ꝑ
iſtū tex.ego dico in quæſtione,quæ formatur per Doct.in l.1.
9 C.eo.ti.†ſi ego debitor ſoluerim tibi debitum,& hoc non ob
ſtante egiſti contra, & quia non potui probare ſoloñem fui
cōdemnatus,& iterum ſolui,ſi poſtea ꝑuenerunt ad me pro-
bationes, puta inſtrumentum ſolutionis,quod prius non po
b teram repetere, vtrum poſſum repetere ſolutū. [b] Doc.vr̄r di-
cere,ꝙ non,qa indebitū ſolutū ꝑ ſn̄iam non pōt repeti. vt l.
fideiuſſor.§.in oīb.ſ.mand. Nec ꝑ ꝯdōnē ſine cā.Ego dico,ꝙ
aut volo repetere illud, quod ſolui virtute ſn̄iæ, & verū dn̄t
Doc.Aut nolo repetere,quod prius ſolueram,ideo,quia ꝯtra
ſoloñem veniſti, & ei non ſtetiſti, & poſſum per ꝯdōnē,ſine
cā,quia cā ob quam ſolui vr̄,redacta ad non cauſam,ꝑ iſtum
tex.& per gl.in l.Iul.ſ.e.in j.gl.mag.circa medium ibi dum di-
cit,& [vr̄ redire ad non cauſam,] tene menti, quia quotidia-
num eſt, & aliquid ibi tangam.

### ADDITIONES.

a ¶ Compromittibilis.Adde vltra ea,quę ibi poſuit Bald.conſi.293. Anch.conſi.
183.Soc.conſi.inc.in cauſa appellationis,& ibi quid ſi ſit ſtatutum, quod agens
vigore inſtrumenti guarentigiati non poſsit cogi ad compromiſſum, an cum
petitur liquidatio poſsit cogi ad compromiſſum.

b ¶ Solutum.Adde Rapha.Fulg.conſi.27.

2 *In actionibus,quæ efficiuntur pęnales, & ſic creſcunt propter negationē, ſolutum indebite repeti non poteſt.*
3 *Solutum indebite in quibus caſibus repetatur.& nu.1.*

§.Si qua

1 §.Si qua lex. ¶†Quando actio eſt pęnalis a princi-
pio,ſolutum per errorem repeti pōt,
2 ſicut in actione non pœnali.h.d. † Sed qñ nō a principio,ſed
ex poſtfacto efficeretur pœnalis ꝑꝑ negationem, vt eſt actio
legis aquil.tunc ſecus, qa ſolutum cenſetur quodammodo
ex cauſa tranſactionis.voluit.n.primo ſoluere quam ſubiice
re ſe periculo negationis,& ſic periculo dupli,ſi de facto pro
baretur ꝯrium.vt l.ea quæ.C.eod.ti. tñ gl.dicit, ꝙ ratio illius.
l.ea quæ,eſt,quia ibi debet poni caſus,qđ ab aliquo fuit dam
num illatum,quia ſi a nullo datum fuiſſet , poſſet repeti , &
non haberet locum illa.ſed præſuppoſito , ꝙ aliud dederit,ſi
ego ſoluo tanꝗ ego dederim,ego non repeto, quia licet ego
ſoluam indebitum,tu tñ recipis debitum,certe illa.l.confun-
ditur per l.ſi pœnæ.§.j.ſ̃.eo.& quia ſoluo meo nomine , non
illiꝰ q dedit. Dic ergo ꝙ rō eſt ibi,qa euito piculū negationis
& pęnæ.& dicor ſoluere precium periculi , vt in l.periculi.ȷ̃.
de naut.fæno.& vr̃ eſſe q̄dam tranſactio, ſicut ſolutum ex cā
3 tranſactionis nō repetitur,ita nec hic.†poſtea glo. enumerat
caſus in quib.indebite ſolutum repetitur,ſed certe in oīb.ſuis
caſib.p̄t dici,ꝙ nō ſit ſolutū indebitū,immo debitum,qa trā
ſatio,& ſnīa ꝑ l.iuſiurandum,de non debito,faciunt debitū.
proprie aūt caſus fallentiæ ponūtur in l.cum is.§.ſi mulier.ȷ̃.
e.ibi.n.nec erat debitum,nec effectum debitum.

LEX XXIIII.

SI is qui. ¶ Sicut indebitum ſcienter ſolutum non
repetitur,ita ſcienter promiſſum debet ne
ceſſario ſolui,nec poteſt,condici liberatio.h.d.facit.l.ſi.
C.ad legem fal.

LEX XXV.

1 CVm duo. ¶†Ex plurib.ſoluentib.idē debitum
ei qui vltimo ſoluit,conceditur repe
2 titio.h.d.¶†In tex.ibi[trib.a reo ſolutis.]declara, ſic
nam reus q ſoluit tria non repetuntur,quia teneba-
tur ad decem,ideo illa tria non repetuntur , quia poſt debita
ſoluta, reſtant ſeptem . Primus fideiuſſor ſoluit quinque ſim-
pliciter, illa debite ſunt ſoluta , ergo non repetuntur,reſtant
duo,Vltimus fideiuſſor ſoluit quīque,ꝙ ſic duo debite,tria ī-
debite,igitur repetet illa tria, quæ reperiuntur ſoluta vltra ꝗ
deberentur nam debebantur decem, ad quæ quilibet illorū
erat inſolidum obligatus,vnica tamē ſolꝰo ſufficiebat , & iſte
reperitur habere.13 erat ergo dubitatio quis iſtorum ſoluen
tium illa tria repeteret.& dr̃,qđ vltimo ſoluēs,ſecus ſi ſimul,
& ſemel omnes ſoluiſſent tunc.n.quilibet repeteret, vt e.l.ſi
pœnæ.cum l.ſeq.

LEX XXVI.

1 *Vſuræ naturaliter tantum debitę,an per errorem iuris ſolutæ repetantur.*
2 *Prohibitio legis ne contrahat,impedit naturalem obligationem oriri.*
3 *Statutū ſi prohibet,ne mulier, aut vir ſine certa ſolennitate contrahat,& ſine illa ſolennitate contrahatur,non oritur naturalis obligatio.*
4 *Vſuræ indebite ſolutę poſſint hodie repeti in curia ſeculari.*
5 *Quælibet vſura quantuncunque pauca , hodie dicitur indebita omni iure, licet interueniat ēt ſtipulatio,& ꝙ de facto ſeruetur contrarium.*
6 *Vbi contingit dubitatio an ſit vſura,uel nō,de iſto articulo non pōt iudex ſecularis cognoſcere,ſed ad curiam eccleſiaſticam fiet remiſſio.*
7 *Reus conuentus ſi fatetur ſe recipiſſe vſuras,ꝙ poterit in curia ſeculari cō demnari.*

1 SI non ſortem. ¶† Vſuræ naturałr tñ debitæ
per errorem iuris ſolutæ non
repetuntur,nec in ſortem reputantur,ſed ſi erant omni
iure debitæ imputantur in ſortem,ſi nō erat adhuc ſors
ſoluta,& non repetuntur.Sed ſi ſoluta erat ſors,vel ſimul cū
eis ſoluitur,repetuntur eodem modo, quo ſors indebite ſolu
ta repetitur , & tūc dicuntur.nullo iure debitæ,qñ ꝯ prohibi
tionem legis fuerunt promiſſæ,vt ſunt vſuræ vltra cētesimā,
vel vſuræ vſurarum,vel ſ̃.taxationem legis de quo ī l. eos. C.
de vſur.h.d.vſque ad §.ſi quis falſo.¶In tex.ibi[ſi ſorti debitas
ſoluit.[Iſte tex.vr̃ ſibi ꝯriari,quia primo dixit,ꝙ ſoluit vſuras
indebitas,& hic dicit,ꝙ erant debitæ ſorti.Sed dic,ꝙ erant in
debitæ ciuiliter,quia non interuenerat ſtipulatio , ſed erant
debitæ naturałr,quia promiſſæ per actum nundum,qa erant
debitæ ſoriti.i conueniebant ſorti,quia non excedebant legi
timum modum taxatum in l.eos.C.de vſur.non ergo tūc re
petunt̃,ſi ſunt ſolutę per errorem iuris,nec ī ſortem imputā-
tur,ſed ſi ꝑ errorem facti, ſecus, iuxta no.l.j.ſ̃.e.huic ēt ꝓmiſ
ſioni ius non reſiſtit,poſtꝗ non ſunt vltra legitimum modū,
ſed nec aſſiſtit,qa non interuenit ſtipło. Vñ ſeruat̃ media via
vt diſtinguat̃ īter errorē iuris,& facti. Si autem excedebat le
gitimum modum,& ſi ſunt vltra centeſimas,vel vſurę vſura
rum,tunc ēt ſi eueniat ſtipuło,nullo iure ſunt debitæ,qa pro-
hibitio legalis impedit obłonem nālem oriri,vt l.cum lex.fi-
deiuſ.ideo ſolutæ ēt per errorem iuris vel in ſortem imputan
2 tur,vel repetūtur,vt ſequit̃,& ad hoc ſꝑ allegat̃ iſta lex. † qđ
3 ꝓhibitio l.ne ꝯhat̃,impedit nālē obłonē oriri.†Idē ſi ſtatutū
ꝓhiberet ne mulier,aut vir ſine certa ſolēnitate ꝯheret , te-
neˀBal.ꝙ vſurę indebite ſolutæ poſſint hodie repeti ī curia ſe
culari quia repetunt̃,vt ſors indebite ſoluta,vt hic,& clarum
eſt,ꝙ ſors īdebite ſoluta repetit̃ in curia ſeculari , ſi ſoluta ſit
5 laico, † & eſt clarū hodie. q̄libet vſura quantuncuq; pauca
dr̃ indebita omni iure , quantuncunque interueniat ſtipuło
qa nō ſolū ꝯ ꝓhibitionem iuris diuini. ſed ēt iuris canonici
iuxta no.ī l.cūctos populos,C.de ſum. Tri.& in auth.ad hæc.
C.de vſur.& quicquid dicat Bald.tñ ſeruatur de facto ꝯrium,
quia in curia eccleſiaſtica,dic de hoc, vt no.in cle.2.de iudic.
6 & ad illā curiā fieret ꝑ iudicē ſecularē remiſſio, qa poſſet ꝯtī
gere dubitatio , an eſſet vſura,vel non,& de iſto articulo nō
poſſet cognoſcere iudex ſecularis,iuxta no.in l.Titia.ſol.ma.
7 per Bar.†Si tñ reus conuentus fatetur ſe recipiſſe vſuras,de iu
re non quærit̃ amplius, quare in curia ſeculari non poſſet ꝯ-
demnare ad earum reſtōnem,quia hic nullus articulus ſpiri-
tualis verſatur,& curia ſecularis dēt ſuffragari curię eccleſia
ſticę,quod patet, qa ꝯpellit ad obſeruantiam iuri ad inſtātiā
eccleſiaſticę,in c.licet mulieres.de iureiu.

1 §.Si quis falſo. ¶†Error in ſorte principali , tollit
effectum conſenſus in acceſſorio,
& in debitum dr̃ etiam ſubſiſtente naturali,& ciuili obłone,
ſi tñ obſtat exceptio perpetua,ac fauorabilis.h.d. cum l.ſequ.
& tene menti iſtū primum.§.quia notabilis eſt,& quem alle-
gaui in l.j.ȷ̃.eod.¶In tex.ibi,[nec videtur ſciens ſoluiſſe]quia
non ſoluit animo donandi , ſed ne vexetur etiam putatiuo
debito,& ſic non ob.l.j.ſ̃.e.qa ibi,qñ non ſuberat alius reſpe
ctus.vnde vr̃ ſoluiſſe aīo donandi in ſeq.§.vbi ſed , ſi per aliꝗ
exceptionem,puta Velleiani,licet ibi ſubſiſtat nālis,& ciuilis
obło,& iſtam ſpeciem indebiti.gl.omiſit.l.j.ſ̃.e. & æquipara-
tur illi ſpeciei,qñ eſt indebitum omni iure, quo caſu ſiue per
errorem facti , ſiue iuris ſoluatur , repetitur, licet non ſic,qñ
erat debitum nāliter tñ,& non eſt eliſum per exceptionem,
vt in prin.huius legis.

2 *Si res datur inſolutum per iudicem,vel ꝑ partem pro maiori debito, quā dēatur per errorem,vitiabatur datio in totum, & obligatio prima remanet incorrupta,& nu.1.*
3 *Si non fuit erratum in ſumma debita,ſed in æſtimatione rei, quia plus valebat,& datio facta fuit a parte,nihil reſtituitur,& quid ſi facta fuit a iudice,& in quo caſu vitietur datum inſolutum.*
4 *Non pōt quis inuitus compelli ad communionem, & quid ſi teſtator mādauit hæredibus, ꝙ non debent diuidere bona.*
5 *Res debitoris,ſi occaſione illius debiti peruenit ad manū creditoris ( licet non ſit obligata pro illo debito)pōt retineri,quouſq; illud , & ēt aliud debitum,pro quo erat obligata, ſoluatur.*
6 *Scriptor an poßit retinere quinternum pro precio ſcripturæ .*
7 *In habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus.*

1 §.Si centum. ¶†Si ſpecies datur inſolutum ꝓ ma
iori quantitate,ꝗ dēat̃ per errorem,
non extinguit̃ debitum, & pro tota re competit condō inde
biti,licet pro debito retineri poſſit,hoc primo.Sed ſi detur,ꝗ
titas pro quantitate,ēt diuerſi generis,fit confuſio vſq; ad cō-
currentem quantitatem reſiduum vero repetitur.Hoc ſecun
do,idem ſi quantitas detur pro tota ſpecie.cum tñ pars dēre
tur.Hoc tertio,& vltimo vſque ad §.adeo ſecunda ibi,[ idem
Marcellus ait, ]tertia ibi,[idem Marcellus dicit.] ¶†No.prio
2 caſum quotidianum,qñ aliqua res datur inſolutum per iudi-
cem,vel per partem,quia pro maiori debito quam dēatur,ēt
ſi vno numo,vel aureo,quia tenebar tibi in decem , & puta
bam me teneri in xj.& pro.xj.dedi rem inſolutum, qa tantū
a fuit æſtimata, vitiabiur[a] datio ī totum,qa poteſt res repeti,&
obło prima remanet incorrupta,nec in aliquo eſt ſublata,&
iſtud non hr̃ ita bñ alibi,& tene menti,qa eſt vtiliſſimum . &
quotidianum.Sis ergo cautus in videndo, ſi in aliquo erratū
3 ſit in tali datione ſi vis eam reſcindere.†Sed ponamus, ꝙ nō
fuit erratū in ſumma debita,ſed in æſtimatione rei , qa dēbā
decem,& ꝓ decē dedi,tñ res valebat plus,qd erit? Rñdeo,aut
datio fuit facta a parte , & nihil reſtituit̃,quia tantum rē ſuā
æſtimaſſe vr̃.de le.2.l.Imperator.§.centum.ver.enimuero.aut
fuit facta datio a iudice,& dic,vt in l.j.C.de iu.do.impe.& ad-
de,quod no.Bar.in l.a diuo Pio.§.ſi pig.ȷ̃.de re iud. Adde etiā
aliū caſum.in quo vitiat̃ datio inſolutū in l.ſi aliā. ȷ̃. de ſolu.
4 ¶†Itē no.in ver.[nemo.]qui ſemꝑ allegat̃, ꝙ nō pōt quis in
uitus cōpelli ad cōionē,& gl.intelligit fiēdā de nouo , vel ad
b ꝑſiſtendū in ea,& facit in ar.ꝙ ſi teſtator mādauit[b] hęredib.
ꝙ non debeant diuidere,bona,an valeat mandatum?nam ip
ſe pōt adicere legem,quā vult in reb.ſuis. ¶In ꝯrium,ꝙ non
valeat,facit iſte tex.pōt dici,ꝙ aut mandauit , vt non diuidāt
vſque

ADDITIONES.

a ¶ Vitiabitur.Adde Bal.conſi.238.vbi formaliter ſequitur op.Bar.& Oldr.
conſi.208.
b ¶ Mandauit.Licet quis teſtator fecit eos iurare, ꝙ non diuident vſque ad.
x.annos,an poſsint poſtea diuidere,& remittere ſibi inuicem iuramenta.
vide per Old.conſi.241.

a vſq; ad certum tps, & tunc valet, aut ꝙ nunquam, a tũc ſecus ſicut diſtinguitur in pacto, ut ſ. communi diui. l. in hoc iudicio. §. ſi conueniant. iuncta, l. qui chirographum. de leg. 3. vbi bona eſt argumentatio de ɔ̃tibus ad vltimas voluntates, vbi non eſt dare rõnem diuerſitatis, & adde quod no. Bar. ĩ l. quitus. de annu. leg. ¶ † Item no. in ver. [ager autem retinebitur] qui ſemper allegatur, ꝙ ſi res debitoris peruenit ad manum creditoris licet non ſit obligata pro illo debito, põt retineri quouſq; debitum ſoluat, licet ſi creditor eam non haberet, non poſſet per hypothecariam aduocare. Sed iſtud eſt verũ, qñ peruenit ad manus ſuas occaſione illius debiti, & ita fuit hic, q̃ fuit tradita inſolutũ ꝓ illo debito, licet datio inſolutũ non valeat, & hoc ẽt probat in l. eleganter. §. reprobos. ſ. de pi. act. Idẽ ſi non perueniſſet occaſione illius debiti. tñ erat obligata ꝓ alio debito, nã põt retineri ẽt pro illo, pro quo nõ eſt obligata particulariter. C. ob chirographariam pecuniam al's vero non poſſet retineri, niſi pro debito ɔtracto occaſione il

5

6 lius debiti, vt in glo. Vnde inducitur ad quæſtionem † de reſcriptore, an poſſit retinere ɋnternũ ꝓ precio ſcripturæ, & Doc. diſtinguunt. aut loqtur de quinterno ſcripturæ ipſius, & põt retinere, quia occaſione ipſius eſt contractum debitum, aut de quinterno exemplaris, & tunc ſecus, quia non occaſione ipſius, nec erat pro aliquo debito obligatus, & per hoc vide ꝑ Cyn. in l. fin. C. commo. & hic per Bar. in l. petenti. ſ. de pigno.

7 act. vbi dicit aliquid hic addendum. ¶ † Vltimo no. in verſicu. [idem Marcellus.] iuncto principio. §. ad illud vulgare, ꝙ facilior eſt tranſitus in habentibus ſymbolum. id eſt ſimilitudinẽ, nam vna quantitas habet ſimilitudinem cum altera ẽt diuerſi generis, ideo fit pro rata confuſio, non ſic ſpecies cum quãtitate. ideo non fit, vt in prin. facit l. ſed cum patrono. ſ. de bo. poſſeſſio.

ADDITIO.

a ¶ Aut quod nunquam. Adde ꝙ hanc deciſionem ſequitur D. Ale. de Imo. in conſi. 14. in prin. in 3. vol. & conſi. 29. col. pe. ver. inquantum autem. in v. vol.

1 *Legatum liberationis parit exceptionem, quæ ſoluti repetitionem inducit.*

2 *Liberatione legata debitori per creditorem, quibus remediis liberetur debitor.*

3 *Rebanniendus, vel abſoluendus ab exulatione, habetur pro rebãnito, uel abſoluto, vt ſic non poſſit impune offendi ex forma ſtatuti ciuitatis.*

1 §. Adeo autem. ¶ † Legatum liberationis parit exceptionem, q̃ ſoluti repeti-

2 tionẽ inducit. h. d. præmitte, † ꝙ ſi creditor legat debitori ſuo liberationem, vel mandat hæredi, vt ipſum liberes anteq̃ liberatio fiat per hæredem, eſt ciuiliter, & naturaliter obligatus qm̃ illæ obligationes, quæ fuerunt a principio ɔ̃ctæ conſenſu vtriuſque, non potuerunt ſol a volũtate creditoris tolli, iuxta ea quæ habentur in l. Pompo. ſ. de neg. ge. ſi ergo ſoluit, antequam liberetur, ſ. quod non poſſit repetere, quaſi ſoluerit debitum, ſed ɔ̃rium hic determinatur, quia ſaltem erat tutus ope exceptionis, ſi hæres ab ipſo voluiſſet petere, & iſta exceptio facit eſſe omnino indebitum, cum ſit fauorabilis, vt ſ. e. §. indebitum, & iſta eſt intentio huius. §. facit l. ſi creditoris. C. de fideicom. habet ẽt ipſe legatarius actionem ex teſtõ, & liberatur aliqñ per acceptilationem, aliqñ per pactum, ut in l. 3. §. nunc de effectu. de liber. leg. & etiam iudicis officio, vt declaretur non eſſe debitorem, & imponatur ſilentium actori vt ipſum non moleſtet, vt l. Aurelius. §. ſi centum. eo. tit. & ſic remedia, q̃ plene examinantur per Bar. in d. §. nũc de effectu,

3 & facit iſte tex. † ꝙ ille eſt rebẽniendus, vel abſoluẽdus ab exulatione, habeat ꝓ rebannito, vel abſoluto, vt ſic non poſſit impune offendi ex forma ſtatuti ciuitatis, & vide quod nota. Bar. in l. 3. §. ſi ſeruus. de acq. poſ.

1 *Si ignorans reuocatum mandatum ſoluit, repetit, ſecus ſi ſciens.*

2 *Contrahens cum filiofamilias in cauſa peculiari, poteſt ſibi ſoluere, & liberatur a patre, niſi ſciebat ademptum peculium.*

3 *Contrahens cum monacho conſtituto ſyndico a monaſterio, ignorans eum eſſe fugitiuum, & ſic mandatum reuocatum, an habeat actionem contra monaſterium.*

1 §. Qui filius fa. ¶ † Si ignorans reuocatum mandatum ſoluit, repetit, ſecus ſi ſciens h. d. Et hoc vltimum allegatur quæro de caſu ĩ q̃ſne, q̃ format

3 gl. in l. ſi procuratori falſo. de cõd. ob cau. † Præmitte, ꝙ illi q̃ ɔ̃xerunt cum filiofa. in cauſa peculiari, pñt ſibi ſoluere, & liberatur a patre. per l. quod ſeruus. ſ. de ſol. hoc verum durãte apud eum peculio, alias ſecus. Si tñ ignoraret ademptũ pe

3 culium, adhuc liberaretur. ſecus ſi ſciuit. ¶ † In tex. ibi, [liberatur.] ſupple, & non repetit, quia eadem ſolutio non parit liberationem, & repetitionem, vt ſ. eod. l. cum is, §. j. ſed nec etiã in ſequenti caſu repetit alia tamen ratione, non quia liberetur, ſed quia donare vr̃, cum ſciat, vel ſcire debeat mandatũ reuocatum. gl. inducit iſtum. §. ad queſtionem de monacho conſtituto ſyndico a monaſterio, ſi aufugiat, clarum eſt, ꝙ mandatum ſyndicatus cenſetur reuocatum, vt ſupra ſi ce. pe. l. rogaſti. §. fi. & ſ. de pec. l. liber. Quærit, ſi aliquis ignorãs eum reuocatum, vel fugitiuum, ſecum ɔ̃hat, an hẽat actionem ɔ̃ monaſterium, & inducit glo. ꝙ ſic, ſecus ſi ſciat, ſed iſtę. §. non vr̃ bene facere, quia loquitur in debitore ſoluente, vnde fauore liberationis, & concurrente ignorantia, mandatum hr̃ ꝓ non finito. ¶ Sed gl. qrit. an idem ſit ad effectum agendi, ĩ quo non eſt tantus fauor. vult gl. idem, quod no. pro hoc. l. ſed, & pupillus. §. j. de inſt. quod facit id, quod dixi in l. ſi procuratori falſo. in gl. in prin.

1 *Tutus exceptione odioſa, ſoluens alienam pecuniam, non repetit, etiam ſi domino pecuniæ ſuccedat, licet ille potuiſſet vendicare.*

2 *Non poteſt quis venire contra factum ſuum ad ſuum commodum, ex pſona alterius, ſed contra, ille qui fecit aliquid alieno nomine, bene põt.*

3 *Si vnus ex hæredib. agẽs pro parte ſua ſuccubuerit, & ſucceſſit cohæredi, poteſt iterum agere pro parte illius, hæreditario nomine.*

1 §. Si filius fa. ¶ † Tutus exceptione odioſa, ſoluens alienam pecuniam, non repetit, etiam ſi domino pecuniæ ſuccedat, licet ille potuiſſet vẽdicare. h. d.

2 in effectu, † & allegatur, ꝙ non põt quis venire ɔ̃ factum ſuũ ad ſui commodum, ẽt ex perſona alterius, quod no. Sed ɔ̃ ille qui fecit alieno nomine bene põt, non ſuo nomine, vt ſ. qñ lice. ab emp. diſc. l. Titius. & adde de bo. li. l. qui in ſeruitute. & ſ. de diſtrac. pig. l. ſi is. q̃ eſt bona ad hæc. ¶ In textu ibi, [pecuniam,] ſupple paternam. ¶ In textu ibi [except. ſubmouebit.] videbatur contrarium, quia pater ſi viueret, poſſet vendicare vt in l. ſi filius. ſ. ſi cer. pe. ergo filius hæres eius, tanq̃ heres, nõ tanquam filius, ſed iſta conſequentia non eſt vera, quia filius veniret contra factum ſuum, ſecus ſi non veniret, & ita procedat contrarium. Præterea huic filio ſuperueniret dominiũ pecuniæ, & iſtud non debet nocere creditori, ſed potius prodeſſe, quia ius ſuperueniens actori prodeſt mihi, vt l. vir. præ dium. vt ſ. de exceptio. l. Modeſtinus. ibi, [ex perſona ſua.] ſolue, ut ſ. dixi, quia ibi nõ veniebat ɔ̃ factum ſuum, licet enim

3 vnus ex hæredib. † agens pro ſua parte ſuccubuerit, ſi ſucceſſit cohæredi, poteſt iterum agere pro parte illius hæreditario nomine, quia non venit ɔ̃ factum ſuum. In iſta enim parte nunquam egit, nec ſuccubuit, ſed in ſua tantum, & in illa. nõ egit tene menti. Hic. n. ſi ſoluiſſet pecuniam ſuam, repetere poſſet quia erat tutus exceptione odioſa, idem ſi alienam, ſi poſtea ad eum ſuperuenit dñium, etiam ſi velit repetere ex perſona primi domini.

1 §. Si quis quaſi. ¶ † Scienter ſoluens indebitũ, ne incidat ĩ aliud debitum putatiuũ repetere poteſt. h. d. Bar. ſimile. ſ. ea. l. ſi quis falſo. Præmitte ex ſñia arbitri non oritur actio, vel obligatio ad id, quod continetur in ſententia, ſed ſi ei non paretur oritur ex ſtipulatione pœnali, ſi ergo aliquis eſt mihi ɔ̃demnatus ad aliquam rẽ dandam per ſñiam arbitri, & ipſe mihi eam tradat, ne incidat in pœnam, quam putabat promiſiſſe, & non promiſerat, ſciẽter ſciuit indebitum, quia ſcit, vel ſcire põt, ꝙ ad illam rẽ dandam non erat mihi obligatus. Vnde videbatur, ꝙ non poſſet repetere, ſed ɔ̃rium eſt, quia non fecit animo donãdi, ſed ne incidat in pœnã, quã putabat ꝓmiſiſſe, ſufficit ergo error in hoc, & hoc intendit iſte. §. ſm̃ verũ intelſm, alii intelligunt, ꝙ non erat condemnatus, ſed tunc non haberet dubium.

2 *Sententia lata inter hæredem verum, & eum qui mouit litem de hæreditate, facit ius quo ad omnes alios, qui de hæreditate non concedunt. & num. 1.*

1 Hæredi, vel bonorum. ¶ † Soluens indebitum hæredi putatiuo creditoris, repetit indiſtincte, ſed ſi ſoluit debitum, repetit, ſi ille in quæſtione de hereditate ſuccumbat. h. d. Pone caſum ꝙ tu tanq̃ hr̃s Titii occupaſti bona eius, ego credens te hr̃dẽ, ſolui tanq̃ hr̃di, poſtea alius mouit tibi lites ſuper hr̃ditate, & obtinuit, quia cauſam non defendiſti, q̃ritur, an poſſim repetere, quod ſolui? rñdetur, ꝙ ſi ſolui indebitum, indiſtincte repeto. ſiue ẽt obtinuiſti. Sed ſi ſolui debitum defuncto, repeto ita demum ſi ſuccubuiſti, quia cauſam non defendiſti, nam ſolui, vt heredi, & nunc apparet, ꝙ non es hr̃s. Vñ quia me oportet ſoluere vero heredi a quo non ſum liberatus repeto

2 a te. ¶ † Pro declaratione gl. oppo. ꝙ licet ſuccumbas cum illo, q̃ mouit litem tibi, illa ſententia non facit pręiudiciũ tibi ɋ̃tum ad me, vt C. res inter alios acta. per totũ. ergo non haberis, ꝓ non hr̃de, gl. fatet, & vult, ꝙ hic cũ repeto a te, tãq̃ nõ hr̃de hẽo neceſſe ꝓbare, ꝙ nõ ſis hr̃s, & ꝙ illa ſñia non prodeſt mihi ad hoc probandũ. Tu dic ɔ̃rium ſm̃ Doct. q̃a cum ſit lata inter principales perſonas, q̃ de hoc contendunt, facit ius quo ad omnes alios, qui de hereditate, non contendunt, ſed habent contra illum, qui hr̃s eſt, vt ſunt legatarii, & creditores, vt l. Papin. in fin. de inoffi. teſt. & in l. j. & 2. cum ibi not. de exec. rei. iudi.

2 *Per condictionem indebiti debet repeti, vel illud idem quod ſolutum eſt, uel tantundem in genere ſuo, & an etiam, & qualis æſtimatio.*

3 *Libertus ad quas operas teneatur naturaliter patrono, & quæ ſint operę obſequiales remiſſiue, & quæ officiales, ſeu fabriles, vel artificiales.*

4 Pro-

3 *Promittens operas non ſpeciſi cãdo quas, intelligitur ꝓmittere illas, quas ſcit facere.*

4 *Libertus naturaliter eſt obligatus patrono ad operas officiales, non tamen compellitur eas præſtare iure actionis, vel officio iudicis.*

6 *Quòd illa naturalis obligatio impediat repetitionẽ ſoluti, & quid ſi per errorem ſolutum ſit, & nu. 1.*

7 *Debitor ex una cauſa, ſi credens ſe teneri ex altera ſoluit, non repetit, & quid ſi ex nulla cauſa erat debitor.*

8 *Obligatio ad antidora non impedit repetitionem ſoluit, quando ſoluitur illud, ad quod non erat contracta.*

9 *Libertus, ꝙ ad operas fabriles, uel artificiales, nec ciuiliter, nec naturaliter ſit obligatus, niſi promiſerit per ſtipulationem, uel iuramentum.*

10 *Facta non poſſunt repeti, & quæ ſint repetibilia.*

11 *Operæ diuerſarum perſonarum ꝙ non poſſint dici eædem neque ſimiles, & an hoc ſit uerum.*

12 *Si ſoluatur pars ex rebus alternatiue debitis, an compe tat liberatio, uel detur repetitio.*

1 §. Libertus cum. ¶†Si libertus ſoluat patrono
operas officiales, vel carũ ęſti
mationem credẽs ſe ad illas efficaciter teneri per errorem iu
ris, cũ non teneatur, niſi naturaliter, tunc repetere nõ poteſt
obſtante naturali obligatione, quæ impedit repetitionem ſo
luti per errorem iuris. Hoc primo, ſed ſi ſoluat operas fabri-
les, vel artificiales non promiſſas, tunc quia ille nullo iure de-
bentur, etiam naturali, licet non poſſint repeti illæ eædem,
quia non ſunt in rerum natura, nec etiam aliæ ſimiles, quia
non reperirentur ſimiles propter diuerſitatem perſonarum,
quæ habent diuerſificare operas, vt non ſint eædem. nec ſimi
les cum etiam operæ eiuſdem perſonæ non ſint eædem illæ,
quæ præſtantur ab illis, quę olim præſtitę ſunt ꝑꝑ mutationẽ
ſtatus, nihilominus poterit, quatenus patronus eſt effectus
locupletior ex præſtatione illarũ operarum, ꝙ eſt, quatenus
fuiſſet ab alio conducturus, ſi iſtæ ſolutæ non fuiſſent, hoc ſe
cundo, & in primis operis officialibus, ẽt ſi ſint debitæ vtroq;
iure, qa promiſſæ, bñ põt libertus inuitus alteri delegari, ſi tñ
delegatus eſt, & ſi ſoluit non repetit. In ſecundis vero. ſ. in fa-
brilibus, vel artificialibus ſi debitæ ſunt, vt quia promiſſæ,
bñ põt initus alteri delegari. & tertio, & vltimo dicit iſte. §. ſo
lennis, & difficilis, cum ſuppletionibus neceſſariis ad tex. di-
uide in tres partes, vt in ſummario. Scđa ibi [ſed ſi operas. ter
2 tia ibi] ſed ſi delegatus. † Itẽ ſecunda ſubdiuiditur in quatuor,
qa primo formatur quæſtio vſq; ibi [& Celſus.] ſecunda ar-
guit ad partẽ negatiuam. ꝙ nõ habet locum repetitio, qa ne
que põt fieri de eiſdẽ nec de aliis ſiñb. & hoc probat Iurecon
ſultus. Conſtat autẽ per hanc condictionem dẽre repeti, vel il
lud idẽ, quod ſolutum eſt, vel tandũdẽ in genere ſuo, ſic aliud
ſimile, vt ſ. e. l. qui indebitum, & hoc vſque ibi, [ſed hæc.] Cer
te arguit ad partẽ affirmatiuam, ꝙ ſaltẽ poſſit repeti æſtima-
tio earum, licet illa non ſit eadẽ res, quę ſoluta eſt, nec ſit alia
ſimilis ꝓpter naturam condictionis indebiti, quæ põt naſci,
& dari ẽt ad aliud omnino diuerſum, & hoc probat per ali-
qua exẽpla vſq; ibi, [ſed] & in propoſito ſeruando mediã viã,
ꝙ poſſit repeti non integra æſtimatio oparũ, ſed quatenus pa
tronus factus eſt locupletior, duntaxat. i. quatenus fuiſſet con
ducturus, & poſſibile eſt, ꝙ fuiſſet ꝯducturus minori precio, q̃
illa valeant, vel nullo mõ ꝯducturus, & tunc nihil repeteret,
quia nõ eẽt factus locupletior. Itẽ prima pars, & ſcđa loquũ
tur, qñ operæ non erant promiſſæ. & ſic, vel erant debitæ nãli
ter tñ, ſi erant officiales, vt in prima parte, vel nullo modo ſi
erant artificiales, vel fabriles. Vltima vero pars põt ĩtelligi, ẽt
qñ erant promiſſæ, vt ſic debitæ vtroq; iure, quia dicit, ꝙ ĩ ar
tificialib. vel fabrilibus põt alteri inuitus delegari, quod non
eſſet ſi nullo modo eſſent promiſſæ, qa nullo iure eẽnt debi-
3 tæ. † Præmittæ, ꝙ cũ libertus receperit maximum beneficiũ a
patrono, quia libertatẽ recepit, q̃ eſt inęſtimabilis obligatur
ſibi de iure nãli ad antidora ex æquitate illa, vt bñ facientib.
bñfaciamus, de qua hr̃ in l. ſed & ſi lege. §. ꝯſuluit. de pet. hær.
& per gl. ex hoc iure. de iuſt. & iu. & in l. ſi teſtõ. circa fin. de fi-
deiuſ. hoc probatur ex his quę habent̃ in l. j. §. j. ĩ. de bon. lib.
& iſta obligatio ꝯhit̃ primo ad obſequia, quę non ſunt pro-
prie operę, cum nõ ſit diurnũ officiũ, ſed quædã reuerentiæ,
& gratitudines, de quibus loquit̃, tit. de obſequiis. quædam ꝯ-
ſiſtunt in faciendo, quædam in non faciendo, vt habetur hic
in prin. glo. magnæ, quę etiam ponit differentiam inter ea, &
ad talia obſequia poteſt compelli iudicis officio, ut l. j. §. cum
patronus. de offi. præfect. vrb. gl. noſtræ intellexerunt primam
partẽ huius. §. in talibus obſequiis, & poſuerunt caſum, quod
libertus putabat ſe teneri ex promiſſione, cum nõ teneatur,
ſed ex diſpoſitione legali. Certe iſte non eſt bonus intellectus
ſm Docto. quia tunc non dicentur ſoluiſſe aliquod indebitũ
imo debitum, vnde nõ pertineret ad ipſam materiam, & po
ſito, ꝙ ſoluiſſet ẽt per errorẽ facti, forte quia putabat ꝓmiſſio
nẽ fuiſſe factã per ſuum procuratorẽ, cui dederat mandatum
cum non eſſet facta, non daret̃ repetitio, qa non eſt ſolutum
indebitum. Sunt autem quædam operæ officiales quę cõcer-
nunt perſonam liberti, & perſonam patroni, vt ſeruire patro
no pro famulo ſociandum ipſum, vel ſeruiendo in menſa. &
ad illas obligatur libertus naturaliter tñ, non tñ poteſt com
pelli ẽt iudicis officio ad iſtas præſtandas. De iſtis proprie loq
tur prima pars huius. §. ſm intellectum Bar. & optime, vt ſi li
bertus per errorem iuris credat ſe efficaciter teneri, & poſſe
compelli, non poteſt petere, obſtante naturali obligatione,
vt ſ. e. l. naturaliter. & l. ſi pęnæ ſecus dico ſi per errorem facti,
vt no. in l. j. ĩ. e. & de iſta ſpecie operarum gl. & Doct. antiqui
non faciunt mentionem nec habuerunt notitiam. Sed dicas
ſm Bar. ꝙ omnia q̃ gl. hic dicunt in operis incertis, habẽt lo
cum in illis operibus fabrilib. vel artificialib. illa enim cõcer-
nunt patrimonium patroni, non autem perſonas, & ideo ad
illas libertus nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur, niſi fue-
runt promiſſæ per ſtipulationem, vel iuſiurandum, ſi ergo ꝓ-
miſſæ non ſunt, & libertus tamen credens ſe teneri illas præ-
ſtat per errorem iuris, vel facti, poteſt repetere quatenus pa-
tronus eſt factus locupletior, vt in ſecũda parte huius. §. Ope-
ræ autem erroneę non faciunt aliud genus operarum. † quia
4 qui ꝓmittit operas non ſpecificãdo quas intelligitur promit
tere illas, quas ſcit facere, ideo ſi ſcit facere pictorias, illas
vr̃ promiſiſſe. & ſic de aliis. Vnde ſtipulatio licet prima facie
videatur incerta, hoc tñ attẽto eſt certa, Debes tñ ſcire, ꝙ iſta
promiſſio ita demum valet, ſi fit ſimpliciter. ſecus ſi ſub con-
dictione ſi patronum offenderit, quia tunc non valet ꝓmiſ-
ſio tanq̃ facta cã onerandæ libertatis, vt l. j. §. quæ onerandę.
5 ff. quarum re. act. non da. ¶ † No. ex prima parte. §. ꝙ ad ope-
ras officiales libertus naturaliter eſt obligatus patrono, non
tamen compellitur eas præſtare iure actionis, vel officio iudi
cis, & in hoc differunt ab obſequialibus, quas compellitur p̃-
ſtare officio iudicis. vt dicit gl. j. quę intelligit iſtum tex. in ob-
ſequialibus, & bene, quia tunc ſeruaretur debitum, non inde
6 bitum. ¶ † No. ſecundo, ꝙ illa naturalis obligatio impedit re-
petitionẽ ſolu. Sed ꝯ, quia iſta dr̃ obligatio ad antidora, q̃ nõ
impedit repetitionẽ ſoluti ꝑ errorẽ vt no. glo. in l. ex hoc iure
de iuſt. & iu. quæ incipit, [ſed actiones] ibi, dũ dicit [põt tamẽ
dici] & allegat iſtum. §. in ſecunda parte. Itẽ ſolet ad hoc alle
gari. l. ſi teſtõ. §. j. in fi. de fideiuſ. ſolue. ſm Doct. aut talis obli-
gatio ꝯhitur ad certum genus beneficii, vt in liberto, quia ꝯ-
hitur ad operas perſonales, & tunc ſi illæ præſtantur non repe
tuntur, qa præſtantur res debitę, & ita loquitur hic. Aut no ꝯ
hitur ad certum genus bñficii, ſed in genere, vt beneficia, &
tunc ſi putat ſe teneri, ad certum quid, & illud ſoluat p̃t repe-
tere. Ita intellige illã glo. ſicut ſi aliquis eſſet obligatus ad ho
minem in genere, & credens ſe teneri præciſe ad Stychum, il-
7 lũ tradat. vt ĩ. e. l. cum is §. fi. ¶ † No. ẽt ex gl. 1. duo. ſ. ſi promiſi
tibi aliquid ex vna cauſa, & credens me teneri ex altera, tibi
trado, ẽt ſi erro, vel in facto, uel in iure, nõ poſſũ repetere, qa
gl. intelligit, ꝙ iſte q putabat ſe teneri ex promiſſione, non te
nebatur ex illa, ſed iure naturali, & qa poterat cõpelli, vr̃ ſol-
uiſſe debitũ, licet non ſoluerit ex illa cã ex qua debebat, ſed
ex qua nõ debebat indiſtincte non repetit, quia diſtinctio, an
per errorem iuris, an facti nõ hẽt locũ, qñ ſoluit̃ debitũ, ſed
qñ indebitũ. Hoc vult gl. no. ẽt ꝙ qñ ſola nãlis ꝓducit iꝰ agẽ-
di, ẽt officiũ iudicis facit, vt dicat̃ debitũ, ſicut ſi ciuil̃r, & nãli
ter dẽret̃, iõ tunc hẽt locũ diſtinctio. l. j. ſ. e. & dixi. ſ. e. l. natura
liter. & idẽ ſi ſola ciuilis produceret ius agẽdi, vt in chirogra-
8 pho poſt bienniũ. ¶ † Ex ſcđa parte no. primo illud qđ ſ. dixi,
ꝙ oblõ ad antidora nõ ĩpedit repetitionẽ ſoluti, qñ ſoluitur
illud, ad qđ non erat ꝯcta, nam ad operas fabriles, & artificia
les q̃ concernunt patronum, non erat hic ꝯcta, qa non rece
perat bñficium patrimoniale, ſed perſonale. ſi ergo putabat
ſe teneri ad iſtas operas repetit, quatenus patronus factus eſt
locupletior. & hoc voluit dicere gloſ. in d. l. ex iure. dum alle-
9 gat iſtũ. §. ¶ † Itẽ no. hic illud, qđ vult gloſ. ꝙ ad tales operas fa
briles, vel artificiales libertus, nec ciuiliter, nec nãliter eſt ob-
ligatus, niſi promiſerit per ſtiplõnem, vel iur̃m, alias eſſet idẽ
10 ꝙ in pręcedentib. ¶ † Itẽ no. ꝙ facta non pñt repeti. & ad hoc
allegatur. Sed hoc non eſt ſemper verum, qa ſunt quędam fa
cta repetibilia, vt ſi poſſeſſionem tradidi, quod facti eſt, uel ſi
11 liberaui indebite vt in l. ſi accepto. ſ. de cond. ob. cãm. ¶ † Itẽ
no. ꝙ operæ diuerſarum perſonarum non pñt dici eędẽ, nec
ſimiles, quinimmo ẽt operę eiuſdem perſonæ ꝑꝑ mutationẽ
ſtatus. Primum dictum eſt verum niſi duob. concurrentib. ſ.
ꝙ ſint eiuſdẽ peritię, & ita fuerit actum inter creditorę. & de-
12 bitorem, vt l. nemo eſt qui neſciat. † Alternatiue non poſſit
ſe liberare a parte obligationis ſoluendo partem vnius ex re
bus alternatiue debitis, ne ſequatur inconueniens, de quo. ſ.
poteſt tñ liberari per acceptilationem, vt in contrario, quia
tunc non põt ſequi illud inconueniens, nam remanebit ĩ ob
ligatione altera pars eiuſdem rei, & altera integra, & hẽt
neceſſe debitor, vel illam dimidam ſoluere, q̃ in obligatione
remanſit, vel alteram integram.

1 **Idem ait & ſi.** ¶†In obligatione alternatiua ſolu
tione partium in diuerſis reb. nõ ꝯ-
tingit liberatio pro parte, licet ad plures hæredes creditoris,
vel debitoris peruenerit obligatio. h.d.

LEX XXVII.

1 *Promiſsio facta per aliquem de ſoluendo in certo loco, poteſt conueniri in
quolibet alio idoneo loco, in quo forum ſortiatur.*
2 *Recipiens indebitum per errorem ſoluentis ſortitur forum in foro, vbi re-
cipit ratione quaſi contractus, ſi ibi reperitur, & aliis locis poterit con
ueniri, ubi ſortitur forum.*

1 **QVi loco certo.** ¶† Sicut ille q̇ promiſit
in certo loco ſoluere, pt
ꝯueniri in quolibet alio loco idoneo, in quo forũ
ſortiat̃, ita ille qui recipit indebitum certo loco
per errorem ſoluentis credentis ſe illo loco teneri ad ſoluẽ-
dum, põt ꝯueniri ꝯdõne indebiti in quolibet alio loco ido-
2 neo.h.d. ẜm verum intellectum Doc. †Poteſt ergo cõueniri
in eo loco, vbi recipit, ſi ibi reperitur, quia ſortitur ibi forum
ratione quaſi ꝯ̃ctus, & ẽt in aliis locis vbi ſortitur forũ. ¶ Et
Gul.de Cu.intellexit hanc legem, ꝙ in loco vbi recipit non
poſſit conueniri, dicens, ꝙ in loco diſtractus non ſortit̃ quis
forum licet ſortiatur in loco cõtractus, & hoc voluit. d.l. ẜm
eum.dr̃ aũt locus diſtractus, qñ quis.ſoluit, nõ vt obliget reci
pientẽ, ſed vt liberet ſe ab ea obligatione, qua putat ſe teneri.
Communis opinio eſt in cõtrarium, ꝙ ẽt in loco diſtractus
ſortiat̃, qs forũ, licet inde oriatur obł̃o præter intentionem
partium, per l. oẽs.ſ̃. de iud.vbi dr̃, ꝙ omnis obł̃o quantum
ad ſortiendum forum hr̃ pro ꝯ̃ctu, vt ibi ſortiatur forum vbi
ꝯ̃ eũ obł̃o naſcit̃, ſed ĩ loco ſołõnis ſtatim naſcit̃, ergo &c.

LEX XXVIII.

1 *Verus debitor per ſententiam abſolutus remanet naturaliter obligatus. iõ
ſoluens per errorem iuris non repetit, licet tutus exceptione perpetua.*

1 **IVdex ſi male.** ¶ †Verus debitor per ſententiã
abſolutus, remanet naturaliter
obligatus, ideo ſoluens per errorem iuris non repetit, li-
cet eſſet tutus exceptione perpetua.h.d. plene examina,
vt in l.Iul.ſ̃.eod.& ibi videbiris. ¶In tex.ibi, [ſua ſponte].ſ.per
errorẽ iuris, alias non habet dubium. Videbatur contrariũ.
nam etiam ſi quis eſt naturaliter, & ciuiliter obligatus, ſi tñ
habet exceptionem perpetuam, & fauorabilem perinde eſt,
ac ſi nullo modo eẽt obligatus, vt ſic ſoluens per errorem iu
ris repetat, vt l.ſi non ſortem.§.indebitum, & §.adeo. ſ̃.e. for-
tius hic, vbi per ſententiam erat ſublata ciuilis, & remanſe-
rat ſola naturalis, & vltra hoc habebat exceptionem rei iudi
catæ, quæ eſt perpetua, & non eſt odioſa. Tñ alia ſubeſt ratio,
quare deneget̃ repetitio, quia iſta exceptio eſt introducta ad
merum rigorem iuris, & ꝑ eam obligatio naturalis ĩ nullo
eliditur, non ſic in legib. ꝯ̃riis, quod dic, vt d.l.Iul.

LEX XXIX.

1 *Non habentes adminiſtrationem bonorum ſuorum, ſi ſoluũt indebitũ, ſine
authoritate ſuorum adminiſtratorum indiſtincte poſſunt repetere.*
2 *Pupillus ſoluens debitum efficax ſine tutore, licet pecuniam extantẽ poſ-
ſit uendicare, poſtquam tamẽ eſt conſumpta, nec uendicare poteſt, nec
condicere, cum cedat in ſolutum, & ipſum liberet.*
3 *Indebitum, vt repeti poſſit quæ requirantur.*
4 *Pupillus ſi ſoluat debitum naturale in tantum, an poterit illud repetere nõ
prẹhabita reſtitutione.integrum. & nu.5.& 6.*
7 *Quid in furioſo, uel prodigo.*
8 *Si pupillus, & etiam adultus ſoluerunt indebitum cum authoritate ſuorũ
adminiſtratorum, tunc eis competit condictio indebiti, eo caſu quo com
peteret alteri, alias ſecus, ſed tunc hẽnt beneficium reſtõnis in integrũ.*

1 **INterdum.** ¶†Perſonæ hic numeratæ, qa non
habent adminiſtrationẽ bonorum
ſuorum, ſi ſoluant indebitum ſine authoritate ſuorum
adminiſtratorum indiſtincte pñt repetere, & ꝑꝑ qualita
tem pſonarũ ſuarũ ẽt vbi alii repetere non poſſent. h.d. iſta l.
ſubtilis, & difficilis, & gl. q̃ multum ſubtiliter hanc legẽ gloſ-
2 ſauit. ¶†Pro declaratione glo.quæ ſubtiliter loquit̃, oppo. ex
modis, primo, ꝙ ſi pupillus ſoluat ſine tutore, licet pecuniam
extantem poſſit vendicare, qa non potuit dñium trãsferre,
poſtq̃ tñ eſt conſumpta, nec vendicare põt, nec ꝯdicere. quia
cedit inſolutũ, ꝙ ipsũ pupillũ liberat, ut l.nõ oĩs.§.ſi pupillus
ſ̃.ſi cer.pe.& ĩ.de ſol. ꝙ ſi forte.§.fi. Solue ibi, qñ ſoluit debitũ
efficax ad quod poterat cõpelli, tũc intereſt ſua, ꝙ cedat inſo
lutũ, & liberetur, hic vero qñ debitum inefficax, vnde nõ in-
tereſt ſua, ꝙ cedat inſolutum, & ꝙ illud debitum extinguat,
quia non poſſet repetere, cum eadem ſolutio non pariat li-
berationem. ¶ Sed tunc opponitur ſecundo. ſi intelligamus
hanc l. in debito inefficaci, quia dicitur potius indebitum,
nulla erit ſpecialitas in perſonis hic cõtentis, nam etiam aliæ
3 perſonæ pñt repetere, vt in toto hoc tit. †Solue. aliæ perſonæ
non pñt repetere indiſtincte immo multæ adhibentur diſtin-
ctiones. Primo an ſcienter, vel ignoranter. Secundo an per er
rorẽ iuris, vel facti. Tertio an ſit oĩ iure ĩdebitũ, an altero tñ.
Quarto qñ altero tantum, an naturaliter debitum, & ciui-
liter indebitum, vel econuerſo. Quinto, an ſit debitum vtro-
que iure, ſed indebitum ope exceptionis perpetuẹ vel tempo
ralis. Sexto qñ perpetuæ, an ſit fauorabilis, vel odioſa. vt ple-
ne no. in l.j. ſ̃. eod. ſed in iſtis perſonis ceſſant iſtæ diſtinctiones
& poſſunt indiſtincte repetere quocunque modo ſit indebitũ
taliter, qđ ad illud ſoluendum compelli non poterant inuiti,
nec poteſt eis obiici, ꝙ ex certa ſcientia ſoluerunt, quæ non
conſideratur, nec cadit in eis, nec habet neceſſe allegare erro
rem, qui ſimiliter in eis nõ cadit, nam error eſt applicare ani
mum ad partem falſam, ſed iſtæ perſonæ non pñt applicare,
quia animum non hñt, cum careant intellectu, vt pupillus.
& furioſus, vel fingitur carere, vt prodigus, qui æquiparat̃ fu-
rioſo. vt l.is cur. de tut. & cura. da. ab his. ſufficit ergo allegare,
ꝙ ſoluerunt indebitum, ad quod ſoluendum non poterant
compelli, & ꝙ ſunt tales, de quib. hic, ꝙ ſoluerunt ſine autho
ritate adminiſtratorum, vnde ẽt in caſib. in quib. ceſſat condi
ctio indebiti, & in aliis qui no. ſ̃. eo. l. eleganter. in fin. non
ceſſat in iſtis ſecundum gl. intellige ſane, niſi qñ ceſſat ex eo,
qa de indebito effectum eſt debitum, vt eſt cauſa trãſactionis
rei iud. l. iuſiurandi, vt in d. §. fin. dixi. quia tunc poterant com-
pelli. Videtur dicere gl. ꝙ ſi erant tutæ exceptione temporali
locum hẽat repetitio in iſtis perſonis, licet ſecus in aliis, ut ſ̃.
4 l. in diem. ¶†Sed tertio oppo. ẜm hoc, ſi pupillus ſoluat debi-
tum naturale tantum, poterit repetere, licet alius non poſſet
qñ ſolueret per errorem iuris, vt in l. præce. & l. ſi non ſortem.
in prin. ſ̃. eo. quod ẽt glo. fatetur. ſed l. cauetur expreſſe ꝯ̃rium.
ĩ. ad Treb. l. ſi eius. ꝙ ſi ſoluat ei, cui naturaliter tenetur, puta
creditori, vel eius hæredi ante inſtitutam hæreditatem, vel fi
deicommiſſario poſt reſtitutam non poteſt repetere, licet
ſolueret ei, cui non tenetur, puta, hæredi creditoris poſt reſti-
tutam hæreditatem, & ſic poſt naturalem obligationem trã-
1 **§.Lucius Titius.** ¶ † Reſtitutio conceſſa ſuper
ſorte non principali,non extē
dit ad vſuras ſolutas, vt eas poſſit repetere virtute reſtitutio-
nis conceſſæ, poteſt tamen de nouo peti reſtitutio ſuper eiſ-
dem, & anteq imputaretur, poteſt de aliis obiici compenſa-
tio,quia adhuc nullo iure debentur, licet deberi ſperentur.h.
d.iſte ſingularis.§.¶In tex. ibi, [pecuniam certam credidit,]
ſupple. quæ non fuit conuerſa in vtilitatem ſuam, & ſic licet
fuerit obligatus ciuiliter, & naturaliter, ſi interuenit auctori-
tas curatoris, vel curatorem non habebat, tamen aduerſus
ambos poterat petere reſtitutionem in integrum,ne teneret
ſortem reſtituere, quam tranſmittit ad ſuos hæredes,vt l non
ſolum,ſ.de in integ.reſti. promiſit etiam vſuras.per ſtipulatio
nem & ſoluit aliquos annos, ſic debitum ſoluit,poſtea hæres
impetrauit reſtitutionem,ne teneretur ſoluere ſortem,dubiū
eſt,vtrum virtute iſtius reſtitutionis conceſſæ ſuper ſorte poſ-
ſit repetere vſuras? & videbatur, ꝙ ſic, quia ſi ſors fuit effecta
indebita,ergo,& per conſequens etiam vſuræ, quæ non pote
rant deberi ſine ſorte.Certe illud eſſet verum,ſi vſuræ non eſ-
ſent adhuc ſolutæ,quia non teneretur eas ſoluere,poſtquā li-
beratus eſt a ſorte,vt l.eos.in princ. C. de vſu. & quantum ad
vſuras futuri temporis vt amplius non currāt,vt l.j.§.j.de col-
la.bono. ſed quantum ad vſuras iam ſolutas.quia debite fue-
runt ſolutę, talis reſtitutio non porrigit effectum ſuum vltra
illud ſuper quo conceſſa eſt.Hic caſus ſingularis cum gl.nota
bili,non negatur, quin de nouo poſſit ſuper eis reſtitutio po-
2 ſtulari, nec obſtat.l.2.ſ.depoſi. †quia ibi loquitur in eodem,
quod poterat peti.iudicis officio mercenario,quod finitur fi-
nito principali, ſed iſta reſtitutio poterat peti officio iudicis
nobili, quod non finitur finito principali, & hoc vult gl.At-
tento igitur, ꝙ pōt impetrari reſtitutio pro dictis vſuris, & ea
obtenta debebuntur hæredib.huius minoris,dubitatur.ſi hæ-
res minoris anteq̄ impetret. conueniatur a creditore ex alia
cauſa, an poſſit obiicere compenſationem deductis vſuris. &
dicitur, ꝙ non,quia adhuc non ſunt debitæ, licet poſſint effi-
ci debitę,ſed hoc non conſideratur, poſtq̄ non poſſunt effici
debitæ niſi per beneficium reſtitutionis, quod eſt extraordi-
narium de iure ſpeciali. Compenſatio enim fit de debito ad
debitum,non de indebito,quod poteſt fieri debitum, non ta-
men adhuc eſt,hoc vult tex.cum glo.

## *De condictione ſine cauſa. Rubrica.*

### LEX PRIMA.

2 *Condictio ſine cauſa in quibus differat a condictione indebiti, & condictio ob cauſam,& ob turpem cauſam.& num. 1.*

3 *Si credebam me teneri ad debitum ex alia cauſa, & propter hoc ſponte promiſi per errorem, tunc repeto liberationem per condictionem ſine cauſa,vel incerti.*

1 **ESt & hæc ſpecies.** † Cōdictio ſine cā eſt
generalis,& concurrit cum aliis condōni-
bus ſpecialib.puta, cum condictione inde-
biti, & cum condictione cā data,& ēt ob
turpē cām, & vltra hoc ēt locū habet, vbi
nulla iſtarū competit, vel cū aliquid ſine
cā promittitur, vel cum aliquid datur ob cām verā, q̄ poſtea
2 reducitur ad non cām.h.d.in effectu tota l.†& ſic iſta contra-
dictio datur pro eo, qđ datum eſt ob cām de futuro, quæ nō
eſt ſecuta,& ēt pro eo, qđ datū eſt ob cām de p̄terito falſam,
ſed p̄cedētes,nō ſic, quia ſi cōdictio ob cām, & ob turpē cau-
ſam dantur ſolum pro eo, quod datum eſt ob cauſam de fu-
turo, & condictio indebiti ſolum ꝑ eo, quod ob cauſam de
præterito.Item illæ dantur pro eo, quod eſt datum,ſeu eſt ali-
quod quaſi datum, ex quo caſu ēt interdum dantur pro eo,
quod non eſt datum.vt l.in ſumma.§.frumento.ſ.tit.1.ſed iſta
datur etiam,cum nihil eſt datum, ſed promiſſum,vt fiat libe-
ratio, quo caſu non competunt præcedentes, & ita ſentit hic
gl.vel dic, ꝙ aut credo me teneri ad promittendum, cum nō
teneor, & tunc ſi promitto, poſſum petere liberationem etiā
3 per condictionem indebiti,vt l.is, qui plus.ſ.tit.1.† Aut nō cre
debam me teneri ad promittendum, ſed credebam me tene-
ri ad debitum ex alia cauſa, & propter hoc ſponte promiſi
per errorem,& tunc non repeto liberationem per condictio
nem indebiti, ſed per condictionem ſine cauſa,vel incerti, &
ita intelligatur hic,& l.qui ſine.ĵ.eod.

### LEX II.

1 *Si res pro qua ſolui æſtimationem ei a quo cauſam habui,redeat ad eum, qua actione agi poſſit ad ipſam æſtimationem reſtituendam.*

2 *In contractu locationis,& conductionis, qui celebratur gratia vtriuſque, vt fullonis,vt habeat mercedem,& domini,vt habeat operas fullonis, venit leuis culpa.*

3 *Verbum inuenit, non verificatur duntaxat cum venit ad notitiam,vbi res eſt,ſed requiritur etiam realis apprehenſio.*

4 *Statutum,quòd inuentus cum armis ſoluat tantam pęnam, & familia poteſtatis vidit aliquem tranſeuntem cum armis, non tamen ipſum cępit, non debet ipſe pęnam ſoluere.*

5 *Actio ex contractu bonæfidei,datur non ſolum de eo quod deuenit in contractu, ſed etiam ad illud, quod partes nunquam cogitauerunt,tamen eſt æquum venire.*

6 *Fullo qui veſtimenta lauanda conduxit,& amiſit, & ſoluit,& poſtea dominus ea inuenit,quot remedia contra dominum habeat. & an cenſeatur emiſſe veſtimenta.*

7 *Verbum conuentus, quòd etiam poſſit verificari in conuentione extraiudiciali.*

8 *Condictio ſine cauſa competit etiam ad ſolutum virtute ſententiæ, quando cauſa quæ ſuberat virtute ſententiæ, redacta eſt ad non cauſam, & agens non contradixit ſententiæ.*

9 *Si poſt primam ſolutionem quam probare non potui, iterum coactus fui ſoluere per ſententiam, & poſtea ſuperuenerint mihi probationes, potero primo ſolutum per condictionem ſine cauſa repetere.*

10 *Quod idem ſit,ſi fui coatus iterū ſoluere virtute inſtrumenti guarentigiæ, contra quod ex forma ſtatuti non admittebatur exceptio ſolutionis, niſi per inſtrumentum, & poſtea ſecundam ſolutionem probaui primum per teſtes.*

11 *Iurans ſoluere vſuras debet iuramentum executioni mandare, ſed poſtea non prohibetur eas repetere.*

1 **L.Si fullo.** ¶†Si res pro qua ſolui æſtimationem ei, a
quo cām habui,redeat ad eum,p̄t agi con
dictione ex cōtractu, & etia cōdōne ſine cā ad ipſam æſtima-
tionē reſtituēdam, quia cauſa propter quam dedi, videlicet,
quia ſibi aberat res ſua, redacta eſt ad nō cauſam.h.d. & eſt.l.
vulgaris, & primo format q̄onem vſq; ibi, [& ait.] Secundo
ponit deciſionē,Caſſij, ꝙ cōpetat duplex actio.ſ.ex eo cōtra-
ctu,

ctu,& iſta condictio vſque ibi,[ego puto.] Tertio reuocat in
dubium hoc ſecundũ, & non obſtante dubio concludit idẽ,
2 & rñdet ad dubium.¶†In tex. [amiſſis].i.aliqua.ſ.ſiue his cul
pa interueniente ẽt leui,cum iſte ſit ꝯctus locationis, & cõdi
ctionis,q celebratur gratia vtriuſq;.ſ.fullonis,vt habeat mer-
cedem,& dñi, vt habeat operas fullonis,& ſic venit leuis cul
pa.vt l.ſi vt certo.§. nunc.videndum. ĵ. commo.ergo ad æſti-
mationem,quam ſoluit, ſed poſtea recuperat, vt ĵ.ſequitur.
3 ¶ †In text.ibi,[inuenerit veſtimenta]glo. ſupplet, & habuit,
& ſic no.ꝙ iſtud verbum[inuenit, vel inuẽtus,] non verifica
tur duntaxat cũ venit ad notitia,vbi res eſt, ſed requiritur, ꝙ
etiam realiter apprehendat , facit lege, ſi Barſatoram. C.de
4 fideiu.& ꝑ hoc dñt Doc ibi in l.j.de acq.poſ.†ſi ſtatutũ dicat ,
ꝙ inuentus cum armis ſoluat tantam pœnam,& familia po
teſtatis vidit aliquem tranſeuntem cum armis,non tñ ipſum
cepit,non debet ſoluere pœnam,quia non dr̃ inuentus , niſi
fuerit captus . & ad palatium ductus, vel dederit fideiuſſores
5 de comparendo,vt ſ.in ius voc.vt eant,vel ſatiſd. ¶ †In text.
[ex conducto agere.] No. ꝙ actio ex ꝯctu bonæfidei non ſo-
lum datur de eo.quod deuenit in ꝯctu , ſed ẽt ad illud , quod
partes nũquam cogitauerunt,eſt tñ æquum venire. Nam iſte
fullo non cogitauit niſi de mercede habẽda , & tamen actio
ex locato,vel conducto non ſolum datur ad mercedem , ſed
ẽt,vt recuperet precium veſtimentorum , quod dedit,de quo
6 nunq̃ cogitauit,ſic.ſ.de cond.ob.tur. cauſ.l.fi.†Aduerte tñ,ꝙ
ex ꝯctu datur alternatiue, ad duo.ſ.vt vel reſtituat æſtimatio-
nem,poſtq̃ habuit veſtimenta,vel reſtutuat veſtimenta,qua-
ſi ꝑ fullonem videantur empta ex quo ſoluit precium vt ĵ.
commo.l.in commodato.§.fi.& l.ſi vt certo. j. vbi eſt tex. ſed
condictio ſine cauſa datur ſolum ad repetendum æſtimatio-
nem,ſi præciſe illam vult.Si autem præciſe vellet veſtimenta
tanq̃ empta,daretur ſibi vtilis rei vendicatio,vel publiciana,
vt per l.ſi culpa.ſ.de rei vend.de quib.actionib.iſta l. mentio-
nem non facit gl.tñ finalis vr̃ ſentire ꝯ̃rium, ꝙ hoc caſu non
competãt illæ actiones,quia fullo habuit cauſam a dño, tũc
enim illæ actiones competunt,qñ ille,qui ſoluit æſtimationẽ
non hr̃et cauſam a domino, ita loq̃r l.culpa. quod vr̃ tenere
Bar.dicens,ꝙ qui habuit cauſam cenſetur ſoluiſſe preciũ cul
pæ,non precium rerum , & non vr̃, ideo res emiſſe, & ꝑ ꝯñs
eas non põt petere,ſed qñ habuit cauſam,tunc cenſetur ſol-
uiſſe tanq̃ precium, & ſic res emiſſe,& iſta rõ confunditur ꝑ
tex.expreſſum.in l.ſi vt certo.§.j.ĵ.commo.vbi ſi commoda-
tarius habuit cauſam a dño , & ſine culpa perdidit,& poſtea
æſtimationem ſoluit.cenſetur rem emiſſe.qa tex.dicit, ꝙ dñs
recipiendo æſtimationem facit rem ipſius offerentis. ſ. com-
modatarii quod nõ eſſet,niſi videretur emiſſe, patet ẽt in d.l.
in commodato.in fi.quia ſi non videretur emiſſe actio com-
modati non daretur alternatiue ad rem,vel precium recupe
randum,ſed ſimpl̃r ad pretium. Tene ergo,quod dixi non re
fert,an habuerit cauſam,vel non,vt ſp competant iſtæ tres a-
ctiones,aliter tñ,& aliter,vt ſ.dixi,& ita vr̃ ſẽtire idẽ Bar.poſt
Iac.But.in d.l.incommodato.in fi.Præterea iſta glo.fi. ſibi ipſi
vr̃ ꝯ̃dicere,quia primo vult,ꝙ ille,qui,non habet cauſam,ſit
melioris condõnis,q̃ qui habet,quia cenſẽt res emiſſe , & ſic
põt hr̃e rem,ſi vult, & ẽt recuperare precium ſi magis vult.
Qñ aũt habet cauſam,non põt recuperare rẽ,ſed ſolum pre-
cium.& poſtea in fi.dum allegat ſimile,dicit expreſſe ꝯ̃riũ,ꝙ
ille,qui habet cauſam eſt melioris conditionis,q̃ ille,qui nõ
habet,qa ſi dolo deſierit poſſidere, & ꝑꝑ hoc æſtimationem
ſoluerit,ſecundo non ceditur actio ꝯ̃ poſſeſſorem, vt ſ.de rei
ven.l.ſi is,qui dolo,ſed primo ſic,vt ĵ.de re iu.l.in depoſiti.cũ
Bar.de iſta contrarietate non perdidit.¶Op.pro declaratione
primæ gl.nam hic dr̃,ꝙ ille fullo conuentus actione ex loca
to,vel cõducto præſtitit precium veſtimentorum,& ſic virtu-
te ſnĩæ,& nihilominus poſtea repetit.Contra,quia ſolutũ vir
tute ſnĩæ diffinitiuæ, quæ tranſiuit in rem iu.non põt repeti ,
ẽt ſi ante ſnĩam erat omnino indebitum,quia ſina de indebi
to facit debitum in l.j.C.de cõd.inde.& l.ſi fideiuſſor. §.ĩ oĩb.
ĵ.man.multo minus deberet poſſe repeti,qñ ante ſnĩam fuiſ-
ſet debitum,ꝑut hic erat,qa iſte fullo ꝑꝑ culpã tenebaĩ actio
ne ex eo ꝯctu ad precium,& tñ hic dr̃ ꝯ̃rium . Timore huius
gl.ſoluit.duob.mo. Primo ꝙ immo non ſoluit virtute ſnĩæ,
7 ſed extra iudicium.†Nec ob.tex.dum dicit, [conuentus. ] qa
iſtud verbum poteſt verificari ẽt in conuentione extraiudicia
li,& allegat quoddam dictum beati Auguſtini ĩ quodam ſer
mone,qui legitur in feſto natiuitatis qui incipit hoc modo.
[Vos inquã conuenio ò iudæi, qui vſque in hodiernum diẽ
negaſtis filium Dei &c.]q d.dicatis mihi vos iudæi &c. iſta.n.
verba dñr quædam conuentio extraiudicialis,& tunc nõ ob-
ſtat ꝯ̃rium.ſiĉ no.in l.debitores. C.de pig.vel melius.ſm gl.vt
8 ſtet ꝓprie,& loquaĩ de conuentione iudiciali, † ꝙ ſolutũ vir
tute ſnĩæ,non repetitur per condõnem indebiti,vt ĩ ꝯ̃riis.Sed
in condõne ſine cã ſic,vt hic.iſta eſt vera q̃tum ad caſum hu
ius l.qm̃ hic agendo ꝯdõne ſine cã,ñ ꝯdicebat ſnĩæ, nec dice-
bat illã fuiſſe ĩiuſte latã,imò iuſte,ſed dicebat cãm , q̃ ſuperat
9 tꝑe redactã ad ñ cãm. † Quid aũt,ſi ꝯdiceret ſnĩæ?puta ſolui
tibi,quod dẽbam poſtea conueniſti me tanq̃ non ſoluiſſẽ,&
cum non potuiſſem probare ſoſonem,fui condemnatus , &
iterum ſolui,poſtea ſuperuenerunt mihi ꝓbõnes, volo repe-
tere,quod ſolui,an poſſim? gl.in §.in omnib.vr̃ tenere,ꝙ ſic,
non per condictionem indebiti,ut ibi,ſed per ꝯdictionẽ ſine
cauſa,vt hic Doc.in d.l.j. reprobant, qa hoc caſu ꝯ̃dico ſnĩæ,
& dico illã iniuſte fuiſſe latã nõ reſpectu iudicis , q nõ potuit
eam facere niſi ſm acta,& ꝓbata,ſed reſpũ veritatis , qa nõ
tenebar ſoluere poſtq̃ ſemel ſoluerã.Conſtat autem,ꝙ poſtq̃
ſnĩa tranſiuit in rẽ iud.cum hẽatur pro veritate,vt in l.res iu
dicata.de reg.iu.non põt allegari de ipſius iniquitate, vel iniu
ſtitia.vt l.ſi prætor.in prin.ſ.de iud.& ſic remanebo in dãno.
Ego ſp dixi,& dico ꝙ iſtud dictum Doc.debet ĩtelligi,qñ vel-
lem repetere illud,quod vltimo ſolui, quia non poſſum , ſed
ſi volo repetere,quod primo ſolui , tanq̃ cauſa redacta ſit ad
non cauſam poſtq̃ illi ſolutioni non ſtetiſti , immo ea non
obſtante me conueniſti,bene poſſum repetere per condictio
nem ſine cauſa,non indebiti,quia tunc erat debitum, & hoc
per tex.in l.eleganter.§.ſed & ſi poſt.de cond.ind.& per glo.q̃
eſt in l.vlt.eo.ti.circa.medium primæ gl.magnę.iuncta ẽt iſta.
l.& adde quod no.Cy.in l.j.C.de re iu.& vide omnino , quod
no.in add.Spe.de inſtr.edi.§.poſtq̃.in add.q̃ incipit per eaſdẽ.l.
10 fi.†Quid aũt,ſi poſt primam ſoſonẽ,quam ꝓbare non potui
iterum fui coactus ſoluere,non per ſnĩam diffinitiuã,ſed per
inſtr̃m guarentigiæ,quod non habet vim ſnĩæ , & ꝯ̃ quod ex
forma ſtatuti nõ admittebaĩ exceptio ſoſonis , niſi probaret̃
per aliud inſtr̃m publicum,vel per aliud cancellatum,& neu
trum iſtorũ erat,& ſic fui coactus iterum ſoluere,ſi poſſũ ꝓ-
bare me primo ſoluiſſe per teſtes, an poſſim repetere ? etiam
illud,quod vltimo ſolui . Sufficit enim,ꝙ executio fuerit fa
cta,quia ſtatutum ſolum hoc vult,ꝙ executio non impediaĩ
per aliquam exceptionem dubiam, quaſi inſtr̃m facit rem li
quidam, non tñ prohibet poſtq̃ fuerit facta quominus poſſit
allegari,ꝙ indebite facta fuerit,& ꝯ̃ iuſtitiã,& probari, prout
11 in ſimili hr̃.in c.debitores . de iureiu. qa † q iurat ſoluere vſu-
ras,dẽt iur̃m executioni mandare, non tñ poſtea prohibetur
repetere quaſi executio indebite facta fuerit,& hoc eſt, quod
voluit Bar.in l.j.circa prin.ĵ.qđ ui aut clã.& in d.l.Iul.ſ. tit.j.vi
di tñ Florentiæ,ꝙ poſtq̃ executio eſt facta, nullus audet veni-
re ad ipſam retractandam,de quo miror.

LEX III.

1 *Cum aliquid promittitur ſine cauſa,competit incerti condictio, & ẽt iſta, vt fiat liberatio.*
2 *Condictio incerti,& condictio ſine cauſa,an ſint diuerſæ actiones.*

1 QVi ſine cauſa ¶† Cum aliquid promitti
tur ſine cauſa , competit
2 ĩcerti cõdõ,& ẽt iſta,vt fiat liberatio.h.d.†& ſic ſũt
diuerſæ actiones cõdõ ĩcerti,& ꝯdõ ſine cã. Io.
autem dicit,ꝙ non erat,niſi condictio ſine cauſa,quæ daĩ ad
hoc factum,quod eſt incertum,& ita intelligas hanc gl. non
autem reperitur condõ incerti.Tu dic aliter,vt plenius no.in
l.ſed ſi me pœnitet.§.cum inter.ſ.ti.j.

LEX IIII.

1 *Datum in dotem pro matrimonio futuro,& prohibito per l.ipſo non ſecuto de facto repeti poteſt per hanc condictionem .*
2 *Conſanguineus præſumitur habere notitiam de ſuis conſanguineis , & ẽt eorum factis.*
3 *Matrimonium illicitum,quando per iudicem eccleſiaſticum debeat pronunciari nullum.*
4 *Matrimonium interuenientib.verbis de præſenti,& etiam conſenſu (ẽt ſine copula cardinali)dicatur conſumatum.*
5 *Dos data pro matrimonio probibito,quando poſſit repeti.*
6 *Si matrimoniũ probibitũ conſumatum eſt per copulam carnalem, & mulier ſciuit factum,& ius tantũ applicabitur fiſco, & habebit locum pęna inceſtus,niſi ignorãtia iuris,vel facti interuenerit, nec matrimoniũ tenet.*
7 *Quod tunc filii, quantum ad ignorantes poſſint eſſe legitimi.*

1 AVunculo. † Datum in dotẽ pro matrimo
nio futuro, & prohibito per l.ip-
ſo non ſecuto de facto repeti põt per hanc condi-
ctionem.h.d.Et primo loquitur,quando erat pro-
hibitum ratione cõſanguinitatis vſque ibi, [nouerca] poſtea
quando ratione affinitatis,pro declaratione gloſ.primæ not.
2 ꝙ circa ĩtellectum.l.referet tres opi.quarum vna fuit Pla.†&
ponitur in princ.gloſ. ꝙ l.iſta dum dicit mulierem repetere,
quod dedit nomine matrimonii prohibiti , locum habet nõ
ſolum ſi ignorauit ius, vel factum , ſed ẽt ſciuit vtrunque.ſ.ꝙ
ille erat auunculus,vel attinens,& ꝙ non poterat contrahe-
re,quia vtrobique habet locum ratio tex. quia non dedit ob
cauſam turpem, vt committeret inceſtum , ſed honeſtatem.
ſ.matrimonii,& ꝙ ſciret factum. Patet,qa conſanguineus ꝑ-
ſumitur hr̃e notitiam de ſuis conſanguineis,& ẽt eorum fa-
ctis,

ctis,vt l.ortam.ſ.vnde cog.& l.de tute.C.de in integ.reſt. & ꝙ
ſciret ēt ius patet, ex ratione quam facit.ſ. ꝙ ex parte ſua vi-
debatur turpitudo ideo repetitur,quia inſpicitur cauſa proxi
ma, vt l.pe.de ꝯd.ind.ob.turb.cau.ſed ſi ignoraſſet iꝰ,& putaſ
ſet matrimoniū ꝯhere,nulla eſſet hic turpitudo, licet enim
ignorantia non ſit iuſta excuſat tñ a dolo, vt l. igitur. de lib.
cau.& no.ſ.ſi quis ius di.non obtem.l vnica.in fi.2.gl. mag.q̄
inc.hic turpitudo autem nō poteſt ſubeſſe, niſi ſubſit dolus,
& mala fides.glo.reprobat hanc opi.per l.2.de condi.ob cau.
alia eſt op.quam refert gl.in fi.ꝙ l.iſta debet intelligi eo caſu,
quo ignorauit factum,& per ꝯñs ēt ius,qa ignorabat conſan
guinitatem,quo caſu pōt eſſe iuſta ignorantia. Si vero ſciuit
factum,licet ignoraret ius,vel ſciret vtrunque,non pōt repe-
3 tere,quia ignorantia non eſt iuſta.† Tertia eſt opi.vt diſtīgua
tur,ſi ſciuit factum,,& ius,non pōt repetere,quia eſt in dolo
& ipſo iure pronunciatᷣ nullum matrimonium, aut ignora-
uit alterum eorum,& tunc poteſt repetere.Bar.dicit hāc opi.
gl.procedere, qñ ſecutum eſſet matrimonium per verba de
pñti,non tñ eſt ſecuta copula carnalis, nam tunc non poteſt
recedere a matrimonio ſua auctoritate,qa requiritur decla-
ratio iudicis eccleſiaſtici hodie, & olim etiam ſecularis. Vñ
habet locum ratio gl.ꝙ ipſius ſcelere pronunciatur nullum,
vnde debet repetere,quod dedit per d.l.3.de cond.ob cau. qñ
ſciuit ius,& factum, ſecus ſi alterum ignorauit, aut non fuit
ſecutum matrimonium per verba de pñti, ſed ſolum ſponſa
lia,& tunc hēt locum opi. Pla.qa non eſt neceſſaria declara-
tio iudicis,ſed poteſt a ſponſalib.propria auctoritate recede
re,vt l.j.C.de ſpon.& ſic ceſſat ratio glo. Præterea nullo mō
fuit matrimonium ſecutum, vñ pōt pœnitere, & euitat pœ-
4 nam,vt l.qui falſam.ſ.de fal. Sed† qñ eſt ſecutum per verba
de pñti,vr̄ conſummatum, quia ꝯxerat matrimonium a le-
ge prohibitum, nam ēt ſine copula carnali dr̄ conſummatū
interuenientib.verbis de pñti,& ēt conſēſu,vt l. nuptias. de
reg.iu.& ſic non habet locum pnīa ad euitandam pœnam.l.
5 qui ea mente.ff de fur.† Ego alias ꝯ iſtam opi. allegabam, ꝙ
ſi ſciuit ius,& factum licet non fuerit ꝯctum matrimonium
p verba de pñti,nō poſſit repetere alia ratione, qa vr̄ donaſ-
ſe,cum dederit ob cauſam impoſſibilē, ſecus qñ ſciuit impoſ
ſibilem per gl.in l.milite.& in l.ſi dīcā.C.de cond.ob cau.non
ergo ꝓhibetur repetere,eo ꝙ cōſummauerit delictū, ſed eo
ꝙ donaſſe vr̄,vt ēt tenui.in l.3.ſi liber hō de cōd.ob ca.nunc
reperio.D.Raph.mouentem hanc opi. & tenentem ꝯ Barto.
& Pla.ꝙ non poſſit repetere,ſed alias ad hāc rōnem rñdebā,
ꝙ gl. in ꝯrium allegata loquitᷣ cum quis nō dedit aīo repetē
di vllo tpe ob cām quam ſciuit impoſſibilem.Sed datū ī cām
dotis datᷣ aīo repetēdi ſaltem ſol.mat. vñ non præſumitᷣ aīus
donādi,licet ſciuerit ius,& factū,& ſic tene opi. Bar.q̄ eſt pul
6 chra.¶† Circa aliā gl.no.q̄ q̄rit,quid iuris eſſet,ſic cōſumma-
tum eſt mr̄imonium p copulam carnalē?qui caſus non poni
tur hic,& tenet gl.ꝙ tunc non poſſit repetere, niſi ignoraue-
rit ius,& factum,ſed ſi ſciuit vtrunq;, vel alterū tm̄,ꝓhibetur
repetere,nō tñ remanebit penes virum, ſed applicabitᷣ fiſco,
per l qui ꝯ.de inceſt.nup.& ſ.de ritu nup.l.inceſtæ, quia hoc
caſu requiritur error iuſtiſſimus,vt excuſetᷣ a pœna,ut d.l.qui
ꝯ,dum dicit acertimus.Bar.dicit,ꝙ illud eſt verum,quantum
ad lucra municipalia,quia nihil poteſt lucrari ab altero con
iuge,q ꝯxit inceſtas nup.niſi ignorauerit ius, & factum quod
cunq; ſciuerit,talia iura auferuntᷣ ſibi a fiſco. Quantum vero
ad perditionem bonorum ſuorum,vt in hoc puniatᷣ,nō ſuf-
ficit error,ſed reqritᷣ ſcīa, vt in auth.inceſtæ.ibi.poſita,ſed per
ditio dotis, & pditio bonorum ſuorum.Ergo iſtā pęnam,nō
patitᷣ,qñ ignorauit factum,vel ius, ſed tunc ſi vtrūque ſciuit,
ſed mr̄imonium indiſtincte non tenet,ēt ſi ignorauerit vtrū
7 que.¶† Itē an filii ſint legitimi?dic,vt in gl. qa q̄tum ad igno-
rantes pñt eſſe legitimi.Itē ſi q̄rit q̄tum ad euitādum pœnā
inceſtꝰ,ſiſiter diſtinguitur,ꝙ ſiue ignorauerit ius, ſiue factum
euitatur illa pœna,per l.ſi adulterium cū inceſtu.ſ. de adul.

## *De condictione furtiua.* *Rub.*

### LEX PRIMA.

1 *Agens condictione furtiua habet neceſſe in libello,ſe allegare dominum,li
cet non probaret dominium,ſed ſufficit probare furtum.& quid ſi conuē
tus probet contrarium.*
2 *Agens rei vendicatione contra ſpoliatorem, probando ſpoliationem hēt
intentionem ſuam fundatam in dominio.*

1 IN re furtiua. †Quęro hic an ille q
agit ꝯdi.furtiua,hēat
neceſſe ꝓbare dñiū, ad hoc, vt obtineat,
vr̄ ꝙ ſic,qa ñ cōpetit niſi dño. Sed certe ſm
hoc ñ differt ī iſta ꝯdō a rei vē. vt ſic poſſit
peterᷣ ꝯ quēlibet poſſeſſorē,ſicut & vendō,
vl actio ad exhibēdū.ut l.de eo.§.fi.ſ.ad ex
hi.cuiꝰ ꝯriū hr̄.ſ.e l v.ꝙ ñ datᷣ niſi ꝯ furē,vel hr̄dem eiꝰ, ſi aūt
dicatᷣ,ꝙ ñ hēat neceſſe ꝓbare dñiū,fruſtratoria ēēt iſta. l.dic,
(licet Doctores non tāgāt,)ꝙ hēt neceſſe ī libello ſe allegare
dñm,& ita intelligit hic,non tñ habet neceſſe ꝓbare dñium
ſed ſufficit probare furtū, & hoc ipſo cēſetur fundata inten-
2 tio agentis,ſicut videmus in eo,qui agit rei ven.ꝯ ſpoliatorē,
quia probando ſpoliationem,habet intentionem ſuam fun-
datam in dñio,vt l.ſi quis emptionis.§.hoc ſuper illis.C.de p̄-
ſcri.30.ann.ſi tamen conuentus probare ꝯrium,videtur ꝙ a-
ctor debeat excludi,ſi intentauerit ꝯdōnem furtiuam,qa ine
pte intentauit,non tñ prohibetur recurrere ad alia remedia,
poſtq̄ reus abſoluitur,ex eo,ꝙ actori ineptā actionem inten-
tauit.vt ſi men.fal.mo.dixe.l.j.& in c.examinata. de iud.

### LEX II.

1 *Quod infantes, & furioſi teneantur condictione de qua in iſta lege, licet
furtum committere non poſſint.*
2 *Contra filium alicuius defuncti non eſt fundata intentio agentis,probādo
ꝙ ſit filius,niſi ꝓbet,ꝙ ſe immiſcuerit,ut teneatur tāquā hæres patris.*
3 *Agere volens contra furioſum,vel infantem,debet dictare libellum cōtra
curatorem,vel tutorem,& illos facere citari.*
4 *Si contra pupillum vult agere,pōt libellum dictare,uel contra tutorē,vel
contra pupillum in electione agentis,ſed ſi facit pupillum citari,dēt ex
preſſe dicere,ꝙ compareat cum tutore.*
5 *Si vero agit contra maiorē pupillo,vt in adulto,in electione actoris eſt,an
agat contra curatorem, vel adultū, & ſi contra adultū, & lædatur
pōt adultus reſtitui, & ſi adultus ſimpliciter citatus ſine curatore
compareat,poteſt ab actore repelli.*

1 COndictione. †Etiam illi,qui non pñt fur-
tū committere, ut infantes,
furioſi,pñt hac condictione teneri ex perſona tñ al
terius,q committere potuit,ſi ſunt hæredes illius.h.
2 d.¶† In tex.ibi,[cum hæredes neceſſarii.]ſupple tm̄, ut ſerui,
quia obligatᷣ cū effectu,ſi aūt ſunt ſui, & neceſſarii,ut filii in
ptāte,tunc obligantᷣ mero iure,ſicut mero iure efficiuntᷣ hæ-
redes,ſed nō cū effectu,pp bñficiū abſtinēdi, qd hñt a p̄tore,
& hoc vult dicere gl.Vñ non eſt fundata intentio agentis, ꝓ-
bando,ꝙ ſit filius,niſi probet, ꝙ ſe immiſcuerit,ut probatᷣ in
l.neceſſariis.de acqu.hæ. & in l.ſi cū dotē. §. trāſgrediamur.ſ.
3 ſol.ma.ſed in ſeruo non eſt neceſſe probare immixtionē.† In
tex.ibi,]q̄uis cū eis agi nō poſſit. ] per hunc text.patet,ꝙ q̄uis
vult agere ꝯ furioſum,vel pupillū infantem non debet dicta
re libellū ꝯ eos,nec facere eos citari,ſed ꝯ tutorem,vel cura-
torem,& illos facere citari, alias non valeret, quicquid actū
eſſet,quod etiam patet.in l.4.in prin.ſ.de in ius voc.tene mē-
ti.Si autem maior eſt infante,eſt tamen pupillus tunc poteſt
dictare contra pupillum,vel contra tutorem,in electione tu
toris eſt, uel per ſe litigare ſine pupillo, uel facere pupillum
4 litigare,& ſibi auctoritatem præſtare.†Si aūt eſt maior pupil
lo,tunc eſt in electione actoris, an uelit litigare cū curatore,
an autē cum maiore auctoritate illius,ut hic hr̄ in tex. no.in
l.j.§.ſufficit.de ad.tut.ſi tñ facit citari pupillum,debet expreſſe
dicere,ꝙ compareat cum tutore,ſi autem nō diceret,adhuc
Bar.in d.§.ſufficit,& in l.q habet.§.ſi pupillus.ſ.de tut.vr̄ tene
re,ꝙ ualeat citatio,& ꝙ intelligatᷣ,ꝙ compareat legitime,ſed
habui in practica iſtū articulum,& procuratores, & aduoca-
ti vñr tenere ꝯrium, per l.hoc autem.ſ qui ex cau.in poſ.ea.
quia pupillus ſine tutore nō habet legitimam perſonā ſtādi
5 in iudicio ideo non debet citari ſimpl̄r, † nō ſic in adulto,qa
ſi non habet curatorē,habet legitimam perſonam, licet poſ
ſet reſtitui ſi lædatur,tamen acta non ſunt nulla, ſecus in pu-
pillo,& ideo vr̄,ꝙ adultus poſſit ſimpliciter citari tñ dēt com
parere cum curatore, alias ſi actor velit, poteſt ipſum re-
pellere.

### LEX III.

2 *Fur cum ſemper ſit in mora,non liberatur per interitum rei,& poteſt cō
dici ipſa res,uel ipſa æſtimatio,re perempta,& num.1.*
3 *Si monachus cui delata eſt hæreditas moriatur,antequam adeat, quod
poteſtas adeundi remaneat pęnes monaſterium.Et quòd ſecus ſit in ſer
uo,vel filiofami.*

1 SI condicatur. †In hac actione uenit etiam in
tereſſe conſiſtens in lucro. hoc
dicit.¶ In tex.ibi,[ſi hæres ſit inſtitutus.]ideſt iſte ſeruus
ſubtractus antequam ſubtraheretᷣ, vel poteſt, & domi-
nus nō potuit ſibi iubere,vt hæreditatem adiret,& ille ſeruus
eſt mortuus apud furem, certe poteſtas adeundi non po-
teſt tranſire in dominum,qui non poteſt acquirere hæredita
tem delatam ſeruo,ut l.3.C.de hær.inſti.niſi ipſo ſeruo adeū-
te,cum ergo perdat hoc lucrum facto furis, recuperat ab eo
offi.iud.deſeruiente huic actioni, ſimiliter, & precium ſerui,
poſtq̄ ſeruus reſtitui nō poteſt,ideo ad ipſum ſeruum agi po-
2 teſt,ut patet circa fi.dum dicit[hominem condicat,]qa † cū
fur ſemper ſit in mora,non liberatur per interitum rei, ut l.j.
§.rectiſſime.de vi,& vi ar.poteſt etiam condici ipſa æſtimatio
3 re perempta,ut ſ.eo.re furtiua.¶† Quid autem in monacho,
cui delata eſt hr̄ditas,ſi moriatur anteq̄ adeat,an ptās adeūdi
rema-

remaneat penes monaſterium.Bar.inducit ipſum tex.ꝙ non
qa iura, q̃ loquunt̃ in ſeruis, locũ hñt in monachis, & dicit
Inn.ĩ c.cũ olim.de priuil.Bal.multũ bñ exaĩat iſtũ paſſum in
l.j.C.qui admit.ad bo.poſ.& Io.An.in c.in pſẽntia. de ꝓb.ĩ fi.
gl.mag.vbi recitat quandam opi. ꝙ aliud ſit ĩ monacho hoc
caſu,qa non habeat velle,vł nolle,qñ hr̃ditas,per ſe deferr̃ ſi
bi,cenſet̃ delata monaſterio,& abbas viuente monacho põt
eam adire,& nõ requiritur factũ monachi,quam opi.pluries
fũi ſecutus cõſulendo,& ſic non æquiparatur ſeruo,vel filio-
fa.quia in eis diuerſa eſt ratio,ſi bene inſpiciatur.

LEX IIII.

1 *Ex furto ſerui,uel filii datur hæc actio contra patrem,uel dominum quatenus ad eos peruenit.*
2 *Quãdo cõcurrunt iſta duo,ꝙ ad aliquẽ peruenit res furtiua, uel aliquid ex ea,& ipſe hẽt in poteſtate furem, põt contra eum,dari condõ furtiua,licet ipſe non commiſerit furtum,uel ſit hæres furis.*
3 *Sicut filius familias obligatur ex contractu,uel quaſi,(pręter quã in mutuo,& voto.)ita obligatur ex delicto.*
4 *Condictio furtiua quare ſit magis ſtrictæ naturæ,quam actio.furti.*

1 SI ſeruus. †Ex furto ſerui, vel filii datur hæc actio
ↄ pr̃em,vel dñm,quatenꝰ ad eos ꝑuenit,
qa filius non poteſt dari pro noxa,ſed bene datur ꝯ ip-
ſum filium,& q furtum non commiſit, vel non eſt hr̃s
eius,q commiſit,non tenetur hac actione ẽt ſi opem, vel cõ-
ſilium pręſtiterit,licet teneatur actione furti.h.d.cum duab.le
2 gib.ſeq.¶†No.i.quod qñ concurrunt iſta duo,qđ ad aliquem
peruenit res furtiua,vel aliquid ex ea,& ipſe hẽt in ptãte furẽ
põt dari hæc actio ꝯ eum,licet ipſe non commiſerit furtum,
vel ſit hæres furis.altero autem deficiente,non põt,vt ĩ l.ſeq.
3 ¶†Item no.ex illa l.quod ſicut filiusfa.obligatur ex ꝯtractu,
vel quaſi,præterq̃ in mutuo,& voto.vt l.filiusfa.de act.& ob.
ita obligatur ex delicto,vt in tex.ibi,dũ dicit,[cõdici poteſt.]
ſupple non a pr̃e ad quẽ non peruenit,& ad hoc probandũ,
ꝙ non a pr̃e,ſeqt̃ in tex.[nunq̃.n.&c.]ẽt noxaliter,licet ſecus
4 ſit ĩ dño.¶†Tertio no.in l.proinde. ꝙ iſta cõdõ eſt magis ſtri-
ctæ nãæ,q̃ actio furti,quia non poteſt dari ꝯ illum, qui nõ cõ
miſit furtum,vel q,nec eſt hæres furis,vel vł'is ſucceſſor, licet
præſtiterit opem,uel conſilium,& tñ actio furti bene datur ↄ
illos videbatur ꝯrium,cum ſit pœnalis, & ſic magis odioſa,
vnde ſi illa datur,fortius iſta,quæ eſt perſecutoria,ut in l.pro
xi.ſed rationem diuerſitatis ſume ex his, quæ no.per gl.in l.
nec legatarius.ĩ.eo.¶Glo.hic opp.de l.ſæpe.de verbo.ſig.Sol-
ue,ꝙ ibi non loquitur de condictione furtiua, quæ non dat̃
ↄ illum,qui præſtitit opem,vł conſilium, ẽt ſi res ad ipſum ꝑ
uenit,ſi non habet furem in ſua ptãte,ſed loqt̃ de certi ꝯdõ-
ne gñali,vt in ſecunda ſolone,gl.& hoc pp regulam,quæ po
nitur in iſta l.ex furtiua.verſiculo nunquam enim.

LEX VII.

1 *Per tranſactionem factam ſuper actione furti, non tollitur condõ furtiua.*

1 SI pro fure. †Per trãſactionem factã ſup actione
furti non tollit̃ ꝯdõ furtiua h. d. ſunt
enim actiones diuerſæ, & ad diuerſa tendentes,vt ĩ ꝓx.
§.verum vna ſublata,non tollit̃ altera, ut ſ̃. de iureiu.l.
ſi actor.põt intelligi hic,dum dicit deciſione.i.ſñia abſoluto-
ria ſuper actione furti,quod tñ eſt verum,ſi non fuit pronun
ciatum ſup facto,al's ſecus,vt ſi.pronũciauit ipſum nõ ꝯmiſiſ
ſe furtũ.Vñ ſi fuit intentata actio furti ad pœnã, ꝙ non poſſit
poſtea agi condic.furtiua,qa veniret ↄ ſñiam,q̃ tranſiuit ĩ rẽ
iudicatam per ea,quæ no.in l.Iul.verum debitorem, & ita vr̃
ſentire Bar.in l.ſi duo patroni.§. idem Iul.de iureiur. & idem
in iuramento.vt ibi.Pau.de Caſt.

§. Furti actio. Perſecutoria non tollitur per pęna
lem,vł econuerſo, qñ ꝓueniunt ex
delicto,vel eius diſpõne,ad hoc ſp allegat̃.Ratio eſt,quia tũc
poteſt peti res,& pœna,ideo ſi petiit alteram,& obtinuit,nõ
prohibetur alteram petere.Ita loquitur iſte tex. Si aũt ſuccũ-
bit,dic,vt ſtatim dixi.Qñ autem proueniunt ex ꝯctu,tunc ſ'r
non põt peti res, & pœna.vt l.reſcripto.§.ſi pacto.ſ̃ de pac.&
l.apud Celſum.§. idẽ Labeo.de doli exce. & iõ ſi agit ad vnã,
& obtinuit,repellitur ab altera, niſi fuiſſet dictum rato ma-
nente pacto.vt l.qui fidem.ſ̃.de tranſac.Item limita hunc tex.
qñ a prin.actio fuit pęnalis,ſecus ſi ex poſtfacto,qa tunc con-
ſumitur per perſecutoriam, vel econuerſo. ut in l.metum.§.
licet.ſ̃.quod met.cau.& ibi no.Item habet locum iſte.§. qñ ĩ
pœna non eſt rei perſecutio, alias ſi fuiſſet actum pęnali, &
exactum,tolleretur rei perſecutoria,vt in d.§.licet, & ibi not.
& vide bonam glo.inſt.ſi qua.pauper.fe.dicatur.§.fi. & ſupra
nau.cau.ſtab.l.& ita.§.fi.& quod no.per Bart.poſt Dy. in l.j.§.
dixerit aliquis.de publicanis.

1 *Hæc actio datur contra hæredem in eo,quod ad eum peruenit,qualitercũque res perierit.*
2 *Actiones ex delicto,ꝙ non dentur contra hæredem,niſi quatenus ad eum peruenit,vel niſi ſit lis conteſtata*
3 *Condictio furtiua, an ſit ex delicto,& an dicatur extraordinaria.*

1 §.Condictio rei. † Hæc actio datur ꝯtra hære-
dem in eo,quod ad eum ꝑue
nit qualitercunque res perierit.h.d.in hoc ergo iſta cõdictio
habet naturam actionis ex contractu, non ex delicto, † quia
2 actiones ex delicto non dantur contra hæredem, niſi quate-
nus ad eum peruenit,vel niſi ſit lis conteſtata.C. ne ex delict.
defun.l.vnica,ſed in quantum datur noxaliter contra domi-
num ex delicto ſerui,hẽt naturã actionis ex delicto,qa actio
nes ex contractu non dantur noxaliter. Ideo iſta condictio
dr̃ extraordinaria,ut no.ſuper gl.rubricę,& etiam propter qđ
hr̃ in l.j.ſ̃. e.quæ habet naturam ꝯtrariam aliarum condictio
num,ideo habet ſtrictam nãm,ut patet ex.l.furtiua.cũ l. ſeq.
& quod no.in l.ſed nec legatum.ĩ.c.& dicit gl. ꝙ nec ex ꝯctu,
3 nec ex maleficio, ſed ex variis figuris cauſarum. †Docto.aũt
dicũt, ꝙ imo ex maleficio,vt eſt caſus in l.ſi ambo.§.quoties.
ĩ.de comp.& l.ſi mulier.§.planc.ĩ.rerum amo.non tñ ſequit̃
in omnib.nãm actionum ex maleficio, vt patet hic, ideo eſt
extraordinaria. Ratio autem quare in hæredem datur, licet
ad eũ nihil peruenit,ponitur hic in tex. quia eſt perſecutoria,
quæ tamen rõ in aliis orientib.ex delicto,non eſſet ſufficiẽs,
ut detur ꝯtra hæredem,ſi ad eum nihil peruenit,etiam ſi ſint
perſecutoriæ,ſed iſta eſt bona ratio ad denotãdum diuerſita
tem inter iſtam condictionem,& actionem furti,quia actio
furti non daretur ante litem non cõt.vt in l.j.de priua.delict.

LEX VIII.

1 *Condictio,de qua hic competit ad corpus rei ſubtractæ,ſi extat,& quid ſi non extat.*
2 *In Obligatione rẽ reſtitui, ꝙ ſuccedat obligatio ad æſtimationem re perẽpta,& an debeat peti ipſa res,vel æſtimatio.*
3 *In obligatione rẽ tradi,ſeu in obligatione faciendi,poſt moram ſuccedit obligatio ad æſtimationem,etiam re non perempta.*

1 IN re furtiua. †Iſta condictio competit ad cor-
pus rei ſubtractæ ſi extat, vel etiã
ſi non extat, ſi tñ mora per oblationem non fuit purga-
ta,alias ſecus, põt ẽt condici æſtimatio,ſi res eſt perepta
mora non purgata,& venit æſtimatio quãti plurimi fuit a tẽ-
pore moræ.Item ẽt veniunt fructus,& aliæ vtilitates.h. d.tota
lex,& Bar.facit magnum feſtum de iſta. l. ĩ l.ſtipulationes nõ
2 diuidũtur.de ver.ob.†ꝙ in oblatione rem reſtitui ſuccedit ob
latio ad æſtimationem,re perempta,non prius,namquouſq;
res extat,dẽt condici ipſa res,vt patet hic.in prin. Poſtq̃ vero
eſt permpta mora nõdum purgata(cum fur ſemper ſit ĩ mo
ra)durat condõ, vel ad ipſum corpus, licet non ſit in rerum
nã,vt ſ̃.e.l.3.in fi.dum dicit, [ſi mortuum hominem ↄdicat,]
& deuenit̃ ad æſtimationem oſ.iu.vel ẽt põt peti ipſa æſtima
tio recta uia,& iure oblõnis,vt eſt tex.hic,dum dicit,[durat ↄ-
dictio æſtimationis eius.]ẽt re perempta poſt morã.ſed dẽt pe
ti ipſa res,vt in l. ubi autem,& in l.ſi ſeruum.§.fi.ĩ.de verb.ob.
& ſi peteret̃ ęſtimatio,inepte ageret,& ſuccumberet, qđ dic,
vt no.in Spec. de ob. ſol.§.ſequitur videre.ver.quid ſi libellus.
3 †In obligatione autem rem tradi poſt moram ſuccedit obli
gatio ad æſtimationem,etiam re non perẽpta.ut in l.j. in prĩ.
ĩ.de act.empt.& idem in qualibet obligatione faciendi,ut in
l.ſi quis ab alio.de re iud.ſed in obligatione rem reſtitui adhi
betur media via, qua extante non ſuccedit, ſed ea perempta
ſic,vt eſt hic tex.notabilis,& adde quod no.ĩ.de do.cau.mort.
l.ſi filio.per gl.& Doct.

LEX IX.

1 *Hæc actio datur contra hæredem pro hæreditaria portione, non inſpecto, an ad eum peruenerit,vel quantum peruenerit.*

1 IN conditione. † Hæc actio datur contra
hæredem pro hæreditaria
portione, nõ inſpecto, an ad eum peruenerit,vel quãtũ
peruenerit.h.d.ſuper glo.ibi,vt ĩ.commo.l.3. in §.hæres,
ſed certe ille.§.loquitur in actionib.bonæfidei,& l.ſi qs.§.1.ſ̃.
de eden.loquitur,quando agitur offic. iudic.in quo cum aga-
tur ex æquitate habet ĩſtar bonæfidei, tunc enim uerum eſt,
ꝙ ſi vnus ex hæredib.habet facultatem rei reſtitu.inſolidum,
poteſt inſolidum conueniri,licet ſit hæres pro parte,ſed in a-
ctione ſtricti iuris, non ſic eſt, ut patet in l. ſi tibi homo. §.ſi
fundus.de legat.primo,ſolutio,uerum eſt cum actione ſtricti
iuris perſonali non concurrit rei vendicatio. & ita loquitur
ille.§.ſi autem concurrat,tunc ſicut ipſa rei vendicatio dare-
tur in illum ſolum,qui habet facultatem rei reſtituendæ, ita
& illa actio perſonalis,ita loquitur iſta gl.quia iſta condictio
non competit, niſi domino, qui habet rei vendicatio. & iſta
fuerunt verba Dyn.in l.qui fundum.§.ſi tu ex parte.ĩ.ad l.fal.
de quib.Bar.facit magnum feſtum in l.eadem.§. Cato.de ver-
bo.obligation.vbi pulchre, & ſubtiliter examinat iſtum paſ-
ſum,& habetur per Cyn.in l.pro hæreditariis.infra de hæred.
ac.ſi tamen lis fuit conteſta.cum defuncto,tunc non daretur
contra hæredem etiam habentem facultatem rei reſtituen-
dæ,niſi pro hr̃ditaria portione.ut hic in fin.gl.per l.2.§.fi.ĩ.de
præ-

prӕto.ſtipu.quod dic,vt ibi, q̃a eſt.§.difficilis. & adde.ſ. de rei
ven.l.ſi in rem.cum l.ſeq.

## L E X X.

1 *Iſta condictio competit contra quemlibet furem manifeſtum,uel non manifeſtum,niſi poſſeſſio rei ad dominum ſit reuerſa.*

*Fur manifeſtus dicitur ille qui fuit deprehenſus in furto,ēt ſi furtiua res non ſit per dominum ſibi ablata.*

3 *Si res furtiua ſit per dominum ablata , cōdō furtiua domino non dabitur.*

4 *Fur quando dicatur in furto deprehenſus.*

1 **Siue manifeſtus.** †Iſta condō cōpetit cōtra
quemlibet furem manife-
ſtū,vel nō manifeſtum, niſi poſſeſſio rei ad dñm ſit re-
uerſa.h.d. †No.ꝙ dr̃ fur manifeſtus ille,qui fuit deprehē
ſus in furto ēt ſi res furtiua non ſit per dñm ſibi,ablata , quia
in deprehenſione aut occidit ſeruum furtiuum , aut effregit
vas ſubtractum,aut effudit oleum,vel vinum,& iſtis caſib.da
2 tur cōdō.†Sed ſi fuit res ablata non daretur,vt hic in ver.[cӕ
terum.]cum detur ad recuperationem rei,& ipſe eam habet
arg.in l.i.§.interdictum.ſ.vt poſſi.†tunc autem dr̃ deprehen-
ſus in furto qñ cum acclamatione viſus fuit cum re furtiua,
anteq̃ ꝑueniret ad locum quo deſtinauerat illa die ire cum
illa re,ſecus ſi ſine acclamatione viſus fuit,vel poſtq̃ ad illum
locum perueniſſet,quod dic,vt ſ. de furt.l.ſi quis in ſeruitute.
cum l.prӕce.

1 *Hӕc condictio datur domino,& eius ſucceſſori vniuerſali,non ſingulari, & durat,quouſq; res alienata ſit,& etiam poſt,ſi ſine facto ſuo alienata eſt ex cauſa neceſſaria.*

2 *Dictio,tandiu,ꝙ inducat condictionem extinctiuam.*

3 *Deficiente cā actionis dandӕ ad ipſam rem recuperandam , vt dominiū, deſinit ēt actio cōpetere,quando facto illius cui competebat deficit,& quid ſi detur ad pęnam ſeu ad intereſſe.*

4 *Re extante apud furem,pōt dominus eam alienare,& dominium in aliū transferre,& qualiter poſſit hoc eſſe.*

5 *Condictio furtiua non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, & quare.*

6 *Legatarius rē ſibi legatā furto ſubtractā,quod poſſit vendicare,& an ei competat condictio furtiua.& quid de actione furti.*

7 *Condō furtiua tranſit in vniuerſalem ſucceſſorē , ubi res non fuit alteri legata.*

8 *Condō furtiua poteſt alteri cedi,& apud cedentem eſt dominium,vel etiā non eſt,non tamen receſſit facto ſuo.*

9 *Si duo emphyteutӕ decidant,& res emphyteutica adiudicetur illi,qui ad diuiſionem prouocauit,dēt ſolui domino laudemium,ſecus ſi prouocato adiudicetur.*

10 *Prohibitus alienare ſi prouocatus eſt ad iudicium,nō prohibetur bonafide trāſigere ſuper re alienari prohibita. & quo nō capiatur bonafides.*

11 *Re furto ſubtracta,ſi mutetur poſtea dominium,an ex noua contrectatione cōmittatur nouum furtum.& an oriatur noua actio.& quӕ.*

12 *In ſucceſſorem vniuerſalem tranſeunt actiones etiam pęnales,quando cōpetunt pro damno rei familiaris,ſecus ſi ad vindictam .*

13 *Furatus rem aliquam hic, ſi eam portet Bononiam,& ibi eam cōtrectet, ꝙ pp mutationem iuriſdictionis committat nouū furtum, & ꝗ ratione delicti ibi commiſsit ibidem ſuſpendi poſſit .*

14 *Quare nouo domino hӕredi,uel legatario poſsit committi nouum furtum ex noua contrectatione,licet ipſi nunquam poſsederint .*

1 **§. Tandiu.** Hӕc condictio dat̃ dño, & eius ſucceſſori
vl̃i,non ſingulari, & durat quouſque res
alienata ſit, & ēt poſt, ſi ſine facto ſuo alienata ex cā neceſ-
ſaria.h.d.cum ſequen.& vſque ad §.Neratius, & primo loqui
tur,qñ fuit alienata facto ſuo interueniente, vſque ad l.& iō.
§.ſed & ſi dñium.poſtea qñ ſine facto ſuo , & ex cauſa neceſ
ſaria . Item prima pars continet duo.ſ.ꝙ deſinit competere
ipſi dño,& ēt hr̃di eius poſt alienationē.Aliud eſt,ꝙ nec tran
ſit in illum,in quem facta eſt alienatio titulo ſingulari,ſed ſi
non eſſet facta,bene tranſiret in ſucceſſorem vniuerſalē.ſcd̃a
2 in leg.nec leg.¶†No.de ſignificatu illius dictionis.tandiu, vñ
3 allegat̃ ad q̃onem quam dixi in l.ſuffi.de cond.inde. ¶†Item
not. ꝙ deficiente cauſa actionis dandӕ , puta dñium,deſinit
etiā actio competere,qñ facto illius cui competebat, deficit,
quod eſt verum,de actione, quӕ datur ad ipſam rem recupe-
randā, ſecus ſi detur ad aliud, puta ad pęnā,ut actio furti,uel
ad intereſſe,vt ſ.de ſer.cor.l.ſed & hr̃s.de qua gl.mag.oppo.ſ.
ad l.Aquil.l.huic ſcripturӕ.& ſ.de act. & obl. l. quӕcūq;. la 2.
4 circa fi.tit.quӕ facit ad dictā diſtinctionē Bar.¶†Itē not.ꝙ de
re extante apud furē, pōt dñs eā alienare, & dñium in alium
transferre,ſed hoc qualiter eſſe pōt,cū requirat̃ traditio,vt in
l.traditionib.C.de pac.& hic non pōt interuenire.rñ.prout lo
quitur de alienatione facta inter uiuos , pone ꝙ vendidit uel
donauit ipſi furti,quo caſu alia traditio nō erat neceſſaria . ut
inſti.de re.diui.§.interdū.& l.qua ratione.§.interdū. de acqui.
rer. do. prout autem loquitur de alienatione facta in ultima
uoluntate per uiam legati,clare procedit,ſiue ꝑut legata ipſi
furi,ſiue alteri, quia tunc traditio non req̃rit̃, ut l. cum pr̃. §.
ſurdo. de leg.2. poſſet ēt procedere in alienatione facta inter
viuos, ēt alteri,q̃ furi,in caſu q̃ ponit̃ in l.& iō.§. in cōi.ſ.eo.
5 qđ dic,vt ibi ꝑ gl.¶†Item no.in l.ſed nec legatarius,ꝙ in ſingu
larem ſucceſſorem non tranſit hӕc actio. Ratio eſt, quia eſt
perſonalis,& natura perſonalium non eſt tranſire in ſingula
rem ſucceſſorem ſine ceſſione.vt ſ.vſufr.quemad.ca.l.omnes.
6 † realis autem actio bene tranſit in illum in quem tranſit do
minium,etiam hic hr̃,dum dicit , ꝙ legatarius pōt vendica-
7 re. ¶†Item no.iſta actio bene trāſit in ſucceſſorem vniuerſa
lem,quod eſt verum vbi non fuit alteri legata,alias nec hr̃di
competeret,quia facto defuncti receſſit ab eo dominium,vt
8 §.tandiu.ver.[vnde Celſus.]†Sed an poſſit hӕc actio alteri ce
di?videtur dicendum,ꝙ ſi apud cedentem eſt dominium, vel
ēt non tamen receſſit facto ſuo , ut l.ideo.§. in communi,ꝙ
poſſit alteri cedi,quia illa quӕ ſunt tranſmiſſibilia ad hӕredē
ſunt etiam ceſſibilia,ut l.plurib.cum ibi not.de adm.tut.alias
ſecus,quia cum deſinit ſibi competere , & non poteſt eam ꝑ
9 ceſſionem in alium transferre.¶†Vltimo.l.& ideo.§.in com-
muni,allegatur ad quӕſtionem,ſi duo emphyteutӕ diuidant
& adiudicetur vni, ſi quidem ille prouocauit ad diuiſionem
debeat ſolui domino laudemium, ſecus ſi prouocato adiudi
cetur,de hoc vide hic per Gui.& Bar.& ꝑ iſtum ēt.§.in cōi.de
10 terminat.Bal.C.de fideicom.in l.quoties.† ꝙ prohibitus alie-
nare,ſi prouocatus eſt ad iudicium,non prohibetur bona fi-
de tranſigere ſup re alienari prohibita, quaſi ſit alienatio ne
ceſſaria,& dr̃ bonafide qñ deficientib.probationib.hoc facit,
vt in l.tutor. in princ. ſ. de iureiuran ſecus ſi ipſe prouocauit
quaſi tunc fit alienatio voluntaria vt l. alienationes.ſ.fa.erc.
11 & no.quia pulchra eſt inductio.¶†Pro declaratione glo.ma
gnӕ prӕmitte,ꝙ ſi ex prima contrectatione facta tēpore fur-
ti facti nata eſt actio furti,ſi fur poſtea millies ɔtrectaret,am-
plius non naſcitur,nec nouū furtū cōmittit̃, ſi nulla cōtingit
mutatio dominii ex parte dñi , nec poſſeſſionis ex parte furis
nec rei furtiuӕ,nec ad dñm fuit poſſeſſio reuerſa,ſed ſp apud
fure,fuit vt l.ei q.ſ.de fur.verū ſi poſſeſſio reuerſa eēt ad dñm,
& iterato ſubriperetur,cōmittit̃ nouū furtū , & noua actio
naſceretur.ut in l.interdū in prin.de furtis,idē ſi ex prima cō-
trectatione nō fuiſſet nata actio,quia poſſet naſci ex ſequēti,
vt in d.l.ei.q̃ idē ſi cōtingat mutatio dñii ex parte domini,q̃a
transfertur in vniuerſalē, uel ſingularē ſucceſſorem,nam ex
cōtrectatione nouiter facta nouum furtum fieret, etiā noua
actio oritur nouo dño,ut ſ.de fur.l.ſi dñium, quia quod facit
reuerſio poſſeſſionis ad dñm,facit mutatio dominii,vt hic di
cit.Idē ſi poſſeſſio fuit mutata ex perſona furis,puta trāslata
in hęredē eius,nam hӕres nouiter contrectando,nouum fur
tū cōmitteret,& ex perſona ſua teneretur,ut no.ſ.eo.ſi ꝓ fu-
re.§.i.in gl.idem ſi contingeret mutatio ex parte rei.ſ.eo.ſi ſer
uus.§.boue.His prӕmiſſis ex gl. duӕ colligunt̃ oppoſitiones,
quarū vna cōcernit.§.tandiu.ver.[vnde.]inquantū dicit , ꝙ ſi
res furtiua fuit legata condictio furtiua non datur hӕredi ip-
ſius domini,quia facto defuncti dñium in legatarium eſt trāſ
latum.Contra hoc oppo.circa med.glo.in verſi.[itē no.]de.l.
ſed & hӕres.ſ.de ſeruo.cor.glo.ibi nō ſoluit, ſed poſtea ī ver.
ac ſingulari.ibi,dum.dicit,[ꝓ veteri hӕres &c.]ſoluit, aut lo-
quimur in condictione furtiua,q̃ datur pro recuperanda , &
illa non competit hӕredi, poſtquam res fuit legata, quia nō
intereſt ſua recuperare rem,cum ad eum nō pertinet, ſed ad
legatariū,& ita loquit̃ hic, Aut loquimur de ɔdictione furti,
quӕ datur ad pęnam,vel de actione ſerui corrupti, & illӕ bñ
dant̃ hӕredi,q̃a ſufficit ſemel interfuiſſe, licet intereſſe deſie
rit.vt d.l.ſed & hr̃s. l.īter oēs.de fur.& ſ eo.l. in re furtiua,poſt
prin.& ꝓ hoc.ſ.l. Aquil.l.huic ſcripturӕ, & iſta eſt vera ſolu.
¶ Secundum contrarium concernit. l. ſed nec legatarius, in
quantū dicit legatario non competeret condictionē ɔ tex.ex
preſſe.ſ.de fur.l.ſi dñium in fi.ubi dicit actionē legatario ꝯpe-
tere.gl.ſoluit duob.mod. Primo intelligendo illā.l. ꝙ loquat̃
de condictio.furtiua ſicut iſta,ꝙ ex ueteri contrectatione nō
cōpetit legatario,ut hic pp regularē nām actionum perſona
liū,q̃ eſt,ut in ſingularē ſucceſſorē nō tranſeant, ſed ex noua
cōtrectatione facta poſtq̃ ad ipſum peruenit dñium,ſic,ut in
l.ɔria.q̃a nouū furtū cōmittĩt pp mutationē dñii , & cōmit-
tit̃ ipſi legatario,ut in iſtis tex.Sed ex noua cōpetit legatario.
ī d.l.ſi dñium,nō hr̃di,q̃ nō eſt dñs.iſta ſol.reprehendit̃, quia
ɔ gñalitatem huius.l.quӕ legatario concedit ſolum rei vend.
Vñ ſoluit̃ ſcđo mō,ꝙ licet loquat̃ in ꝯdictione furtiua,q̃ nō
cōpetit legatario,nec ex veteri,nec ex noua ꝯtrectatione,ſed
nec ēt hr̃di cōpetit,poſtq̃ res eſt legata alteri.nulli ergo cōpe
tit.l. aūt ɔria loquit̃ de actione furti quod patet , quia ſituata
eſt in ti. illo, illa enim bene poteſt competere legatario,ſaltē
ex noua contrectatione,& iſta eſt vera ſolu.quӕ autem ſit rō
diuerſitatis, cum prima facie videretur potius dicēdum ecō-
uerſo,quia actio furti eſt pęnalis, & magis odioſa.gl.in fi.aſſi
gnat duas rationes,dic ut in ea.quӕ per omnes Doc. tenētur,
¶ Sed reſtat declarare, an huic legatario cōpetat actio furti ,
ēt ex veteri cōtrectatione. in gl. ſunt duӕ opi. vna ꝙ ſic,ſicut
in ſucceſſore vniuerſali,vt in l.ſi cum quis in hoſtiu.ſ.de furt.

& ſic

& ſic hẽbit duas actiones furti, vnam ex veteri, aliã ex noua
cõtrectatione. Alia fuit opi. Hug. ꝙ licet ſucceſſor vł̃is poſſit
hr̃e duas. vt in d.l. ſi quis. §. i. ſucceſſor tñ ſingularis, vt legata-
rius, non poteſt habere niſi vnam ex noua cõtrectatione, nõ
ex veteri, primo per tex. l. ſi is, qui rem. §. j. ĩ. de fur. ſecũdo per
rationem, quia actio furti ex prima contrectatione fuit orta
ipſi domino, & cum ſit perſonalis, non tranſit in ſingularẽ
ſucceſſorem, nam ſi non trãſit actio perſonalis competens
pro eadem re pro recuperando, ut eſt cõdõ furtiua. vt in hac
l. multo minus competẽs ad aliud. ſ. pœna, niſi fuiſſet legata
cum omni actione competenti occaſione illius ſed, in vł̃em
ſucceſſorem bene tranſit actio perſonalis, & iſta eſt vera opi.
quidam alii dixerunt, & fuit tertia opi. ꝙ ex veteri contrecta
tione non poteſt competere actio, niſi veteri domino, nõ ãt
ſucceſſori, ẽt vł̃i ꝙ gl. ante fi. recitat in ver. [alii dñt.] & dum di
cit gl. dari veteri dño, ſupple, non nouo ẽt ſuccedenti titu. vł̃i
quam opi. gl. reprobat per l. ſi dominium, ſed illa loquitur ꝯ-
petente nõ contrectatione, vnde melior eſt reprobatio, † qa
12 in vł̃em ſucceſſorem actiones tranſeunt ẽt pœnales, qñ com
petũt pro damno rei familiaris, ſecus ſi ad vindictam, vt eſt a-
ctio iniuriarum, vt in l. j. de priua. delict. nunc retenta ſecun-
da opinio. ꝙ ex noua contrectatione poſſit competere noua
actio furti tam vniuerſali ſucceſſori, ꝙ̃ ſingulari, ſed ex veteri
duntaxat vł̃i, op. de l. ci ꝗ fur. ſolue, vt patet ex his, quæ. ſ̃. dixi,
ꝙ illa lex loquitur multis concurrentibus, ſed qñ mutaẽ do-
13 minium, nõ habet locum, & per hoc determinat † Bar. ꝙ idẽ
ſit, ſi mutetur territorium, & iuriſdictio, vt ſ. ſi in aliquis. fura-
tus eſt aliquam rem hic, & ipſam portet Bononiæ, vel Florẽ-
tiæ, & ibi cum contrectaret, propter mutationem iuriſdictio
nis cõmittat nouum furtum ibidẽ, & ſic ratione delicti ibi
commiſſi poterit illic ſuſpendi, licet ibi non ſortiaẽ alia rõne
forum, & iſta opi. practicatur per totum mundum, & aſſeſſo
res, & iudices hñt eam pro Euãgelio. ſed Bal. eam impugnat.
14 C. de fur. l. ſi abducta. dic ut ibi per eum, & per Ang. † vlt. opp.
ꝙ nouo dño hæredi, uel legatario non poſſit cõmitti nouũ
furtum ex noua contrectatione, cum ipſi non poſſideãt, nec
vnquam poſſiderint, vt ĩ. de præſc. ver. l. ſi rem. §. fin. & l. ſi hõ.
de vſuc. ſolue, ſi hoc contingat facto furis non reſtituentis rẽ.
vnde non dẽt ipſi furi prodeſſe. In hoc tñ attende. an ei, qui
non poſſidet, poſſit furtum committi, vide hic per Bart. & in
d. l. ſi homo.

## LEX XII

1 *Ei, qui non eſt dominus, ſed habet ius in re, licet non detur iſta condictio, datur tamen condictio incerti.*
2 *Contra eum, qui rem furto ſubtraxit, ſeu ad rem furtiuam, quæ remedia, & quib. perſonis competant.*
3 *Actor ſi narrat veritatem, videbitur intentata illa actio, quæ cõgruit mere in libello, nec cogitur nomen actionis exprimere.*
4 *Emens rem a fure bona fide, qualiter poſſit conueniri.*
5 *Si quis a poſſeſſione alicuius rei cecidit, & non poteſt probare dominium, nec ſpoliationẽ, qualiter ſibi ſubueniatur. & quid in reb. eccleſiaſticis.*
6 *Qui non poſſunt euidentiorib. iudicis ius ſuum in poſſeſſione tueri, ꝙ (ſecũdum Innocentium) intentare poſſint condictionem ex l. ſi coloni.*

ET ideo eleganter.
1 §. Neratius. † Ei, qui non eſt dñs, ſed habet ius in re, licet non detur iſta cõ
2 dictio, datur tñ condictio incerti. h. d. ¶ † In glo. fin. ibi l. ſi col.
ĩnuit, ꝙ datur condictio ex illa. l. & h. d. glo. C. de fur l. manife
ſtis, §. ſed cum in ſcđam. vbi eſt ſĩs gl. ſed Pet. & Cy. dñt ex illa
l. condõnem non dari, niſi poſſeſſori. idẽ dñt. C. loc. l. ſi ꝓ fun-
do detentori vero, ut commodatario datur actio in factũ, vł̃
officium iudicis ad recuperationem rei ſubtractæ, qñ æquũ
eſt ipſum agere poſſe. Iõ ĩ ſubſidiũ deficientib. aliis actionib.
recurriẽ ad actionem in factum, ut in l. quoties. de p̃ſcri. verſi.
q̃tum vero ad actionem furti, ꝗ daẽ ad pœnã, nõ eſt dr̃ia ĩter
iſtos, qa illa nõ ſolũ daẽ dño, ſed ẽt non dño, cuius intereſt rẽ
non ſubtrahi ex iuſta, & honeſta cã, ſiue rõne iuris, quod ha-
beaẽ in re, ſiue rõne poſſeſſionis, ſiue ratione detentionis, &
cuſtodiæ, quod dic, vt l. is cuius. in prima parte, cum l ſeq. per
ibi ſoluere, & iſte eſt caſus huius. §. ſed ſi non exiſtat ibi, ſed cōferat ſolutionem in illum locum, ſi poſtea reperiatur ibi legatus, habebit ius reuocandi domum, & iſte eſt ſecundus caſus huius §. idem ſi ibi exiſtat, cum promiſit ſimpliciter, non
autem ſpecifice ibi ſoluere, non cenſetur voluiſſe renunciare
exceptioni, quam habet, & iſte eſt caſus in l. ſi quis in legatione. ſ. de iud. quam gl. allegat pro contraria ad primum dictū
huius §. & eſt difficile cōtrarium, quod gl. ſoluit quatuor modis. tene ſolu. primam Doc. autem coniungunt vltimam cum
prima, mihi videtur, ꝙ tertia ſit melior, & clarior, & magis
3. amica vtrique literæ. † Præmitte ꝙ Roma eſt cōis patria, &
quilibet ibi repertus poteſt illic ꝯueniri, ēt ſi alia rōne nō ſortiebatur forū. ut l. Roma. ad mun. niſi ibi reperiatur, tanquā
legatus ſui municipij. nam habet ius reuocandi domum, ne
impediatur legatio, vt in l. 2. §. legatis. ſ. de iud. & hoc eſt verū,
niſi in legatione exiſtens conſtituat ſe ibidem ſoluturum, qđ

prius

prius debebat, quia tunc perdit ius reuocandi domum, vt in
primo caſu huius. §. ſed ſi promiſit ſimpliciter, non cenſetur
promiſiſſe ſoluere ibi, ſed in ſuo domicilio. Ideo non perdit
ius reuocandi domum. vt l. ſi quis in legatione. & ſi priuſquã
illuc accedat, promittat ibi ſoluere, non cenſetur promiſiſſe
eo caſu, quo reperiatur ibi tanquam legatus, ſed tanquã non
legatus, ideo ſi ibi reperitur, vt legatus, adhuc non poterit ibi
4 conueniri. & iſte eſt caſus huius §. & omnia ſunt plana. ¶†Vl
timo gl. ĵ. quæ incipit, [immo.] videtur tenere, ꝙ quando ſo-
lutio confertur in alium locum, ꝙ ſortiatur quis forum etiã
in loco, vbi fuerunt celebrata verba cõtractus, ut ſic ibi poſ-
ſit conueniri, propter hoc ſolum, licet alia ratione nõ ſortia-
tur forum. Contrarium, tamen tenent Doc. vt dixi in l. j. ſupra
tit. j. & glo. determinat contrarium in l. j. de eo, quod cer. loc.
& in l. hæres abſens. in fi. de iud. & Doc. illam ſequuntur per l.
quæro. ĵ. de ſolu. quantum vero ad ſolennitatem contractus,
debent inſpici ſtatuta, & conſuetudines illius loci, non illius
vbi fuit collata ſolutio, ſecundum Dy. in l. contraxiſſet. de ac.
5 & ob. & Bart. in l. cunctos populos. de ſum. Trin. ¶†In glo. 4.
ibi, vel dic, hæc vera quantum ad iſtud contrarium, vt patet,
ex his, quæ ſupra dixi, conueniebatur ergo Romæ ſi ibi repe-
riretur, non tãquam legatus, tum, quia eſt communis patria,
tum quia eſt ibi collata ſolutio, ſed ſi reperietur, vt legatus, ex
neutro capite poterit ibi conueniri, quia priuilegium lega-
tionis, præfertur vtrique cauſę.

1 *Sufficit eſſe debitum, licet non debeat qui conſtituit.*
2 *Quando verba legis ſunt prolata in rem, comprehendunt quemcunque, ſe-
cus ſi in perſonam.*
3 *Statuta negociatorum, & mercatorum, ſunt inter eos ſeruanda.*
4 *Si mercator conueniatur non coram conſulib. mercatorum, ſed coram Po-
teſtate eſt iudex generalis, an ibi debeant ſeruari ſtatuta mercatorum.*
5 *Illud quod dicitur, quod poſſis conſtituere te ſoluturum, quod ego debeo,
debet intelligi, dummodo conſtituas tanquam debitum a me, et de mea
voluntate.*

1 **§. Quod exigemus.** ¶Sufficit eſſe debitum, li
cet non debeat qui con-
2 ſtituitur. h. d. †No. ꝙ quã verba legis, ſunt prolata in rem, com-
prehendunt quẽcunq;, ſecus ſi in perſonam, facit. l. ſi ſeruũ. §.
non dixit. de acqui. hæred. & l. hæc verba. cũ ibi no. de adul. &
quod Bar. in l. 3. §. ſi Titio. de adimend. leg. & ex hoc determi-
3 nat qõnem quam dixit l. 2. in fi. C. e. †ꝙ ſtatuta negociatorũ,
4 & mercatorum ſunt inter eos ſeruanda. ¶Quæro ſi aliquis
mercator conueniatur nõ coram conſulibus mercatorum,
ſed coram poteſtate, qui eſt iudex generalis, & vtis, & ſic quili
bet coram eo poteſt conueniri, licet habeat alium iudicẽ ſpe
cialem, vt in l. j. C. de offi. præfe. vrb. vtrum ibi debebunt ſerua
ri ſtatuta mercatorum? an autem duntaxat, quñ cõueniret co-
ram conſulibus? & breuiter, aut illa ſtatuta loquuntur in rẽ,
puta, ꝙ credatur libris mercatorum, per ſe vſque ad tantam
quantitatem, quia debebunt ſeruari coram poteſtate, quia
ſunt approbata de iure communi in d. l. 2. & etiam ſolent ap-
probari a communitate, ergo ſunt ſeruanda per quemlibet
magiſtratum illius ciuitatis, aut ſunt collata in perſonam cõ
ſulum, vt ſi dicat ſtatutum, ꝙ conſules artis, vel mercatorum
debeant tale quid facere, vel poſſint tales probationes admit
tere, & tunc poteſtas non tenebitur illud ſtatutum ſeruare,
quia de eo non loquitur, nec loqui poſſet, quia illi non poſ-
ſunt ſtatuere aliquid extra perſonas ſibi ſubditas. vt in l. fi. C.
de iuriſd. om. iud. & ita expreſſe determinat Bal. in d. l. j. & plu-
5 ra alia bona dicta ponit ibi circa iſtam materiam. † Vltimo
quod hic dicitur, ꝙ poſſis conſtituere te ſoluturum, quod ego
debeo, debet intelligi dummodo conſtituas tanquam debitũ
a me, ſecus ſi tanquam a te, vt ſ. de condi. indeb. l. ſi pœna. §. j.
& eſt caſus. & ĵ. eo. l. fi. & dum dicitur, ꝙ potes conſtituere te
ſoluturum alteri id, quod mihi debetur, dẽt intelligi de mea
voluntate, alias ſecus. & eſt caſus. l. ſed ſi filio. §. fi. ĵ. eo.

1 *Per epiſtolam poteſt fieri conſtitutum inter abſentes.*
2 *Conſtitutum, an poſſit fieri inter præſentes per epiſtolam.*
3 *Si appareat de debito, & de qualitate, conſtitutor tenebitur, licet non ap-
pareat de mandato.*
4 *Si iudex dicat condemno te, ad dandum quolibet anno tali, vnum par ca-
ponum, ſecundum quod tui anteceſſores ſoluerunt, quare teneberis, licet
non conſtat ꝙ anteceſſores dederint.*
5 *Si aliquis inueſtiet aliquem de feudo, ſecundum, quod anteceſſores ſui con-
ſueuerunt inueſtire, licet non appareat de inueſtitura anteceſſorum, ta-
men valebit.*

1 **§. Iulianus quoque.** ¶†Per epiſtolam poteſt
fieri cõſtitutum inter ab
2 ſentes. h. d. †Sed an inter præſentes fiat per epiſtolã? dic, vt not.
2 ĵ. eo. tit. l. Titius. ¶In textu ibi, ſm mandatum Seij. ¶†No. ꝙ li
cet de iſto mandato non appareat, ſi tamen apparet de debi-
to, & de qualitate, tenebitur iſte ar. hic, & l. admonẽdi. ſ. de iu-
4 reiur. in prin. Et iſtud inducitur ad q. †ſi iudex dicat, cõdemno
te ad dandum, quolibet anno tali, vnum par caponum, ſm
ꝙ anteceſſores tui, ſoluerunt, licet non appareat, ꝙ tui ante-
ceſſores dederint, teneberis tñ dare, quia illa verba nõ faciũt
conditionem, ſed cauſam. Et exponuntur. i. quia. vt eſt tex. in
c. ablatæ ſane. de ver. ſign. & no. in l. pen. C. de inſt. & ſubſt. ſub
5 condi. fac. †hoc idem ponit Ioan. in ſimili in addit. Spec. in tit.
de feu. §. j. ſi aliquis inueſtiat aliquem de feudo, ſm ꝙ antece-
ſores ſui conſueuerunt inueſtire, licet non appareat de inue-
ſtitura anteceſſorum, nihilominus valebit. facit l. j. & ibi not.
per Bal. C. de epiſco. & cler. & anno præterito habui conſule-
a re de facto in ciuitate Feltri.[a]

ADDITIO.

a Feltri. Vide eius conſi. 312. & Bal. conſi. 190. 1. lib. & conſil. 70. 4. libr. Iaſon. May. in d. l. admonendi.

1 *Per conſtitutum poteſt quis ſe obligare, nõ autem alium, etiam ſi ſit illius
procura. ſecus ſi eſſet illius legitimus adminiſtrator, vel eſſet in poteſta
te illius.*
2 *Comes, an ex contractu ſuo poſſit obligare, ſubditos ſuos.*
3 *Communitas quæ poteſt facere legem inter ſubditos ſuos, & ſi facit ſyndi
cũ cum poteſtate obligãdi ſingulares perſonas, an poterit eas obligare.*
4 *Verba obligatoria, & executiua conſtituti, ſi concipiantur in perſonam al
terius, puta Titii, me recipiente promiſſionem, non valet conſtitutum,
niſi ſim in Titii poteſtate conſtitutus.*
5 *Si verba obligatoria concipiantur in perſonam meam, & executiua in per
ſonam Titii, (niſi ſim illius legitimus adminiſtrator, vel in eius poteſta
te conſtitutus) non acquiritur illa actio mihi, niſi mea intereſt, & quid
ſi ſim eius procurator.*
6 *Quod tunc ſi ſum in poteſtate acquiram directam, & ſi adminiſtrator,
vtilem.*

1 **§. Sed ſi quis.** ¶†Per conſtitutũ poteſt quis ſe obli-
gare, non autem alium, ẽt ſi ſit illius
procur. ſecus ſi eſſet illius legitimus adminiſtrator, vel eſſet in
poteſtate illius. h. d. vſq; ad l. ſed ſi filio. §. ſi mihi. Et primo di-
co, ꝙ quis non poſſit alium obligare, ſed ſeipſum, & hæredẽ
2 ſuum duntaxat, ſemel dixi de facto † Florentiæ, quia quidam
Comes contraxit, cum quodam mercatore Florẽtino, & pro
miſit certam quantitatem, & obligauit ſe, & omnes ſubditos
ſuos in inſtrumento, poſtea ille Florentinus reperit, quẽdam
ſubditum ſuum Florentiæ, quem fecit capi, tanquam obliga-
tum virtute illius inſtrumenti, ego conſului, ꝙ non erat obli-
gatus, quia comes non potuit eum obligare. l. inter ſtipulan-
tem. in prin. de ver. obl. licet potuerit obligare ius vaſallagij,
quod habebat in ipſum, quia illud erat illius comitis. vt l. pro
hærede. §. qui tamen. cum ibi no. de acqu. hæred. & fuit obten
tum. quia ille fuit relaxatus. In contrarium tamen facit, quia
contractus illius, qui poteſt legem facere, habetur pro lege,
vt l. Cæſar de publ. & ibi no. per Barto. in l. ciuitas. ſ. ſi certum
3 petatur. †qui pro hoc determinat ſi communitas, quæ poteſt
facere. l. inter ſuos ſubditos, facit ſyndicum, cũ poteſtate obli-
gandi ſingulares perſonas, poterit obligare, ſicut ſi feciſſet de
hoc, ſtatutum. de hoc etiam per eum. in l. 4. §. ſi actor. de re iu
dica. ſed talis comes poteſt facere. l. inter ſuos ſubditos, vt l.
forma. C. de offic. præfect. præto. rñdeo ꝙ Bal. theoricam Bar.
non tenet, immo reprobat pulchris rationibus. vt l. j. C. ne fil.
4 pro pa. & ibi vide. † Circa ſecundam partem aduerte, quia ſi
verba obligatoria, & executiua, concipiãtur in perſonam al-
terius, puta, conſtituis vel promittis te Titio ſoluturum, ſibi,
me recipiente promiſſionem, non valet conſtitutum, nec ac-
quiritur obligatio, vel actio mihi, vel Titio. per l. quęcunque,
gerimus. de acti. & obli. niſi ſim in Titij poteſtate conſtitutus a
quo caſu verba poſſunt concipi in quemcunq; noſtrum, it
5 intellige. §. fi. huius l. cum ſequ. †aut verba obligatoria conci-
piuntur in perſonam meam, & executiua in perſonam alte-
rius, ut promittis mihi dare, & Titio, tunc ſi non ſum illius
legitimus adminiſtrator, nec in illius poteſtate, non acquirit
illi actio, quia per liberam perſonam, alteri acquiri non põt
etiam ſi ſim procurator eius. Ita intellige hic ver. [ꝙ ſi mihi.]
& ver. Iul. mihi vero bene acquireretur ſi mea intereſt, vt ĵ. de
verb. obli. l. ſtipulatio iſta. §. ꝙ ſi inſulam. ſecus ſi mea non in-
tereſt. vt ibi, & in §. alteri videtur tamen, ꝙ ſi eram procura-
tor eius, etiam ſi alio modo non interſit, acquiratur mihi, vt
poſſim illi cedere, licet in cõtrarium faciat iſte tex. in ver. Iul.
vbi dicitur requiri, ꝙ etiam verba executiua debeant concipi
in perſonam procuratoris & tunc mihi acquiritur, vt cedere
poſſim. ita no. in l. huiuſmodi. in princ. de leg. j. ſi autem eram
illius Titij adminiſtrator tunc ſiue concipiam verba in perſo
nam meã, ſiue illius, acquiritur iſti actio vtilis, vt hic in ver.
6 †Item tutori. cum ſequ. etiam ſi per obligatoria verba, ſicut
quando eſſem in poteſtate illius, in hoc tamẽ differunt, quia
ſi ſum in poteſtate, acquiro directam, ſi ſum adminiſtrator,
acquiro vtilem, & in hoc ſtat intellectus horum textuum. vn
de hodie cum pater ſit legitimus adminiſtrator in aduẽtitiis,
vt l. j. C. de bo. ma. idem poterit pater quod tutor, & ad hoc vi
de gl. ĵ. de pig. l. ſi legati.

## LEX VII.

1 *Adiecto non poteſt conſtitui, ſed principali creditori conſtituendum eſt, et poſtquam creditori fuerit conſtitutum, impeditur facultas ſoluendi adiecto, vel alteri correo credendi.*

## Sed & ſi filioſa.

1 §.Si mihi. ¶†Adiecto non poteſt cõſtitui, ſed principali creditori cõſtituẽ
dum eſt, & poſtq̃ creditori fuerit conſtitutum, impeditur fa-
cultas ſoluendi adiecto, uel alteri correo credendi.h.d.vſque
ad l.hactenus. ſi ergo ſtipulatus ſum a te mihi, aut Titio (cum
obligatio, & actio acquiratur mihi, & non Titio) licet poſſis
Titio ſoluere, ſi poſtea conſtituis illi Titio, & non valet con-
ſtitutum, quia requiritur, vt debitum præcedat, & in perſonã
eius non ſubſiſtat debitum, & iſte eſt primus caſus quem intel
lige, niſi de voluntate mea conſtituiſſes, vt ſ.l.cũ qui. §.quod
egimus.in fi.& ibi tetigi.facit l.Stichum.§.fi.j.de noua.aut cõ
ſtituiſti mihi, & tunc ſi quidem ſimpliciter, vt mihi aut Ti-
tio, idem erit in actione de conſtituta, quod in prima, quia ac
quiritur mihi, & poteris ſoluere Titio, vt l.ſi uero.in prin.aut
conſtituiſti te ſoluturum mihi, & non erit idem, quia non po
teris amodo ſoluere Titio etiam virtute primæ obligationis,
& contractus, quia cenſetur tibi adempta facultas ſoluendi,
vt hic.in ver. q̃ ſi poſtea. Sed contra, q̃ hanc facultatem tibi
auferre non poſſum, ut l.aliud.j.de ſol. circa fi.tit. Solue.verũ
eſt ſine tua voluntate. Sed ſi conſtituis te ſoluturum mihi,
adeſt tua uoluntas, per quam tibi præiudicas, & imputes tibi
quare mihi ſoluiſti. Si ergo ſoluas Titio, repetis ab eo per cõ
dictionem indebiti, quia non liberaris a me. Idem ſi Titius, &
ego ſumus duo rei credendi, & ſic vtrique competit actio, vt
ſi conſtituas te ſoluturum mihi non poſſis amodo ſoluere Ti
tio, quia videor præoccupaſſe hoc debitum ſicut per lit.cõte.
vel ſtipu. animo nouandi. In hoc tamen differunt, quia per
lit. conte. vel ſtip.animo nouandi ſtatim es liberatus a Titio
ipſo iure, ſed ſi conſtitui te ſoluturum per pactum, quia per
hoc non inducitur nouatio, nec ſublatio primæ actionis, vt
j.e.l.item illa. §.fin.non es liberatus a Titio ipſo iure, ſed ope
exceptionis a te peteret. Potes.n.repellere eum, quia præoccu
pauit per conſtitutum, & ſic ſibi ſoluendo nõ liberaris a me.
hoc vult tex.cum gl.in l.idem eſt.

## LEX XI.

2 *Debitor quando eſt captus ab hoſtibus, an valeat conſtitutum.& num.1.*

3 *Debitor ſi eſt deportatus ab hoſtibus, an valeat conſtitutum, quid ſi debitor deceſſit ſine hærede.*

1 Hactenus. ¶†Sufficit eſſe debitum, licet nõ apppareat perſona debentis, vt va
leat conſtitutum.h.d.¶In tex.ibi] ante aditam hæ-
reditatem] iſto caſu, licet non appareat certa per-
ſona, quæ debeat, apparet tamen ficta.ſ.ipſa hęreditas iacens,
quæ perſonam defuncti repręſentat, vt l.hęrede.de acquiren.
re.dom.& ipſa hæreditas eſt mihi obligata, ideo poſſum age-
re contra eum faciendo ſibi dare curatorem, vt in l. j. de cu.
2 bo.damn.†Sed in ſeq. caſu, quãdo debitor meus captus eſt ab
hoſtibus, ipſo exiſtente apud hoſtes, nõ apparet nec vera, nec
ficta perſona, q̃ mihi debeat. Nam ipſe cum ſit ſeruus hoſtiũ,
non debet, ſed exemptus eſt ab obligatione, nec eſt adhuc
dare hæreditatem eius quouſque viuit in quem tranſeat iſta
obligatio, & ideo videtur ſtare in aere, quia non habet ſubie
ctum, in quo reſideat paſſiue, ad quod vide no.in l.ſi ego.ſ.de
nego. geſt. & tamen valet conſtitutum, quia non eſt extincta
obligatio, ſed ceſſat. Iſta ſunt diuerſa, vt not.in l.ſecunda.de
3 verb.oblig.per glo. †ſi autem debitor meus eſſet deportatus,
non valeret conſtitutum, ſicut nec pro eo poſſet intercedere
fideiuſſor, vt l.ſi debitor.infra.de fideiuſſo. ratio eſt, quia tunc
obligatio tranſiuit in fiſcum, vnde debet accedere pro fiſco,
non pro eo. Vnde quando eſt captus, non tranſiuit in aliquã
obligationem, nec ualet conſtitutum etiam ſi pro eo interce
dat, quid autem ſi aliquis deceſſit ſine hærede, quia hæreditas
fuit per omnes repudiata, & ſic incipiunt dici bona vacantia?
adhuc videtur idem, quod in capto ab hoſtibus, quando præ-
ceſſit obligatio in perſona defuncti, ſed ſi non præceſſit noua
obligatio non poſſet incipere, ad hoc vide.l.poſtquam.infra.
vt leg.nom. cum ibi not. & gloſ.hoc inducit ad ea, quæ fiunt
dignitate pendente, i.vacante, vt valeant de hoc vt in ca.j.ne
ſede vacante.

1 *Qui plus debito conſtituit ſe ſoluturum tenetur vſque ad ſummam debitã, & non vltra.*

2 *Conſtitutor, licet poſſit ſe in plus obligare tempore, quam principalis ſit obligatus, non tamen in re, & ſic plus eſt re, quam tempore.*

3 *Conſtitutum, an valeat iure donationis, quando conſtitutor ſcienter plus debito ſe ſoluturum conſtituit, & quid ſi præcedebat debitum, ſed obſtabat exceptio.*

1 §.Si quis. †Qui plus debito conſtituit ſe ſoluturum te
netur vſq; ad ſummam debitam, & non vl-
2 tra.h.d.cum duab.ll.ſeq.†no.ergo, q̃ licet conſtitutor poſſit ſe
in plus obligare tempore, quam principalis ſit obligatus, ut ſ.
co.l.ſed & citeri o ri.cum ibi no.in glo. non tamen re, vt hic
3 patet, & ſic plus eſt re, quam tempore.†In glo. ibi. ſed hodie.
contra iſtam glo.videtur alia glo.quæ eſt.ſ.co. l.quod ſi mari-
tus.in §.j.ſuper ver. [exceptionem] in fi.quæ ſimpliciter tenet
a conſtitutum valere iure donationis,[a] ſi conſtituit ſcienter, &
non interdum præcedebat debitum, tamen obſtat exceptio,
& tunc loquitur illa gl.q̃ etiam iure veteri, & etiam conſtitu
tum, quia cenſetur renunciaſſe illi exceptioni. vnde cum du-
ret actio prima, vt l.ſi vnus. §. pactus. ſ.de pact. poterit agi ex
cauſa, & ſi opp. exceptio replicabitur, q̃ ei videtur renuncia-
tum per conſtitutum prout dicitur. in d. §.pactus.aut nullum
præcedebat debitum. & ſic nulla ſubſiſtebat actio ipſo iure.
& tunc loquitur iſta glo.iure veteri per conſtitutum nudo pa
cto factum non inducitur donatio, ſecus ſi interueniſſet ſtipu
la. vt l.ſi duo.j.de uer.obl.vbi eſt caſus, hodie vero ſm gl.quia
valet nudum pactum donationis, & producit actionem, vt l.
ſi quis argentum.de don.ſed ſi non valet iure conſtituti, vale-
bit iure donationis, & hoc idem videntur ſequi Doc. quod
mihi non placet, quia l. ſi quis argentum, loquitur quando
expreſſe per pactum promiſit animo nouandi, quia reſulta-
rent nouæ ſingularitates, vna q̃ pactum nudum produceret
actionem.altera, quòd præſumatur animus nouandi, quarũ
quælibet eſt contra regulas iuris per ea, quæ no.in l.j.C.de do.
promiſ.& ſi diceremus, ſequeretur q̃ omnia iura vetera, quæ
dicunt ex pacto nudo non oriri actionem eſſent correcta per
illam l.ſi quis argẽ.quod eſt abſurdum, & ita expreſſe deter-
mi.in l.iuriſgen.§.quinimo. circa fi.poſt Cyn.& Petr.ſupra de
pac.de quibus Bar. hic nõ fuit recordatus, quia non tenuiſſet
iſtam gloſ.

### ADDITIO.

a ¶Donationis. Vide eundem.in l.iuriſgentium. §.ſed cum nulla. ſ.de pact. Bal.in rub.C.eod.in 2.col.

## LEX XIIII.

1 *Conſtitutum non vitiatur ratione incertitudinis, quando poteſt certificari per relationem ad aliud.*

2 *Diſpoſitio quęlibet ratione incertitudinis, quando poteſt certificari per relationem ad aliud certificari poteſt.*

1 Qui autem. ¶†Ratione incertitudinis non vitiatur conſtitutum, quando
poteſt certificari per relationem ad aliud.h.d.tex.
2 cum gloſ.† idem in quacunque alia diſpoſitione
incerta.vt l.ait prætor.§.j.de re iudic.& j.de contrahen.empt.
l.hæc venditio. §.huiuſmodi.

1 *Valet conſtitutum de pignore conſtituendo.*

2 *Licet illud quod deducitur in conſtitutum, non ſit debitum, ſed de acceſſoriis, valebit conſtitutum.*

3 *Si quis conſtituit ſe pignus daturum, non expreſſa certa re, dabitur actio de conſtituta contra conſtituentem, quæ eſt perſonalis.*

1 §.Si quis conſtituerit. ¶†Valet conſtitutũ de pignore conſtituẽ
2 do, hoc dicit.†non ergo requiritur, quod illud, quod quis pro
mittit ſit debitum, dummodo ſit de acceſſoriis debiti, vt hic.
& infra prox.§.vel propter debitum promittatur, ut ſ.l.j.§.an
3 poteſt.¶†In tex.ibi [ſi pignus daturum] ſupple. non expreſſa
certa re.& ſic datur actio perſonalis de conſtituta, vt pignus
conſtituatur. Si autem fuiſſet expreſſa certa res, tunc ſtatim
eſſet pignus conſtitutum, quod poteſt conſtitui ſolo conſen-
ſu, vt l.j.de pig. actio. & ſic daretur actio. hypothecaria, quæ
eſt realis, non autem iſta.ita no. Gul. de cu.& Barto.ibidem.
certe hoc eſſet verum, ſi fuiſſet vſus verbis præſentis tempo-
ris dicendo, conſtituo tibi pignus ſuper tali re, ſi autem futu-
ri temporis, vt hic, quia conſtituit ſe daturum talem rem pi-
gnori, non eſt conſtitutum pignus anteq̃ aliter conſtituam
& ideo tunc etiam dabitur actio de conſtituta contra conſti-
tuentem, quæ eſt perſonalis non hypo. cõtra quemlibet poſ-
ſeſſorem, & ita intelligo hic, & eſt veritas.

1 *Per conſtitutum, quomodo poſſit, quis ſe obligare.*

2 *Si quis promittit factum alicuius ſuper debito præcedente, valet promiſſio, & videtur promiſiſſe ſe facturum, & curaturum, ſi vero non ſuper debito præcedente, non valebit.*

3 *Libellus iſte, peto vt reſtituas mihi boues meos, vel æque bonos, an procedat, an autem petam boues, ſi extant, & ſi non extant tui culpa, vel mora, te ad æſtimationem eorum condemnari.*

1 §.Sed & ſi. †Per cõſtitutũ poteſt quis ſe obligare, q̃ alia perſona fideiubeat pro debito, & ſi
illa fideiubere nolit, aut poſt mortẽ conſtituentis deceſſerit,
remanet conſtituẽs obligatus ad dandã aliam perſonã æquè
idoneã, ſed ſi añ morã deceſſit, liberatur cõſtituens ſicut ſo-
2 let liberari interitu ſpeciei debitæ.h.d.ecce caſus. ¶†In glo.j.
ibi

ibi [factum ſuum ſe curare promiſit] certe hic non dr̃, ꝙ pro-
a miſit ſe curaturum.[a] ſed ꝙ conſtituit certã perſonã fideiuſſo-
riã, & nihilominus vult, ꝙ valeat promiſſio. Dic ergo notabi
liter, ꝙ quando quis promittit factum alicuius ſuper debito
præcedente valet promiſſio, & in dubio, videtur promiſiſſe ſe
facturum, & curaturum, & ita intelligatur iſte tex. ſed ſi non
ſuper debito præcedente talis promiſſio non valeret. l. ſtipula
3 tio iſta. circa prin. de verb. obl. ¶ †In glo. penult. ibi no. de præ-
ſtatione ſimilis perſonæ, & iſtud facit pro eo, quod no. in Spe.
in titu. de obl. & ſol. §. ſequitur videre. in fi. vt procedat iſte li-
bellus, & peto, vt reſtituas mihi boues meos, vel ęquè bonos,
ſed Cy. in l. 2. ad leg. aqui. dicit non reperiri iure cautũ, ſed de-
beo petere boues, ſi extant, & ſi non extant tui culpa, vel mo
b ra interueniente debes condemnari ad æſtimationem[b] eorũ,
vt l. ſi ſeruum. §. fina. de verb. obl. l. vinum. cum ibi no. j. ſi cer.
pet. & non allegat iſtum tex. qui videtur deſtruere dictũ eius.
nec etiam Specul. qui dicit contrarium.

ADDITIONES.

a Curaturum. Adde Bal. in rub. de conſt. pec. Ang. & Inn. in l. inter ſtipulantẽ de verb. obl. Ro. & paul. in l. ſtipulatio iſta. in prin. de verb. oblig. & vide Fed. conſi. 202. Bar. conſi. inci. maritus promiſit. Bal. conſi. 96. j. lib. Ant. de Butr. in c. gemma. de ſponſa. Barto. Soci. conſil. incip. dominus labia mea aperiat, in cauſa. D. Franc. vbi late ad quid teneatur ille, qui promiſit ſe facturum, & curaturum.

b Aeſtimationem. Adde Ludo. Roma. conſi. 180.

---

1 *Conſtitutum quando, & quomodo fiat inter abſentes.*
2 *Conſtitutum quando fit per nuncium, tunc nuncius cõcipit verba in perſonam domini, ſed procurator concipit in perſonam ſuam.*
3 *Contractus, vbicunque poteſt fieri inter abſentes, requiritur nuncius, vel epiſtola.*

1 **§. Conſtituere.** †Conſtitutũ poteſt fieri inter ab-
a ſentes interueniente nuncio,[a] vel
epiſtola, nec tunc acquiritur actio per nuncium, ſed per ſeip-
2 ſum mediante miniſterio nuncij. h. d. cum l. ſequ. †ratio eſt,
quia concipit verba in perſonam domini, ſed procura. conci-
pit in perſonam ſuam, & ſic diceretur per eum actio acquiri
domino, ſi acquireretur, ideo non acquirit, quia eſſet contra
3 regulas iuris. arg. s. eod. l. cum qui. §. Iul. & adde, †quòd vbicun
que inter abſentes poteſt cõtractus fieri, requiritur nuncius,
vel epiſtola, alias fieri non poſſet, vt no. glo. in l. conſenſu. de
act. & oblig.

ADDITIO.

a ¶Nuncio. Adde quod Bal. in tit. de pace conſtan. dicit, quod nuncius etiã ignorans reuocatur, & licet ſit differentia inter nuncium, & procuratorem, vt habetur in Spec. de procur. dicit tamen Bal. conſi. 184. 3. lib. quòd dominus, qui eſt ſolitus ratificare contractus per nuncium bona fide geſtos, non poteſt dicere in vno, ego nolo habere hunc ratum.

---

LEX XVI.

1 **L. Si duo.** †Conſtituendo poſſunt conſtitui duo rei
debendi, & in cõſtituto poteſt adiici locus
& tempus, & erit actio arbi. ratione loci. hoc dicit vſque ad §.
ait prætor.

2 *Si conſtituiſti te ſoluturum Stichum, & antequam eſſes in mora, mortuus eſt, an duret actio de conſtituta. & num. 1.*
3 *Vbicunque præcedit obligatio de aliquo dando, vel faciendo, & poſtea ſequuntur verba negatiua legis, vel hominis, ſi non dederit, alias fecerit, debent intelligi, quod fuerit in mora ſoluendi, vel faciendi.*
4 *Si præcedit obligatio in perſonam alterius, vt ſi promiſiſti ſoluere mihi, quod Titius mihi deberet, ſi ipſe Titius non ſoluet, quod illa verba negatiua verificentur, ſiue Titius ſit in mora, ſiue decedat antequam det, vel faciat.*
5 *Si non præcedat obligatio de aliquo dando, vel faciendo, tunc illa verba ſi non dederis, vel non feceris, aut Titius non dederit, ſeu non fecerit, non verificantur, niſi deſieris poſſe dare, vel facere.*
6 *A verbis legis, quòd debeamus recedere, ut euitemus abſurditatem, & ea ſupplere prout expedit, & multo magis in verbis teſtamenti.*
7 *In conſtituto, quando reus dicatur in mora.*
8 *Reus ſi fuit in mora, quia non ſoluit in die appoſito in conſtituto, poteſt per ſolam oblationem moram purgare, vſque ad lit. conte. ſi actor non habuit iuſtam cauſam recuſandi, & an etiam poſt lit. conteſt.*
9 *Actor dicitur eſſe in mora, quando recuſat oblationem ſine iuſta cauſa, & quæ dicatur iuſta cauſa.*

1 **§. Ait prætor.** †Hic exponit quædam verba edicti
prætoris, quæ ſequebantur poſt illa
de quibus habetur. s. eod. l. j. §. j. & erant in effectu iſta, quòd
ſi alius conſtitueret ſe ſoluturum, vel facturum, & poſtea nõ
fecit, neque ſoluit, & per actorem non ſtetit, quo minus fie-
ret, vel ſolueretur quicquid de re poſtea contingit, quia pe-
reat caſu fortuito, remanet conſtitutor obligatus, non au-
tem liberatur interitu rei. circa quæ verba occurrunt aliqua
dubia circa perſonam rei, inquantum dicit [ſi non ſoluit,
vel non fecit, quæ declarantur vſque ad l. Item illa, & ali-
qua circa perſonam actoris, dum dicit [neque per actorem
ſtetit quo minus fieret, uel ſolueretur] & illa declarantur in
l. item illa. prima pars interitus rei debitæ contingens ante
moram debitoris pertinet ad creditorem, licet uerba edicti
prima facie innuerint contrarium, ſed debet ſane intelligi,
dum dicunt, [ſi non ſoluit, nec fecit,] quia debent ſuppleri,
ſed per eum ſtetit quominus ſolueret, uel fieret, & ſic fuit in
mora, ſi non contingat poſt moram pertinet ad debitorem,
quia vere nõ liberatur per interitum, & dicitur eſſe in mora,
ſi non ſoluit in die, vel tempore appoſito in conſtituto, licet
non ſit lis conteſtata, poteſt mora purgari per ſolam obliga-
tionem poſtea factam uſque ad litem conteſtatam. ſi actor ſi
ne iuſta cauſa recuſat excipere, & ex tunc euitauit periculũ.
h. d. uſque ad l. item illa. & ſunt tex. aliquantulum ſcrupuloſi.
primo declarat ad quem pertinet interitus rei debitæ uſque
ibi, nec autem. Secundo, quando dicatur debitor in mora cõ
ſtitutus uſque ad l. ſed ſi alio. Tertio an poſſit moram purga-
2 re, & qualiter, & uſque ad quantum tempus. †Eſt ergo primũ
dubium ſi conſtitui te ſoluturum Stichum, & antequã eſſes
in mora mortuus eſt Stichus, an duret actio de conſtituta, ſi
per me non ſtetit quominus mihi ſolueretur, nec etiam per
te, quia non fuit in mora, ſed ſtetit ꝑꝑ rerum naturam, & ui-
debatur, ꝙ ſic, inſpecta cortice uerborum edicti, quæ ſunt ſim
pliciter negatiua, ſ. ſi non fecit, uel nõ ſoluit, nam uerum eſt
dicere, ꝙ non ſoluiſti, ergo durat actio, quicquid de re conti-
gerit. Iuriſconſultus dicit contrarium, quia ſequeretur incon-
ueniens, & contra regulam iuris, quæ eſt, ꝙ interitu rei debi-
tæ liberatur debitor, ſi non fuit in mora, uel culpa. Verba er-
go edicti prętoris debent ſuppleri, dum dicit, neque ſoluiſſe,
neque feciſſe, ſed per eum ſtetiſſe quominus fecerit, uel ſolue
3 rit, & ſic fuit in mora. & hoc no. ſingulariter. †Quia ubicunq;
pręcedit obligatio de aliquo dando, vel faciendo, & poſtea ſe
quuntur uerba negatiua legis, uel hominis, ſi non dederit, uel
alias fecerit, debent intelligi cum ſuppletione. ſ. ꝙ fuerit in
mora ſoluendi, uel faciendi, nec aliter illa uerba uerificãtur,
tex. eſt no. hic, & hoc, quando præcedit obligatio in perſona
eiuſdem ad quem uerba negatiua referuntur, unde ſi promit-
tis mihi Stichum, & ſi non dederis, promittis pęnam, ſi mo-
riatur, antequam ſis in mora, licet uerum ſit dicere, ꝙ non de
deris, non tamen tenearis ad pęnam, cuius contrarium dicit
gl. & male. s. qui ſatiſdare cogantur, l. ſi deceſſerit. in fin. mag.
4 gl. quæ per omnes reprobatur. †Si autem præcedit obligatio
in perſonam alterius, tunc illa uerba verificantur, ſiue ille ſit
in mora, ſiue decedat antequam det, vel faciat, licet non ſit
in mora. hic eſt tex. no. in l. fideiuſſor obligari. infra de fideiuſ-
ſoribus, ut ſi promiſiſti mihi ſoluere, quod Titius mihi debet,
ſi ipſe Titius non ſoluet. nam ſi Titius ſit in mora ſtatim pu-
rificatur obligatio tua, ſiue moriatur anteq̃ ſit in mora, ſed
neutro iſtorum interueniente obligatio tua eſt cõditionalis.
5 †Si autem non præcedat obligatio de aliquo dando, vel faciẽ
do, tunc illa verba negatiua ſi non dederis, vel nõ feceris, aut
Titius non dederit, uel non fecerit, non verificantur, niſi deſie
ris poſſe dare, vel facere, ut l. ita ſtipul. in princip. & l. in illa
ſtipul. ſi calendis. de verbor. obligatio. & ſic not. hic. quòd
6 †debemus recedere a uerbis. l. vt euitemus abſurditatem,
& ea ſupplere prout expedit, multo magis in verbis tex. cuius
magis intentio, quam uerba ſpectanda eſt, ut l. cum uirum.
C. de fideicom. ſecundum dubium, quando reus dicatur eſſe
7 in mora? reſpondetur, quando non ſoluit, uel facit in tempo-
re appoſito conſtituto, cum facere non potuerit, licet lis non
ſit conteſt. ſupple, ſi non fuit appoſitum tempus, ſi non ſoluit
cum fuit interpellatus, ut in l. ſi penũ, quando dies le. ce. alias
8 committitur tempore conteſtationis, ut ſupra de triti. †Vlti-
mum dubium eſt, quid ſi reus fuit in mora, quia non ſoluit
in die appoſito in conſtituto, poſtea tamen obtulit, & actor
recipere noluit, dicitur, ꝙ ſi non habuit iuſtam cauſam, reus
purgat moram per ſolam oblationem vſq; ad tempus lit. cõt.
quaſi dicat, non poteſt. Sed contra, quia quando offertur id,
quod petitur, poteſt fieri oblatio vſq; ad tempus ſententiæ,
vt inſti. de perpe. & temp. ac. §. fi. ſol. & no. verum eſt, quantum
adhoc, vt reus abſoluatur ab obſerua. iudicij re exiſtente, ſed
vt purget moram, & euitet periculum ſola oblatio nõ ſuffi
cit, niſi vſque ad lit. conteſt. poſtea vero requiritur conſigna-
tio, & depoſitio. ita intellexit Bart. ſingulariter iſtum tex. hic,
& in l. inſulam. j. de verbo. oblig. & refert ſe habuiſſe altercatio-
nem ſuper intellectu huius l. cũ domino Rayn. de For. qui
fuit magiſter eius, & ſe iſtum intellectum tenuiſſe, licet ille re
pugnaret, & non eſt alibi illud dictum. illa verba edicti [neq;
feciſſe.] ad hoc, vt teneatur de interitu debẽt intelligi, ſcilicet,
9 tempore appoſito in conſtituto, nec poſt. †Si enim petiit
tempore appoſito, ſed non poſt, quia obtulit, & actor ſine iu-
ſta cauſa recuſauit recipere, perinde eſt, ac ſi per eum non ſte-
tiſſet, & nõ habet locum diſpoſitio edicti, vt teneatur de inte-
ritu, haberet autem iuſtam cauſam, ſi eſſet dãnificatus ex mo
ra rei, & nõ offerretur ſibi intereſſe iuxta no. in l. ſi cum dies.
in fi. cum l. ſeq. j. de arbi. per gl. ¶In tex. ibi [excep.] ſcilicet, qñ

debebatur

debebatur quantitas, quæ fuit oblata, & poſtea perempta, nã
liberatur debitor ope exceptionis. Et quod ſequitur, vel iuſta
interemptione ſcilicet, quando debebatur ſpecies, quo caſu
liberatur ipſo iure, vt l. qui decem. ff. de ſolu.

## LEX XVIII.

1 *Per actorem ſtetiſſe, quomodo intelligatur.*
2 *Debitor ſi ante diem, quæ eius fauore appoſita eſt, vult ſoluere, debet denunciare creditori, quòd veniat ad locum deſtinatum ſolutioni.*
3 *Si debitor velit poſt diem ſoluere in loco deſtinato ſolutioni, & moram purgare, tenetur etiam denunciare domino, quòd veniret. Et tenetur creditor accedere dummodo debitor offerat expenſas itineris.*
4 *Obligatio, quando habet diem, & locum, creditor tenetur accedere ad locum illa die, ante vero, non.*
5 *Si aſſignatus eſt terminus partibus octo dierum ad probandum, vel articulandum, & vna pars ante vltimam diem velit dare ſuos articulos, vel inducere teſtes, debet citari facere alteram partem.*
6 *Quando aſſignatur certa dies pro termino, puta octaua dies ad articulandum, tunc ante illam diem non poteſt articulari etiam parte citata.*
7 *Producens teſtes, ante vltimam diem dilationis ſi non fecit citari partem, valebit productio, ſed non præiudicat alteri parti, quominus poſſit obiicere contra perſonas teſtium etiam poſt publicationem.*
8 *Citatus poſt publicationem teſtium non poteſt obiicere in perſonas, niſi proteſtatus fuiſſet, quòd eſſent ſibi ſaluæ exceptiones.*
9 *Creditor ſi fuit impeditus accedere ad locum deſtinatum ſolutioni illa die, qua fienda erat ſolutio, dicitur per eum ſtetiſſe, quominus reciperet, & ſic dicitur in mora, licet ſecus eſſet in reo, & quod illa mora creditoris excuſet reum a mora.*
10 *Creditor non cogitur ante diem eius fauore appoſitum ſolutionẽ recipere, nec ad locum ſolutionis accedere, niſi debitor offerat ſortem cum intereſſe.*
11 *Debitor ſi ante diem non offert ſolutionem creditori, ſed in præſentia teſtium dicit ſe velle libenter ſoluere, ſi eſſet, qui reciperet, ſibi non prodeſt, quominus in moram incidat in die conſtituta.*
12 *Creditor debet ire ad locum rei, vt ſibi ſoluatur. Et quid ſi ſunt de eodem domicilio. & num. 14.*
13 *Creditor, & debitor ſi non ſunt de eodem domicilio, quando teneatur debitor ire ad creditorem.*

1 ITem illa. ¶†Per actorem non dicitur ſte-
tiſſe, quominus reciperet, ſi tem-
pore, quo ſolutio veniebat fienda, reperit ſe in lo-
co, vbi fienda erat, & fuit paratus recipere, ſed nõ
fuit, qui ſolueret, licet ante diem, vel etiam poſt, in loco non
fuerit paratus recipere. ſi autem in illa die non reperit ſe in lo
co, nec paratus eſt recipere, licet ante, vel poſt, ſic dicitur per
eum ſtetiſſe, etiam ſi fuit caſu impeditus, quominus ibi eſſet,
& ſic reus non conſtituitur in mora, ſi illa die non ſoluiſſet.
2 h.d. Not. iſtam l. quę ſemper allegatur. ¶†In tex. ibi (ad diem
conſtituti) non enim tenebatur actor ad illum locum acce-
dere ante diem, vel etiam poſt, ſi debitor erat ibi, & erat pa-
ratus ſoluere, & ita forte fuit proteſtatus coram teſtib. nam
creditor non habebat neceſſe hoc imaginari. debebat ergo
debitor, ſi volebat ante ſoluere, denunciare creditori, ꝙ veni
ret, quia paratus erat ibi ſoluere, & non expectare diem, qđ
facere poterat, ſi dies fuit appoſitus fauore ipſius rei. vt l. ſtipu
latio iſta. §. inter certam. de verbo. oblig. & l. poſt mortem. C.
3 de fideiçom. †Si vero poſt diem adhuc hodie tenebatur denũ
ciare, ꝙ veniret, quia paratus erat ſoluere, & purgare morã,
& tenebatur creditor accedere, dummodo debitor offerret,
etiam expenſas itineris, quas actor neceſſe habet facere pro-
pter moram præcedentem, quia habet neceſſe ad eundem lo
4 cum redire, vt hic in 2. gl. in prin. †Sic ergo no. ꝙ quando obli
gatio habet diem, & locum, creditor tenetur accedere ad lo-
cum illa die, ante vero non. Et iſtud inducitur ad quæſtionem
5 nota. †ſi aſſignatus eſt terminus partibus octo dierum ad pro
bandum, vel articulandum, & vna pars ante vltimam diem
velit dare ſuos articulos, vel inducere teſtes, an habet neceſſe
a alteram partem facere citari?[a] & certe ſic, quia nõ tenebatur
altera pars accedere, ante vltimam diem, niſi citata, quia nõ
habebat cedere, ꝙ ante illam velit aliquid facere, ſed ſi in vlti
ma die termini hoc faciat, non eſt pars citanda, quia illa dies
interpellat vtranque partem, ita colligitur ex iſta l. ſingu. &
habetur in l. 2. circa prin. & ibi Bar. C. de tempo. appel. Et per
6 eundem. in l. qui ante calendas, de verbo. obliga. ¶†Secundo
opp. ꝙ etiam ante diem vltimam non poſſit hoc facere etiã
ſi faciat partem citari per ea, quæ no. in cle. quamuis. de appel.
in gl. Sol. interdum aſſignatur certa dies pro termino, puta,
octaua dies ad articulandum, & tunc ante illam diem non
poteſt articulare etiam parte citata. aut non certa dies. ſ. ꝙ in-
tra octo dies, & tunc poteſt in quacunq; parte dilationis hoc
facere, quia verba patiuntur. nam intra octo dies dicitur fieri,
etiam quod fit ante vltimam diem, debet tamen pars citari,
7 vt dictum eſt. Sed quid ſi producit teſtes, nec fecit citari partẽ,
an valebit exceptio? dic, ꝙ valebit, tamen non præiudicat al-
teri parti, quominus poſſit obiicere contra perſonas teſtium,
etiam poſt publicationem teſtium. Ita diſputando terminatũ
8 fuit. vt no. †Io. And. in c. in nomine Domini. extra de teſtib. &
per ipſum in regula præſumitur. de reg. iur. in mercu. ſi fuiſſet
pars citata poſt publicationem teſtium non poteſt obiicere
in perſonas, niſi proteſtatus fuiſſet, ꝙ eſſent ſibi ſaluæ exceptio-
9 nes, vt in c. ex parte. de teſti. ¶†In tex. ibi (proinde ſi valitudi-
ne) nota. hic, ꝙ licet non dicatur ſtetiſſe per eum quominus
ſoluerit, quando ipſe fuit impeditus ſoluere, & ſic non fuit in
mora. l. quod te. ff. ſi certum petatur, bene tamen dicitur ſtetiſ-
ſe per actorem quominus reciperet, licet ipſe fuerit impedi-
tus recipere, vt eſt hic caſus, & videtur Barto. ſentire, ꝙ actor
dicatur in mora, licet fuerit impeditus, non ſic reus. Tu dic, ꝙ
imo non eſt in mora, licet fuerit, quia mora eſt delictum, &
ipſe non deliquit, ſi impeditus fuit. tamen quia iſtud impedi-
mentum actoris debet potius nocere ſibi, quam alteri, vt hic
dicitur in tex. excuſatur reus a mora, ſi non ſoluit, poſtquam
non fuit qui reciperet, vt hic. & ff. de vſur. l. pecuniæ. in fi. & l.
cum quidam. §. pupillo, & hoc puto verum, ſiue reus acceſſe
rit ad illum locum, & fuerit paratus ſoluere, ſiue non acceſſe
rit, poſtquam non fuit ibi, qui reciperet arg. ff. de arbi. l. ar. ca-
lendis, & ff. ſi quis in ius voc. non ie. l. 2. in fi. ¶Oppo. pro decla-
ratione gl. 2. dum tex. hic dicit, & puto diem conſtitui referen
dum, quod debeat intelligi, vel etiam, vt ff. l. prox. in fi. glo. fate
tur, & dicit iſtam l. ſupplendam per illam, & quod hic dicitur,
eſt quantum ad ſignificationem verborum. Tu dic melius, ꝙ
illa loquitur in eo, qui fuit negligens, & in mora ſoluendi in
die conſtituta, tamen poſtea offerebat ad moram purgandã,
& dicitur, ꝙ hoc facere poteſt, & actor tenetur recipere, ſi nõ
habet iuſtam cauſam non recipiendi, hic loquitur in actore,
qui fuit diligens in die conſtituta in accedendo ad locum, &
non reperit qui ſolueret, vnde non tenetur amplius accede-
re. ideo ſi poſt illam diem in præſentia teſtium, diceret ſe pa-
ratum ſoluere, & offerret, & deponeret, non euitaret morã,
niſi faceret actorem citari, ut redeat, quia vult ſoluere, & of-
fert etiam ſe paratum ſoluere expenſas, vt hic in gl. in princi.
dum dicit [interſit] & ipſe reus poſtea accederet ad actorem,
& ſibi offerret, quia teneretur recipere, alias, non eſt quid im
10 putetur ſibi actori. ¶†Item opp. ꝙ imputetur actori, etiam ſi
ante diem fuit paratus, quia debitor potuit ante diem ſolue-
re, vt l. quod in diem. ff. de ſol. glo. dicit illud verum, ſi dies erat
oppoſitus gratia ipſius rei, hic vero gratia actoris, quod eſt di
uinare. Dic ergo, ꝙ actor non tenetur ante diem illuc accede
re, niſi fuerit requiſitus a reo, quia debuit ſoluere, & non ex-
pectare diem, & hoc ſi dies fuit appoſitus fauore rei, ſi autem
fauore actoris non teneretur accedere ante diem, niſi offerat
ſortem cum intereſſe per ea, quæ no. in l. qui Romæ in princ.
de verb. oblig. Recollige ergo diſtinctionem per te, aut dies
fuit appoſitus fauore actoris, aut rei, & hoc ſecundo caſu, aut
reus offert ſolutionem actori præſenti, vel abſenti, & tenetur
11 eam recipere. †aut non offert ſibi, ſed in præſentia teſtium di
cit ſe libenter ſoluere, ſi eſſet, qui reciperet, & tunc ſi hoc fa-
cit ante diem, non prodeſt ſibi, quominus incidat in morã, ſi
poſtea in die conſtituta actor ſe ibi repetit, & non fuit qui ſol
ueret, nec purgat moram, ſi poſtea hoc faciat, per iſtum tex-
12 tum. ¶†Quæritur in alia gl. iſte tex. in ver. [proinde] loquitur,
qñ actor nõ erat in domicilio rei tempore ſolutionis fiendæ,
& vult, ꝙ actor teneatur accedere ad illum locum, alias reus
non conſtituitur in mora, nec tenetur accedere ad domiciliũ
actoris. Quid ſi ſunt de eodẽ domicilio? glo. dicit, ꝙ tunc reus
tenet̃ accedere ad domũ actoris, vt purget morã. i. nõ incidat
in morã ꝑ lapſum diei, non autẽ econtra, actor ad domũ rei,
& pro hoc allegãt Doc. in l. 2. C. de iure emp. & ſꝑ allegat̃ iſta
gl. & aduerte, quia loquitur, qñ obligatio habebat diem, quæ
interpellat. ſi aũt non hr̃et, tunc quia requiritur interpellatio
hoĩs, actor hẽt neceſſe accedere ad ipſum reũ, & ipſum ꝑſona
liter recipere ẽt ſi ſit in eodem domicilio, & ipſum interpella
13 re. ¶†Itẽ quod dicit gl. quando actor non eſt de eodem domi
cilio, reus non tenetur accedere ad eum, ſed econuerſo dicas,
ꝙ fallit in tribus caſibus in quibus tenetur accedere. Primus,
vt in debitore operarum, vt l. quod niſi. §. j. de oper. li. Secun-
dus in eo qui vult ſoluere gratia ꝯdõnis implẽdæ, vt aliquod
lucrum conſequatur, vt l. tales cõdõnes. §. fi. de condit. & dem.
Tertius eſt, in eo qui ſemel fuit in mora, & vult ſoluere, vt ip
ſam purget, nam dẽt, vel ad ipſum accedere, vt in d. §. fin. vel
requirere, vt veniat offerẽdo ſe paratum omne damnum, &
intereſſe expenſarum reficere, licet iſta glo. videatur innuere
ꝯtrium, dum dicit, vt purget, ſed expone, vt dixi, quia loquitur
de illo, qui non fuit in mora, ſed vult ſoluere, nec in illã inci-
dat. Si. n. fuiſſet, & vellet ſoluere ad ipſam purgandã indiſtin-
cte

ADDITIO.

a ¶Citari? Vide Bald. in l. ſi quando. C. de teſt. & ꝙ in productione teſtium, vel inſtrumentorum requiratur citatio, tenet Ang. in l. properandum. C. de iudi. in §. ſi autem reus, & vide Lud. Ro. conſi. 154.

ctè debet ad ipſum actorē accedere. ¶ Item, quod dixi, ꝙ quando ſunt in eodem foro debet reus accedere ad actorem eſt verum, quando debetur res, quæ poteſt portari ſine ſumptu, & labore, vt pecunia. Si autem acquiratur ſumptus, & labor, puta es debitor vini, vel frumenti, tunc non tenetur reus portare ad domum actoris, ſed ipſe actor debet mittere, & portare ſumptib. ſuis, vt ꝭ. de peric. & commo. rei vend. l. j. §. pen. vel fi. ad quod no. per Bar. in l. j. ꝭ. de ali. & cib. leg. in Spe. de emp. & vend. §. j. in fi. cætera vide hic per Bart. qui tangit aliquas quæſtiones vtiles, de quibus vide per eum ibi.

1 *Sufficit debitum fuiſſe tempore conſtituti, licet poſtea debitum eſſe deſierit.*
2 *Si quis actione temporali tenetur, illa actio per cōſtitutum interrumpitur, & præſcribens poſtea in actione prima, non liberatur ab actione de conſtituta.*
3 *Præſcribens non eſt ſimilis ſoluenti, quo ad omnia, ſed quo ad quid, ſic.*
4 *Actus perfectus non vitiatur, licet peruenerit ad caſum, a quo incipere non poteſt.*

1 §. Quod adiicitur. †Sufficit debitum fuiſſe tēpore conſtituti, licet poſtea
2 debitum eſſe deſierit. h. d. ¶ †In tex. ibi [dies tēporalis actionis exierit] ſed quō pōt exire. nam ſi tenebaris actione temporali, licet poſtea cōſtituas te ſoluturum, interrumpit pſcriptio, & perpetuatur. C. de præſcript. 30. ann. l. cum notiſſimi. §. ſi qs. Bart. dicit cogita. dicas ꝙ ibi loquitur de iure Codi. quia de iure ffo rum non erat inuenta præſcriptio. 30. vel 40. annorum, vt no. gl. in l. qui occidit. ff. ad leg. Aqui. & in l. Iul. alias incipit nō ſolum in j. gl. ꝭ. ex qui. cau. ma. Et ad declarationem huius vide Bar. in l. fi. ꝭ. rem rat. ha. an liberatus tempore, remaneat obligatus nāliter, & loquitur in actionib. ſui nā perpetuis, hic in tpalib. vel dic, ꝙ bn̄ interrumpitur præſcriptio, nō tn̄ perpetuatur ad 30. annos, quia hoc non fit per lit. cont. Sed ſi eſt neceſſaria noua pſcriptio eiuſdē vitæ, & tpis, vn̄ ſi prima actio erat annalis per cōſtitutum, interrupta eſt prima præſcriptio, & poſt ꝯſtitutū, eſt neceſſe, vt currat nouus annus, quo elapſo extincta erat actio prima, ſed non actio de conſtituta, & hoc
3 placet. ¶ †In glo. quæ incipit [no. duo.] primo ibi non eſt ſimilis ſoluenti, quia ſoluens liberatur ab vtraq; actione, vt in fi. huius l. ſed preſcribens in actione prima non liberat ab actione de cōſtituta, nec ob. l. ſi pupillus de admi. tu. q̄a eſt ſitis ſol-
4 uenti quo ad quid, non quo ad oīa. ¶ †In ea. gl. ibi [de his, quæ pro non ſcript. l. 3.] dic, ꝙ hic actus erat perfectus, iō non vitiatur, licet perueniat ad caſum a quo non poterat incipere. ibi non erat perfectus, de quo per Dyn. in c. actus legitimi. de reg. iur. no. in l. pluri b. §. & ſi placet, de ver. ob. ¶ In ſeq. gl. in fi. ibi [§. iniuriarū] dic, ꝙ ibi ſubrogatur actio acceſſorie, quia nō ſup eo ad qđ actio prima principaliter cōpetebat, ſed ſup alio cōpetebat acceſſorie ad illud puta, vt ſi ſteterit in iudicio. hic vero ſubrogatur æque principaliter, quia cōtrahitur obligatio ad illud idem, ad quod erat cōtracta prima facie. ꝭ. e. tit.

2 *Quando duę actiones competentes ad idem oriuntur ex eadem cauſa, tūc electione tolluntur, & idem ſi ex diuerſis cauſis contrariis inuicem. et vide num. 1.*
3 *Succumbens in actione de conſtituta pōt redire ad primā, & quid cōtra.*
4 *Nouatio actionis primæ non fit etiam interuentu nouæ perſonæ iure iſto per ſecundum conuentionem ſtipulatione nō vallatam, nec etiam hodie, etiam ſi interueniat ſtipulatio, niſi ſit expreſſe actum.*

1 §. Vetus fuit. † Quando ſunt duæ actiones competentes ad idem, & orientes ex diuer-
2 ſis cauſis, electione vnius altera non tollitur, † ſed per ſolutionem tolluntur ambæ. h. d. quando autem oriuntur ex eadem cauſa, tunc electione tolluntur, vt l. quod in hæredem. §. eligere, de tri. idem ſi ex diuerſis cauſis contrariis inuicem, vt C. de
3 fur. l. j. † poſtq̄ ergo non tolluntur hic electione, ſi ſuccumbit in actione de conſtituta, poterit redire ad actionē primam, vt ſ. de iureiur. l. ſi actor. vbi eſt caſus, ſed contra ſi ſuccumberet in actione prima, ſine qua non pōt dare conſtitutum, videretur repelli ab actione de conſtituta per l. iuſiurandū eo.
4 titu. & per l. duob. §. qui iurauit. ¶ † Vltimo no. hic, ꝙ per ſecūdam conuentionem non vallatā ſtipōne, facta ſuper eodē, non fit nouatio actionis primæ, etiam interuentu nouæ perſonæ iure iſto. concor. l. ſi mandato Tirij. in fi. ꝭ. mand. ſecus, quando interueniebat ſtipulatio, ſed etiam tunc hodie non fieret niſi ſit expreſſe actū. vt in l. fi. C. de noua. & no. per Bar. in l. ſingularia. ſi cert. petat. vbi de iſto tex. facit magnū feſtū.

LEX XIX.

1 *Siue fiat conſtitutum ſuper debito conditionali, ſiue ſuper puro, & fiat ſub conditione, non poteſt agi de conſtituta antequam eueniat conditio.*
2 *Debitum pure ſi conſtituatur ſub conditione, an poterit agi actione prima quæ erat pura.*

1 ID quod ſub con. †Siue fiat conſtitutum ſuper debito conditionali, ſiue ſuper puro, & fiat ſub conditione, non poteſt agi de cōſtituta, antequam eueniat
2 cōditio. hoc dicit. † tamen ſecundo caſu poterit agi actione prima, quæ erat pura, nec ſperatur tolli, vel nouari per actionem de conſtituta, licet conditio poſtea eueniat, vt ſ. proxi. §. & ꝭ. eo. l. Titius. in fin. vt l. vbi. & ita no. hic gl. & ſic innuit a contrario ſenſu, ꝙ ſi ſperaretur nouari non poſſit ex pura, licet in omnem euentum debiturus ſit debitor eidem, & hoc, vt ſecunda obligatio in euentum conditionis, habeat quid nouet, & ita no. per Doc. in l. pecuniam ſi cert. pet. & dixi. in l. Iul. de cond. indeb.

1 *Sufficit debitum fuiſſe tempore conſtituti, licet deſinat.*
2 *Si imponitur onus publicum alicui certæ quantitatis ſecundum æſtimationem ſuarum facultatum, & deſcriptus ſit in libro puta. x. quod inſpiciatur tempus impoſitionis quouſque ſtat aliud æſtimum, licet diminuantur facultates, vt quia aliquid vendat, niſi aliud actum ſit cum emptore.*
3 *Licet tale onus iungatur perſonæ propter res, quod tamen reſpublica, ſi venditor non ſolueret poſſit agere hypothecaria contra poſſeſſorem.*
4 *Actio de conſtituta non ſortitur naturam actionis primę.*

1 §. Si pater. †Sufficit debitum fuiſſe tempore conſtituti, licet deſinat. h. d. cum l. ſeq. & iſtū tex. in-
2 ducit † Gul. de Cu. ad q. quotidianam ſi alicui eſt impoſita inſtantia, vel onus publicum certæ quantitatis ſ̄m æſtimationē ſuarum facultatum, & deſcriptus in libro, puta x. licet poſtea diminuantur facultates, non propterea diminuatur onus, ad quod fuit obligatio ꝯ̄cta, quouſque durat aliud æſtimum, vel diſtributio, ſed cum fiet nouum æſtimum, diminuetur onus. Sit ergo cautus, ſi aliquam rem vēdat, ꝙ faciat pactum cum emptore, & pro illa habeat ſoluere, ꝙ ipſe remaneat obliga
3 tus. reipub. † cum ſit onus, quod iungitur perſonæ pp res, & ita de facto ſeruatur Florentiæ. res tamen publica habet illā rem obligatam, ut l. Imperatores. de pub. & ſi venditor non ſolueret, poſſet agere hypothecaria ꝯ poſſeſſorem, & hæc vera, quando fuit impoſitum onus certæ quantitatis, vt dixi. Si autem bona duntaxat fuerunt poſita in eſtimo, nec fuit ſpecificatum onus certæ q̄titatis, ſed venit ſpecificandum, cum venerit tempus ſoluendi, non imputatur niſi pro bonis, quæ tamen reperitur poſſidere, & ſic cum venditur, remouetur de libro vnius, & ponitur in libro alterius. in l. ſequ. ¶ In text. ibi [pertinet ad conſtitutoriam] ſupple. actionem, ſed ad actionē de peculio, quæ creſcit, & decreſcit ſ̄m quod peculium eſt, vt l. quæſitum. in prin. de pec. iſta vero poſtquam fuit ꝯ̄cta ad certam quantitatem, quæ tunc erat in peculio, poſtea nec cre-
4 ſcit, nec decreſcit, & ſic nota. † ꝙ iſta actio non ſortitur naturam actionis primæ, vt l. item illa. §. quod adiicitur.

LEX XXI.

1 *In conſtitutum poteſt deduci æſtimatio rei peremptę, poſt moram.*
2 *Precium ſeu æſtimatio rei peremptæ, poſt moram, quod eſt in officio iudicis, & ſic in ſolutione, poteſt in conſtitutum deduci, tanquam acceſſoriū rei, licet non debeatur iure actionis.*
3 *Promittens Stichum cenſetur promittere dare, & non tradere.*

1 PRomiſſor Stichi. † In conſtitutū p̄t deduci æſtimatio rei peremptæ, poſt moram. h. d. & etiam ipſa res, vt ꝭ. eo. promiſſor, & illa ſola eſt in obliga. prima
2 pp moram. † Precium vero eſt in officio iudicis, & ſic in ſolutione, quia res non poteſt præſtari, vt l. ſi ſeruus. §. j. de verbo. obli. & propter hoc poteſt deduci in conſtitutum, tanquam acceſſorium rei debitæ, licet non debeatur iure actionis, vt
3 ſ. eo. quia autem. §. j. ¶ † No. gl. dum dicit promiſſor Stichi pro illo, qui promittit Stichum, cenſetur promittere dare, & non tradere. & ita allegat Bar. iſtum tex. in l. ſi fundum certo die. de ver. oblig. facit. ꝭ. de contrahen. empt. l. ſi ita. §. j.

1 *In conſtituto ineſt tempus x. dierum ad ſoluendum arbitrio iudicis.*
2 *In aliis debitis præterquam in conſtituto, ineſt tempus ad ſoluendum arbitrio iudicis.*
3 *Tempus decem dierum, quod ineſt conſtituto ad ſoluendum, non conſtituit eum in mora cum detur a lege miſerationis cauſa.*
4 *Ignorantia iuris in damnis vitandis, quod excuſet.*

1 §. Si ſine die. † In cōſtituto ineſt tempus. x. dierum ad ſoluendum. h. d. Et eſt ſpeciale in
2 conſtituto, ꝙ inſit certum tempus. † In aliis autem debitis nō eſt tempus ſpecificatum, ſed ineſt arbitrio iudicis, vt l. quod
3 dicimus. ꝭ. de ſolu. Sed † an iſtud tempus. x. dierum conſtituat eum in mora, ſi non ſoluit. glo. hic, quæ incipit ex æquitate, videtur tenere, ꝙ ſic, quia dicit, ꝙ eo impleto non videtur debitor feciſſe, quod promiſit. idem ſentit gl. in l. ſi duo, in fin. ſuper verbo [conſtituto,] dum dicit, vel tacite intelligitur, vt ꝭ. eod. promiſſor. §. j. contrarium, puto verius, quia iſtud tēpus
a datur a l. miſerationis[a] cauſa ad ſoluendum. Vnde non habet illam

ADDITIO.

a Miſerationis. Sed an iſtud ſtat. tempus. x. dierum ſit ſtatutum a lege, vel ſit ſtatutum a iudice, & cuius ſit hic effectus. Adde Imo. in l. liber homo. §. decem. de verb. obl. Bar. in l. ita ſtipulatus. in 1. q. de verbo. obl. & vide Bal. in rub. C. e. in 3. q. & inſtit. de act. §. in perſonam.

illam haberi, quia non pōt prætendere ignorantiam in facto
ſuo,ſed iſtud conſiſtit in iure , quod multis eſt ignotum, licet
oẽs ſcire debeant , tñ iuris ignorantia in damnis vitandis ex-
3 cuſat. †vt l. iuris ignorantia de reg.iur.¶In glo.quæ incipit ex
æquitate. circa fi. ibi, quæ eſt contra.tu dic,ꝙ non eſt contra,
quia fateor,ꝙ ſtatim obligatur hic, & ibi, ſed quantũ ad exa-
ctionẽ,ineſt tempus,vt hic,& etiam ibi, non tamen certum ,
vt hic,ſed certificandum arbitrio iudicis,vt d.l.quod dicimus.
¶Sed opp. ꝙ etiam quantum ad exactionem non inſit tem-
pus,vt l.j.§.eſt autem.ſ.depoſi.Solue,vt ibi dixi.

1 *Qui promiſit ſoluere, non liberatur præſtando ſatiſdationem, ſed qui promi ſit ſatiſdare, liberatur dando fideiuſſorem, vel pignus.*
2 *Statutum quod pro tali crimine condemnetur quis in centum , qui ſi non ſoluerit intra, x. dies amputetur ſibi manus, an ille dando fideiuſſorem euitabit pœnam.*
3 *Non dicitur non poſſe, qui idoneum fideiuſſorem dat , niſi bona eius eſſent veriſimiliter peritura.*
4 *Dubitans condemnari, quod poßit ſoluere ſub conditione ſi eum condemnari contigerit , vt non incurrat periculum corporalis pęnæ, ſi maſſarius communis velit recipere.*
5 *Nemo cogitur recipere pecuniam per quam obligetur.*

1 §.Conſtituto. †Qui promiſit ſoluere,non libera
tur præſtando ſatiſdationem,ſed q
promiſit ſatiſdare, liberatur dando fideiuſſorem, vel pignus.
2 h.d.†Et primũ dictum verum vr̃, ſi ſtatutum dicat, ꝙ pro ta-
li crimine condemnetur , quis in centum, qui ſi non ſoluerit
intra.x.dies amputetur ſibi manus, & ipſe cum non habebat
pecuniã velit dare bonos fideiuſſores, vel pignus, ꝙ non ſint
3 talia recipienda, nec pp hoc euitabit pęnã,†qa non dr̃ ſolue-
re.Secus ſi ſtatutum dicat ſi ſoluere non poterit , quia non dr̃
non poſſe, qui idoneum fideiuſſorem dat.in l.nemo dubitat.
de reg.iu.niſi bona eius eſſent veriſilr̃ peritura, vt in l.2. ſolut.
matr.& ita no.Bar. ſ.quib.mod.vel hypo.ſol. l.item liberatur
4 §.j. vbi etiam dicit , † ꝙ dubitans condemnari poteſt ſoluere
ſub conditione,ſi eum condemnari contigerit, ut l.ſub condi
tione.de ſol.ad hoc, vt non incurratur periculum corporalis
pœnæ.hoc tamẽ verum, ſi maſſarius cõis vult recipere , alias
non , quia non ſecuta condemnatione tenetur reſtituere per
5 condictionem ſine cauſa. † & nemo cogitur recipere pecu-
niam,per quam obligetur,vt l.qui pecuniam.ſ.ſi cer.pet.

LEX XXII.

1 *Conſtitutum ab hærede debet transferri in eum in quem ex poſt facto transfertur hæreditas.*
2 *Conſtitutum ab hærede, vbi transfertur in fideicommiſſarium vniuerſalẽ, requiritur ceſſio , & ſi hęres agat , poterit debitor opponere de iure tertii.*
3 *Actio acquiſita per poßeſſorem hæreditatis, quod non tranſeat in verum hæredem, quare differat a caſu huius legis.*

1 SI poſt con. †Conſtitutum ab hærede dẽt
transferri in eum in quem ex
poſtfacto transfertur hæreditas. ¶Opp.ꝙ nõ trãſ-
feratur actio in alium , quia ſufficit,ꝙ tpe conſti-
tuti eſſet mihi debitum , licet poſtea deſierit, vt ſ.eo.l.item il-
la.§.ꝙ adiicitur. ſol.ſi deſiit , nec in alium transfertur,fateor,
ꝙ hęc actio non deſinit mihi competere, vt ibi.ſed ſi deſinit,
& in alium transfertur ad quem pertineret , etiam iſta tranſ-
2 ferri debet,vt hic.¶†Item opp.in glo.quia iſta actio acquiſita
per hæredem non eſt hæreditaria, nam illa ſunt hęreditaria ,
quę habuerunt initium in perſona defuncti, ſed actio habuit
initium in perſona hæredis , ergo tranſit in fideicommiſſariũ
vlem,in quem tranſeunt duntaxat hæreditaria, vt ſ.ad Treb.
l.ſi hæres pecuniam. ſolue fateor, ꝙ non tranſit ſola reſtõne
hæreditatis , ſed requiritur ceſſio, vt ibi habetur, & ita debet
intelligi hic,dum dicit denegãda eſt tibi pecunię conſtitutæ
actio,ſupple,in effectu,quia compelleris cedere fideicõmiſſa
rio,& ſic denegatur,poſt ceſſionem factam,& etiam antequã
neceſſaria eſt fienda , & ſic poterit debitor opponere de iure
3 tertij. ¶†Opp.circa fi.de l.ſi tibi. §.cum poſſeſſor.ſ.de pac.vbi
actio acquiſita per poſſeſſorem hæreditatis,non tranſit in ve-
rum hæredem,quia ibi dr̃, ꝙ conuentio illius non nocet,nec
prodeſt vero hæredi,& iſte tex.innuit contrarium,ꝙ decerni-
tur pro vero hæredi,quia hæreditatem a vero poſſeſſore euin
cit.gl.non ſoluit.dic. ꝙ debet intelligi de poſſeſſore nõ nudo,
ſed qui habebat ius , licet ex poſtfacto fuerit peremptus,vt ſi
erat verus hæres , qui poſtea aduerſus aditionẽ reſtitutus eſt ,
vel contra quem fuit intentata querela, ibi loquitur in nudo
poſſeſſore,qui nullum ius habebat,& ita ſoluit Bartol.in d.§.
cum poſſeſſor.

LEX XXIII.

1 *Res perempta, poſt moram in conſtitutum deduci, & in iuramentum.*

1 L.Promiſſor. †Res perempta poſt moram poteſt
in conſtitutum deduci,& in iurm.ſ.
de iureiur.l.eum qui.§.j. & in ſtipulationem animo nouandi,
& etiam petitionem,quia durat obligatio ad ipſam, vt l.ſi ſer
uum.§.effectus. & §.nouari.de verbo.oblig.& patet.ſ.de con-
ditio.furti.l.3.

LEX XXIIII.

1 *Propter ſecundam promiſſionem factam animo nouandi in qua interceſſit ſtipulatio, tollitur prima obligatio, & ſecunda ſuccedit in locum eius , ſecus ſi non interuenerit ſtipulatio , quia tunc non tollitur, ſed accedit , & oritur ad ſortem non ad vſuras.*
2 *Verbum debeo, qualiter inducat diſpoſitionem, ſicut verbum promitto.*
3 *Epiſtola quando inducat obligationem.*
4 *Epiſtola quod poſſit interuenire inter præſentes.*
5 *Tutor qui finita tutela ſe obligat pro debito pupilli poteſt conueniri, ſed ſi tutela durante non poterit ea finita conueniri. & quare.*
6 *Procurator etiam durante officio ſe obligando, videtur ſe obligare ſuo nomine proprio, & tenetur officio finito.*

1 TItius Seio. †Propter ſecundam promiſſio
nem factam animo nouandi
in qua interceſſit ſtipulatio, tollitur prima obliga
tio, & ſecunda ſuccedit in locum eius , ſecus ſi
non interuenit ſtipulatio , quia tunc non tollitur , ſed ac-
cedit , & oritur actio ad ſortem non ad vſuras. hoc dicit ,
2 ¶†In tex. ibi, [quos reddere debeo.] no. quòd non dixit, pro-
mitto,quod eſt verbum diſpoſitiuum, ſed debeo,quod eſt de-
nunciatiuum.& tamẽ inducit diſpoſitionem, & perinde eſt ,
ac ſi dixiſſet promitto,vt hic patet.quia apparet, ꝙ dixerit aĩo
ſe obligandi.& iſtud verbum eſt prolatum principaliter pro-
3 pter ſe.¶†Sed opp. ꝙ non inducatur obligatio,ſed probatio,
vt l.publia.in fi.ſ.depoſi.Solu.verum eſt,ꝙ non eſt prolatum
animo ſe obligandi, vel quando non poterat obligatio con-
trahi per epiſtolam alias inducit obligationem, ut hic, quia
iſte contractus poteſt fieri inter abſentes, & etiam per epiſto-
4 lam. ¶†In text. ibi. [ſi interceſſit ſtipulatio,ſed quomodo po
teſt intercedere inter abſentes.dicit Barto.ꝙ quantum ad hoc
debet intelligi ,ꝙ partes erant præſentes, nec obſtat, ꝙ hic di-
citur de epiſtola, quia nihil prohibet inter præſentes interue
nire epiſtolam , aut ſchedulam de uno in alterum ſm eum
5 dummodo interuenerint uerba.† No.etiam hic,ꝙ tutor,qui
finita tutela ſe obligat pro debito pupilli poteſt conueniri ,
quia cenſetur obligare ſe ſuo nomine proprio,ſecus ſi tutela
durante , quia tunc tutorio nomine, & ſic finita tutela non
poſſet conueniri, ut l.poſt mortem, quando fact.tut.& no.ſ.
a de proc.qui pro eui.[a] per glo.†Sed procurator etiam durante
6 officio ſe obligando , videtur ſe obligare ſuo nomine ꝓprio,
& tenetur officio finito .

LEX XXV.

1 *Qui conſtituit ſe ſoluturum vnam de rebus alternatiue debitis , perdit facultatem ſoluendi alteram.*
2 *Si conſtituto de ſoluendo vnam de rebus alternatiue debitis non fuit appoſita, dictio taxatiua duntaxat, vel tantum, non perditur facultas ſoluendi alteram.*
3 *In obligatione alternatiua , vtraque ſpecies eſt in obligatione , & quid in obligatione generis.*
4 *Quod tam in alternatiua, quam in obligatione generis res quæ poſtea ſoluitur fingatur ab ipſo fuiſſe in obligatione, & nulla alia.*

1 ILlud aut. ¶† Qui conſtituit ſe ſoluturum
vnam de rebus alternatiue de-
bitis,perdit facultatem ſoluẽdi alteram.h.d.& gl.
tetigit, †qñ fuit appoſita dictio taxatiua,dũtaxat,
3 vel tantum, alias ſecus per l. ſi ita ſtipulatus.ſ.de ſol. † allega-
tur iſte tex.cum glo. ꝙ in obligatione alternatiua, vtraq; ſpe-
cies eſt in obligatione,& eſt verũ hoc. & probatur in l.ſi duo.
allegata in gl.ratio tamen quam gl. facit non eſt bona,ſ.ſi nõ
eſſet debita non poſſet in conſtitutum deduci. quia videmus,
ꝙ res etiam non debita deduci poteſt propter debitam.ſ.eo-
dem.l.promiſſor.in princ.& l.qui autem.§.j. & l.j.§.an poteſt.
In obligatione vero generis nulla ſpecies eſt in obligatione ,
licet quælibet ſit in obligatione, quod dic, vt habetur.in l.cũ
4 his.§.fi.ſ.de cõd.inde. †& adde , ꝙ tam in alternatiua , quàm
in obligatione generis res quæ poſtea ſoluitur,fingitur ab ip-
ſo principio in obligatione fuiſſe, & nulla alia. vt dixi.in l.3.
de eo,quod certo loc.

ADDITIO.

a Qui pro euic.Adde in hac materia, & vide plenè D.Soc.conſi.incip.dominus labia mea aperiat,circa primum conſultationis articulum.

---

1 *Si iuratur conſtitutum fuiſſe ex iuramento delato, vel relato, poteſt agi de conſtituta.*
2 *Honeſtius facit, qui refert iuramentum, quam qui iurat. & quòd non multum honeſtum ſit, nec ad grauem virum pertineat iurare.*

1 §.Si iureiurando. †Si iuratur conſtitutũ fuiſſe
ex iuramẽto delato, vel rela-
to poteſt agi de conſtituta. hoc dicit. dic,ꝙ agetur vtili actio-
ne, vel in factum, quæ oriuntur ex iuramento, ut l.ſed ſi poſ-
2 ſeſſori §.fin.ſ.de iureiurando. ¶†Et nota.hic bonum textum
quòd honeſtius facit , qui refert iuramentum , quàm qui iu-

rat, & ſic non multum eſt honeſtum, nec ad grauem virum pertinet iurare, & potius præſumitur facilitas quàm grauitas. vt dicit hic tex.no.

## LEX XXVII.

1 *Conſtitutum poteſt fieri per epiſtolam.*

1 a QVidam. ¶†Cõſtitutum poteſt fieri per epiſtolam.[a] hoc dicit ſic ſupra tit.j.l.j. §.Titius.& l.qui autem.§.fina. ¶Opp.de l.fin.ĩ.de inſtit.vbi ex tali epiſtola nõ poteſt ſcribens côueniri,nam hic erãt verba enunciatiua, ſicut ibi.glo.dicit,ꝙ ibi non dixit animo ſe obligandi, hic ſic. Dic,ꝙ ibi erat inſtitor ipſius debitoris,vnde non videtur dixiſſe animo ſe obligandi, ſed ad finem mere proteſtandi, & erant verba enunciatiua,ſi autem diſpoſitiua, tunc eſſet obligatus etiam inſtitor,vt s̃.de procu.l.procurator qui pro euictione. hic autem non erat inſtitor, vnde videtur dixiſſe animo ſe obligandi non tanq̃ factor vel inſtitor, vel negociorum geſtor,cum non eſſet,iõ licet ſint verba enunciatiua, quia tamen ſunt emiſſa principaliter propter ſe, obligant ſcribentem, vt hic. s̃.eo.l.Titius. & quod no.in l.ex hac ſcriptura, de dona.per Bar.

### ADDITIO.

a Epiſtolam.Bal. in auth.ſi quando. C.de conſti. pecu.dicit, ꝙ hic eſt vnicus caſus,vnde habes, quòd ſi per epiſtolam confiteor illud quod alias debitum erat, ex tali confeſsione oritur actio de conſtit. & quod dicitur in l. publia.depoſi.ꝙ ex cõfeſsione non oritur actio hoc limitat Bal.in d.auth. niſi talis confeſsio emanaret ab adminiſtratore, quia inducit probationẽ per l.ſi.de inſti.& vide quod voluit Bal.in l.cõtractus.ĩ 5.col.de fide inſtr.

## LEX XXVIII.

1 *Poteſt quis conſtituere pro me abſente, & ignorante, vel etiam inuito,& poſtquam quis obligatur pro me, denunciatio mea,quòd non ſoluat,nõ attenditur,nec ipſum,nec me liberat ab obligatione.*

2 *Conſtituenti, quando detur actio negociorum geſtorum, vel mandati,ad repetendum,& quando non.*

3 *Proteſtatio facta alicui,quòd non faciat illud,ad quod faciendum tenetur, non valet,nec tenetur ille ſibi obedire.*

4 *Si ego debitor Titii in centum, mandaui debitori meo in centum, Titio abſente,& ignorante,quod illa centum quæ mihi debet,ſolueret Titio pro me,& cancellauit me de libro ſuo, & poſuit Titium pro creditore,an potero mandatum reuocare antequam ſoluat.*

1 L.vtrum præſente. †Poteſt quis conſtituere ꝓ me abſente,& ignorante vel etiam inuito, & poſtq̃ quis obligatur pro me,denũciatio mea ꝙ non ſoluat,non attenditur,nec ipſum,nec me libe
6 rat ab obligatione.h.d.†In tex.ibi [hoc amplius]in hoc tamẽ differt iſte caſus a præcedentibus,quia hic non datur cõſtituẽti ad repetendam actio.neg.vel mandati.vt ĩ.man.l.ſi pro te, ſed in p̃cedentib.bene daretur, vt l.qui patitur.infra.man.& l. fideiuſſor.s̃.de neg.geſt.¶In tex. ibi. ſi poſtquã quis conſtituit pro alio,ſupple.volente, vel mandante. vt clarius procedat,
3 quod ſequitur,& ſic differat a præcedentibus. ¶†Et no.hic,ꝙ proteſtatio facta alicui, ꝙ non faciat illud ad quod faciendũ tenetur,non valet, nec tenetur, ille ſibi obedire.facit l.ſi quis prohibuerit.s̃.de publi. & no.per Bar. in l.non ſolum.§.fin.de
4 ope.noui.nuncia. ¶†Et facit iſte tex. ad vnam qõnem in qua Dy.conſuluit. & etiam quidam alij, vt refert Io.And.in tit.de depoſi.ſuper rubri. in additio. ſi eram debitor Titij ad centũ, & tu eras debitor meus ſiĩr in centum: Titio abſente,& ignorante.dixi tibi, ꝙ illa centum quæ mihi debebas,ſolueres Titio pro me,tu cancellaſti me de libro tuo, & poſuiſti Titium pro creditore,anteq̃ ſibi ſoluas, inhibeo tibi, ꝙ non ſoluas, quæritur, an ſi poſtea ſoluas, poſſis a me conueniri, & vĩ ꝙ ſic, quia potuit reuocare mandatum re integra. vt l. ſi cum Cornelius.de ſolu.Dy.conſuluit, qđ ſi notificaſti Titio,& Titius ratum habuit, qđ factum erat, licet alia promiſſio inter te,& ipſum non interuenerit, non potui tibi inhibere, quia nõ vĩ res integra. ſecus ſi adhuc notitiam non habuiſſet,vel non ratificaſſet, quod dictum perpetuo tene menti,q̃a quotidianum.q̃a interdũ campſores habentes pecunias alterius recipiunt ab illo mãdatũ de ſoluendo alteri, nam ſi ſtatim ſcribunt in libro amouendo vnũ,& ponendo aliũ,quid iuris ſit, patet ex p̃dictis.Si aũt nõ ſcripſerit in libro;tunc mãdatũ poſſet reuocari quouſq; ſolutio ſit facta, vel quouſq; interuenerit aliqua promiſſio. ꝑ dictã l.ſi cum Cornelius.niſi mandatũ eſſet factũ contemplatione ipſius mandatarij,quia tunc ſi paratus eſt implere, non p̃t reuocari etiam re integra,vt eſt text. no.in l.cum fundũ.s̃.de pact.vĩ etiã poſſe dici in caſu Dy.ꝙ licet adhuc abſens nõ ratificauerit, ſi tñ eſſet verecũdia,vel turpitudo ſm conſuetudinẽ campſorum poſtq̃ ſcriptum eſt in libro inde amouere, ꝙ nõ poſſit reuocare mãdatũ, ſi tñ ſcripſit de volũtate mãdãtis. Sed ſi nõ mandaſſet,ꝙ ſcriberet,ſed ſolueret,& ſcripſit ſibi imputet, q̃a exceſſit fines, ad qđ ĩ.de ſol.l.ſi Stichum.in fi.& facit,qđ dixi in l.ſi tutor. § cũ hæres.ĩ. ad Velle.Facit etiam iſte tex. ad quæſtionem notatam per gl. in l.ſi fideiuſſor. infra de fide inſtr. quod omnino vide ad id, quod dixi de verecundia, bene facit.l.quantus. infra. manda.

1 §. Vbi quis con. ¶†Per conſtitutum nõ tollitur actio prima.h. d. ſic ſupra eod. l.3.l.item illa.§.fin.

## LEX XXIX.

L.qui iniuriarum. Etiam actiones ex delicto poſſunt in conſtitutum deduci.h.d.

## LEX XXX.

1 *Per ſolutionem factam adiecto in conſtituto, qui non erat adiectus in principali, tollitur principalis obligatio ope exceptionis,non ipſo iure.*

2 *Per ſolutionem factam adiecto in conſtituto, liberatur ſoluens ipſo iure ab actione de conſtituta,ſed quando ſoluitur principali, liberatur ipſo iure ab vtraque actione ſcilicet,prima, & de conſtituta.*

1 L.Si quis duobus. †Per ſolutionẽ factã adiecto in ꝯſtituto, qui nõ erat adiectus in principali, tollitur principalis obligatio ope exce-
2 ceptionis nõ ipſo iure.h.d.¶Opp.†ꝙ per ſolõnẽ factam adiecto liberatur ſoluens ipſo iure, quia ſoluit de voluntate creditoris,quia paria ſunt ſoluere mihi, vel alteri de mea voluntate,vt l.vero procuratori. de procura. ſolue,verum eſt,ꝙ ab actio.de conſtituta in qua fuit appoſitus iſte adiectus, liberatur ſoluens ipſo iure ſoluẽdo adiecto, & ita procedit ꝯ̃rium, ſed ab actione prima, in qua non fuit oppoſitus adiectus nõ liberatur ipſo iure, ſed ope exceptionis,vt hic. Sed ꝯ̃,quia per ſolutionem tollitur ipſo iure vtraq; oblĩo tam prima, q̃ illa de conſtituta. vt s̃.eo.l.item illa.§.fi.ſo.verum eſt,qñ ſolueret ipſi principali, cui ſoluens tenetur vtraq; oblĩone, ſecus ſi ſoluatur adiecto in conſtituta tm̃. Iſte eſt caſus hic. & ex his apparet, quid voluit dicere gl. ꝙ quidam diuinant in intellectu huius l.credo,ꝙ ꝑꝑ dicta ꝯ̃ria, quæ ſunt difficilia,& iſta lex eſt fundata in mero rigore, & ſi ipſam nõ haberemus, quilibet. reſponderet contrarium prima facie, ꝙ ipſo iure liberatur.

## LEX XXX.

1 *Qui conſtituit ſe ſoluturum, quod alius debet tanquam ipſe deberet, non tenebitur.*

2 *Si non valet contractus de quo fuit confectum inſtrumentum guarentigiæ, non valet etiam præceptum guarentigię etiam ſtante ſtatuto,quòd talia inſtrumenta,vel præcepta mittantur executioni.*

3 *Si ſtatutum dicat, quòd contra inſtrumentum, vel præceptum guarentigiæ poſſit opponi exceptio, an poterit opponi exceptio de nullitate.*

1 L.Lucius Titius. ¶†Qui conſtituit ſe ſoluturum quod alius debet tanq̃ ipſe deberet,nõ tenebitur.Opponitur,ꝙ iſte tenetur,quia potuit conſtituere ſe ſoluturum pro alio.i.pro vero hærede.vt s̃. eo.l.vbi quis. & l.eius qui.§.exigimus.Sol.verum eſt,quando ſcienter hoc feciſſet, ſciens alium eſſe debitorem, non ſe,& ſic conſtitueret tanq̃ debitum ab alio, non tanq̃ debitum a ſe, ſed hic ignorabat alium eſſe debitorem, vel hęredem, & credebat ſe eſſe,cum non eſſet,& ſic conſtituit tanquam a ſe debitum per errorem,vnde cum deficiat principale debitum
2 in ſua perſona, deficit etiam conſtitutum. ¶†Et propter hoc Bar.allegat iſtã l.pro caſu.in l.ſi abſẽtis.C.ſi cer.pet.ꝙ ſi non valet ꝯ̃ctus,de quo fuit confectum inſtr̃m guarentigiæ,nõ valet ẽt pręceptum guarentigiæ, & ſic non habet locũ ſtatutũ, quo cauet̃, ꝙ talia ſtatuta, vel p̃cepta mittantur executioni.
3 †intellige dictũ eius ſanè qñ non erat ſtatutũ, ꝙ contra talia præcepta vel inſtr̃a exceptio poſſit opponi,ſed ſolum diceret̃, ꝙ mittantur executioni,nam non poterit opponi ẽt de nullitate contractus,quia data tali nullitate, datur ẽt nullitas præcepti facti ad corroborationem contractus. ar. huius l.ſed ſi diceret,ꝙ nulla exceptio poſſit opponi,aut diceret contra talia præcepta, & idem videtur dicendum,ad hoc vt habeat locum ſtatutum, requiritur ꝙ ſit præceptum,ſed data nullitate contractus, non præceptum, ſicut non dr̃ ſnĩa q̃ eſt nulla,vt in l.fi.C.de ſen.ex peric.reci.ſed ſi diceret nõ poſſe opponi exceptionem contra talia inſtr̃a continentia præceptum, tunc non poſſet opponi niſi exceptio quæ redderet inſtr̃m nullũ, puta quia non confectum a notario, vel quia caret ſolẽnitate,quia requiritur ꝙ ſit inſtr̃m ad hoc,vt ſtatutũ habeat locũ. arg.in l.diuus. ff.de teſta. mil.quæ bene facit conſtat aũt poſſe conficere.inſtr̃m validum, ẽt ſuper contractu nullo,ideo nõ poſſet obiici exceptio de nullitate contractus, quia per hoc non argueretur nullitas inſtr̃i, niſi procederet ex eo debitor non potuiſſet ſe obligare, puta, quia pupillus ſine tutore,vt dixi.s̃.eo.l.j. §.de pupillo. & iſto modo intellige plene no.per Bar.in l.j.in prin. ĩ.quod vi aut clam tene menti.

## Commodati. Rubrica.

## LEX PRIMA.

1 *Ex contractu commodati datur actio. & commodatum dicitur illud quod datur ad vtendum,& conſiſtit tam in rebus mobilibus,quam immobilibus,& etiam in iuribus incorporalibus, quæ poſſunt commodari.*

2 Contra

*2 Contra commodatarium datur actio ad reſtitutionem rei, & etiam ad eius
eſtimationem, ſi non redditur, & etiam ad intereſſe deteriorationis, &
quid de intereſſe loci.*
*3 Habitatio qualiter poſſit commodari.*
*4 Habitatio prout ſumitur pro actu habitandi, & ſic pro commoditate, ꝙ
vſu conſumatur.*
*5 Habitatio interdum ſumitur pro re, quæ inhabitatur*
*6 Legans habitationes domorum ſuarum videtur legaſſe ſeruitutem habitationis, non proprietatem. & quid ſi legauit omnes habitationes ſuas.*
*7 Qui legauit emptiones videtur legaſſe res emptas per eum.*
*8 In commodato cum ſit donatio vſus, quòd transferatur ius in vſu.*
*9 Statutum ſi dicat, quòd in omni contractu, in quo transfertur ius, ſoluatur
tanta gabella, an de commodato debebit ſolui gabella.*

1 Ait prætor. † Ex contractu commodati datur actio, & com
modatum dicitur illud, quod datur ad
vtendum, & conſiſtit tam in reb. mobilib.
q̃ in immobilibus, quæ pñt commodari.
h.d. vſq; ad. §. impuberes. ¶ † In tex. ibi, iudi
2 cium dabo. i. actionē, quæ contrahitur ad
reſtitutionem rei, & etiam ad æſtimationem eius ſi non reſti
tuatur, & ēt ad intereſſe deteriorationis. Oīa. n. iſta pñt peti iu
re actionis, vt patet. j̃. eo. l. 3. §. reddita, vt l. ſi vt certo. §. ſi duob.
in fi. ſed intereſſe rōne loci non petitur iure actionis, ſed offi-
cio iudicis mercenario huic deſeruienti, vt in l. ſi certo. §. j. j̃. e.
¶ In tex. ibi [quantum inter genus, & ſpēm] hoc eſt bene ve-
rum. Tamen exemplum, quod ſtatim ſequitur ad hoc probā-
dum, non eſt bonum, videlicet, ꝙ ad vtendum poſſet dari tā
res mobilis, q̃ immobilis, ſed commodari non poſſit, niſi res
mobilis. Imo res immobilis pōt commodari, & non ſolum
corporalis, ſed ēt incorporalis, vt ſubiicitur de habitatione.
nam habitatio eſt ſeruitus perſonalis, vt C. de vſufr. l. cum an-
tiquitas & ſ̃. de vſu. & habi. per totum, & oīs ſeruitus dr̃ ius in
3 corporale, ut ſ̃. de re. diui. l. j. §. incorporalis. † Pōt ergo com-
modari habitatio, nō ꝙ trāsferatur in commodatarium ip-
ſum ius ſeruitutis imo remanet penes commodantem, ſicut
remanet dñium in re corporali commodata, & transfertur
duntaxat commoditas. vt l. neceſſario. §. fi. ſ̃. de peri. & cōmo.
rei vendi. ¶ Oppo. pro declaratione gl. ꝙ habitatio prout eſt
ſeruitus, non commodatur, qa in his, q̃ vſu conſumunt̃, non
conſiſtit commodatū, ut j̃. eo. l. 3. in fi. ſed habitatio conſumit̃
de die in diem, nec cedit reſtō in habitationem præteriti tp̄is.
& de natura commodati eſt, ꝙ contrahatur oblō ad rem re-
ſtituendam, ꝑꝑ hoc quidam fatentur contrarium, & ꝑꝑ hoc
dicunt, ꝙ hoc verbum. habitatio. non ſumitur pro habitatio
ne, vt eſt ſeruitus, ſed pro domo, quæ inhabitatur, quo caſu
dr̃ commodatum rei, & habitatio huius, gloſ. tenet ꝯrium. ſed
non rñdet ad oppoſitionem. Dic, ꝙ habitatio prout eſt ius
incorporale non conſumitur vſu, quia nec transfertur, ſed re
4 manet penes commodantem, ſed habitatio prout ſumitur
pro actu habitandi qui conſiſtit in facto, & ſic pro commo-
ditate, bene conſumitur vſu. & idem in quolibet alio cōmo-
dato, quia commoditas bene conſumitur vtendo, non autē
5 ipſa res commodata. ¶ † No. tamen gl. ꝙ interdum habitatio
ſumitur pro re quæ inhabitatur. Vnde inducit, ꝙ ſi aliquis le-
gauit alicui oēs ſuas habitationes, videt̃ legaſſe domos ſuas.
pro hoc eſt quod no. glo. in l. cum antiquitas. C. de vſufru. ſed
Gul. de Cu. dicit ibi eſſe diſtinguendū, aut dixi, lego habitatio
6 nes meas, & verum eſt, quod dixi. aut † lego habitationes do-
morum mearum, & videor legaſſe ſeruitutem habitationis,
non proprietatem domorū, & pro diſtinctione bene facit. l.
7 qui concubinam. §. qui quatuor. de leg. 3. & † eo mō ſi quis le
gat omnes emptiones, videtur legaſſe res emptas per eum. ar.
huius. gloſ. facit l. mortis ſuæ cauſa. in fin. de do. cauſa mor.
8 ¶ † No. etiam glo. dum dicit ꝙ in cōmodato eſt donatio vſus;
9 ergo in eo transfertur ius. Vnde facit ad ſtatutum † quo caue-
tur, ꝙ in omni contractu quo transfertur ius, ſoluatur tanta
gabella, vt eſt Bononiæ, ꝙ de commodato ſoluatur gabella,
quia transfertur ius in ipſo vſu, cum donetur, & æſtimabitur,
quantum valeat ille vſus. Forte melius eſſet dicere ſtatutum
debere intelligi de contractu in quo transfertur ius in re, vel
eſt aptum transferri, ſed in commodato non transfertur ius
in re, ſed in ſolo vſu.

*1 Si commodatum ab initio nullo iure ſubſiſtit, ex poſtfacto non reconualeſcit, ſecus ſi ſaltem iure naturali ſubſiſtit.*
*2 Pupillus, non doli capax, vel etiam furioſus ex commodato facto ſine tutoris, vel curatoris authoritate non obligatur ciuiliter, nec naturaliter, nec etiam poſtea factus pubes, vel ſanæ mentis, ſed tunc conuenitur actione ad exhibendum, vel rei vendicatione.*
*3 Si pupillus, vel furioſus ex commodato factus ſit locupletior, tunc obligatur naturaliter, & dabitur contra ipſum actio commodati quæ eſt potius datiua quam natiua.*
*4 Pupillus ſi eſt doli capax obligatur indiſtincte naturaliter, etiam ſi non ſit factus locupletior. & contra eum dabitur actio, ſi dolum commiſit.*
*5 Inſpicere debemus ſtatum quem contractus conſumpſit ab initio, ſi tamen non fuit aptus producere actionem ex poſtfacto non producit.*
*6 Qui caret conſenſu poteſt ſe obligare naturaliter, ſi factus eſt locupletior, quæ obligatio oritur ex æquitate iuriſgentium.*
*7 Vbicunque ex ſola naturali datur actio, quòd illa ſit datiua, & natiua.*

1 §. Impuberes commodati. † Si cōmodatum ab
initio nullo iure ſubſiſtit, ex poſtfacto non reconualeſcit, ſe-
cus ſi ſaltem iure naturali ſubſiſtit. h.d. vſque ad l. 3. §. ſi reddi-
ta. Bartol. & hoc ſm intellectum gl. ſm quem iſte. §. debet in-
telligi in pupillo non doli capace, qui nec nāliter obligatur,
& ſic nullo iure ſubſtit. l. aūt. 3. in prin. in illo, qui erat doli ca
pax. & ſic ſaltem iure nāli conſiſtebat. & ita vr̃ ſentire gl. quæ
diuiſio nō placet, quia illa l. in prin. vr̃ loqui eodem caſu, quo
ſ̃. licet addat cām, qñ eſt effectus locupletior. ideo ſummo ali-
2 ter, Pupillus † non doli capax, vel ēt furioſus ex commodato
facto ſine tutoris, vel curatoris authoritate non obligatur ci-
uiliter, & nāliter, nec ēt poſtea factus pubes, vel ſanę mentis
poterit ex ꝯctu conueniri ſed cōuenietur actione ad exhibē-
3 dū, vel rei ven. † Fallit ſi eſt effectus locupletior, quia tūc obli-
gatur nāliter, ex qua oblōne datur ꝯ ipſum actio commoda
ti ex reſcripto diui Pij, quæ eſt potius datiua, q̃ natiua. h.d. ſm
4 intellectum quē puto verum. † Si aūt eſſet doli capax obligat̃
indiſtincte nāliter, etiā ſi non ſit factus locupletior, vt l. j. j̃. de
noua. ſed ſi quæritur an contra iſtum detur actio, dicas, ꝙ ſic
ſi poſtea dolum committit, non aliter, vt j̃. depoſi. l. j. §. an in
pupillum. ſic ſunt paria eſſe effectum locupletiorem, vt hic, &
eſſe doli capacem, & dolum committere, ut ibi per illum. §.
5 ſuppletur, qđ hic hr̃. † no. hic in fi. iſtius. §. ꝙ debemus inſpice-
re ſtatum, quem ꝯctus conſumpſit ab initio, ſi tamē non fuit
aptus producere actionem, ex poſtfacto non producit, facit. l.
ſerui, & filij in prin. j̃. de fur. & l. inſula. §. biennium, de ver. obl.
6 no. etiam ſm intellectum quem dedi in l. 3. † ꝙ ēt ille qui ca-
ret conſenſu pōt obligari nāliter, ſi eſt effectus locupletior,
ſed, & iſta non oritur ex conſenſu, ſed ex æquitate iuriſgētiū,
de qua in l. nā. ſ̃. de cond. inde. iūcta l. hoc amplius. §. lis nā dēt,
de reg. iu. gl. vero in fi. intelligit qñ erat doli capax, qđ non pla
7 cet. † Item, ꝙ ex iſta ſola naturali datur actio ex reſcripto diui
Pij. & ſic eſt datiua, non natiua. Non. n. tenetur ciuiliter licet
ſit locupletior poſtq̃ non interuenit tutoris authoritas, & ex
ſola naturali nō pōt actio oriri, iō oportet dicere, ꝙ ſit dati-
ua, & ſic ponderabis oēs tex. qui dicunt actionem dari cōtra
pupillum q eſt effectus locupletior. Dicunt actionē dandam
ex reſcripto diui Pij ad ſignificādū, ꝙ ſit datiua. l. interdū. ſ̃. de
cond. inde. & per hoc ſoluit̃ vnū difficile cōtrariū de quo ibi.

LEX · III.

*1 In actione bonæfidei non videtur res reddita quæ deterior redditur.*
*2 In actione bonæfidei reddens rem deterioratam, ſi actor ignorauit deteriorationem, non liberatur ab actione primitiua, & agitur ad reſtitutionē rei, vt actor eam non conſequatur poſtquam habet, ſed intereſſe deteriorationis. & nu. 6.*
*3 In actione ſtricti iuris ſi redditur res deteriorata, quod liberatur ſoluens ab actione primitiua, licet teneatur actione de dolo, ſi deteriorauit per per dolum, & quando non liberatur ſoluens rem cum diminutione iuris.*
*4 In actione bonæfidei qui tenetur ad duo, ſoluendo vnum liberatur ab illo, & remanet obligatus in altero tantum, & ſi tenetur ad vnum, ſoluēndo partem liberatur ab illa, & remanet obligatus in alia.*
*5 Intereſſe deteriorationis rei commodatæ, quæ redditur deteriorata, quod poſſit peti de per ſe, ſi actor vult, & quod etiam peti poſſit officio iudicis cum ipſa re.*

## L. Sed mihi videtur.

1 §. Si reddita. † In actione bonæfidei nō vr̃ res reddi
ta q̃ deterior reddit̃. h.d. iſtæ §. & ēt oēs
2 ſeq. quotidie allegantur, qa ſunt notabiles, & magiſtr. ¶ † In
tex. ibi [nō vr̃ reddita.] ergo nō eſt liberatus ab actione primi
tiua, qua tenet̃ reddere perinde ac ſi non redidiſſet, ergo po-
terit conueniri iterū ad reſtitutionē rei, non vt eam cōſequa-
tur poſtq̃ hēt, ſed vt conſequat̃ intereſſe deteriorationis, ꝓut
hr̃ in ſimili in l. 3. §. itē Iulianus de eo, ꝙ certo loco, & hoc ſi
commodator ignorauit deteriorationē, qa erat latens. Si aūt
ſciuit, dr̃ remiſiſſe opa intereſſe, ut l. fi. ſ̃. de eo. ꝙ cer. lo. in ff. &
no. per gl. in l. hac ſuper ver. liberari. de triti. qa nō tenebat̃ re-
cipere rē ſine intereſſe deteriorationis, ut l. q ſibi. §. j. & ibi no.
j̃. ſol. Si tñ recepiſſet cū ꝓteſtatione, dicit vt dixi in l. fi. de eo,
3 ꝙ cer. loco. ¶ † Op. ꝓ declaratione gl. ꝙ ſi reddatur res deterio-
rata, cōmodatarius liberatur ab actione commodati, licet te
neat̃ actione de dolo ſi deteriorauit ꝑ dolū, ut l. elegāter. §. nō
ſolū de dolo, vel in factū, ſi ꝑ culpā. C. ad exhi. l. exhibitionis.
cuiꝰ ꝯriū vult iſte tex. dū d̃t, ꝙ ñ vr̃ res reddita, & ſic nō eſt libe
ratus. So. ꝯria loquunt̃ in eo, q tenet̃ actione ſtricti iuris, ſecus
4 ſi actione bonæfidei, vt hic, & l. j. §. ſi res. j̃. depo. † Sed ꝯ ꝙ idē
ſit in actione bonæfidei, qa qñ qs tenet̃ ad duo, ſoluēdo vnū,
liberat̃ ab alio, & remanet obligatus in altero tñ, & ſi tenet̃

ad vnū, & ſoluat partem liberatur ab illa parte, & remanet obligatus in alia parte. vt ī. de ſol. l. ſi ſtipulatus. §. j. ſed cōmodatarius, qui rem deteriorauit, tenetur ad duo. ſ. ad reſtitutionem rei. Item ad intereſſe deteriorationis. Si ergo reſtituit rē debet eſſe liberatus ab illa, & remanere obligatus ſolum ad intereſſe, & illud duntaxat pōt peti. & non res. cuius ɔ̄riū dixi ſuper text. Ioan. gloſſator fatetur ɔ̄rium, & ita intellexit iſtum tex. Nec ob. ſm eum. l. 4. C. depoſi. quia ibi loquitur in acceſſione, quæ non erat in obligatione, ſed in officio iudicis mercenario, quod extinguitur finito negocio principali, niſi iudex qui tuliſſet ſnīam eadem die ſuppleret intereſſe. Nos loquimur in īteſſe, quod erat in obligatione, qa erat actio bonæfidei hñs largam nām gl. eſt in ɔ̄ria opi. ꝙ immo non liberetur ad reſtitutionem rei, & poſſit iterum agi ad ipſam rē vt conſequatur intereſſe, & ad contrarium, in quo Io. ſe fundat rñdet, ꝙ aliud eſt, quando debetur vna, & ſoluitur pars eius integraliter, puta debebas Stychum, & ſoluiſti dimidiā, remanes obligatus in altera dimidia tantum, qa illa pars ſoluta eſt perfecte. Idem, & fortius debebas duo, & ſoluis vnū perfecte aliud eſt in caſu noſtro, qñ ſoluis rem deterioratā, qa non ſoluis eam perfecte pp deteriorationem, & licet videaris teneri ad duo, tñ non reputatur niſi vnum, & preciū deteriorationis debetur pp id, quod deficit in re ratione deteriorationis, & ſic tenet gl. ꝙ agetur ad rem, ut cōſequatur intereſſe. Innuit ergo, ꝙ nō poſſit aliter cōſequi, & ſic, ꝙ non ſit in oblōne, ſed ī officio iudicis, ſicut ī ſimili hr̄. in l. 3. §. Iul.
5 ſ. de eo, ꝙ cer. loc. ſed † Io. voluit ɔ̄rium, dicens ꝙ eſt in oblōne, & pōt peti ſolū intereſſe, ſi actor vult. & ī hoc Io. bñ dixit, pōt ēt agi ad ipſam rē, vt conſequatur intereſſe offō iudicis, & in hoc gl. melius dixit, q̄ Io. qui voluit ɔ̄riū. Nam licet ſit ī
6 oblōne, non ppea minus eſt in officio iudicis. ¶ † Sed vltim. opp. ꝙ idē ſit in actionib. ſtricti iuris, vt ſoluens rē cū diminutione non liberet. ſed poſſit iterū cōueniri ad eādē rē, cuius ɔ̄riū. ſ. dixi, vt l. ēt. ī. de ſolō. & l. ſi rē. & l. Iul. j. de verb. ob. Sol. interdū ſoluit res cū diminutione alicuius iuris, rōne cuius diminutionis pōt auferri, ut quia ſoluitur res alteri obligata, vel ſine cautione de euictione, eo caſu, quo debeat præſtari, & tunc non liberatur ſoluens, & iterum poteſt conueniri, ut conſequatur illud actor, quod deficit, & iſto caſu loquuntur leges ɔ̄riæ, & iſto caſu actiones ſtricti iuris ſunt eiuſdem naturæ, cuius ſunt bonæfidei. Interdū ſoluitur res deteriorata rōne cuius non pōt res auferri, & tunc actiones bonæfidei differunt ab actione ſtricti iuris, quia in primis non liberatur, ī ſecundis ſic. Et tenetur actione de dolo, vel in factum, vt ī prima opp. gl. quid autē ſi deficit ius ſeruitutis? dic, ꝙ aut debebat tradi cum ſeruitute ei debita, & fuit tradita ſine ea, & nō liberatur, & iterū ad rē pōt cōueniri, vt l. hmōi. §. ædes. de leg. 1. aut fuit tradita res ſerua. i. debens alteri ſeruitutem, cum deberet tradi libera, tunc diſtinguitur, aut erat ſeruitus vſuſfruct⁹ quæ diminuit de dn̄io, & non liberatur ſoluens, aūt erat alia ſeruitus realis, quæ non diminuit, ſed ī cōmodat dn̄ium, & tunc liberatur, niſi debebatur vti optimus, maximuſq; erat, & ſic liber, vt ī. de euic. l. pen. & de leg. j. ſeruo legato. §. ſi fundus. quod dic, ut plene hr̄ in l. Meuius. §. fundo. de l. 2. per glo. & Bar. qui. §. difficilis. Cœtera vide per Bar. in d. l. Iul. §. j. de verbo. ob. & l. qui ſibi. §. j. de ſolutio.

2 *Iuramentum in litem affectionis non defertur, niſi propter dolū aduerſarii in actione bonæfidei. & nu. 1.*

3 *Sed propter culpam iuratur in litem veritatis, quod & in actionib. ſtricti iuris procedit, & an etiam propter dolum.*

4 *Verba quanti res ſit, an denotent, ueram æſtimationem.*

5 *Quādo iuratur in litem, quod tempus debeat inſpici, quo ad æſtimationē.*

1 §. In hac actione. † Cum venitur ad æſtimationē rei. p iurm in litē, qđ eſt affectionis, vt in actionib. bonæfi. inſpicit tp̄s ſnīæ. Qñ vero per iurm in litē, qđ eſt veritatis, vt ſtricti iuris inſpicit lit. conteſt. h. d. iſte. §. ſm intellm Doctorū, qui fuit originaliter Gulie. de Cu. & ipſum ſequitur Bar. gl. vero non intellexerunt iſtū. §. & pp ipſum fuit obtenebratus intellčs gl. quia neſciuerunt ſoluere ɔ̄ria difficilia. ſ. de l. in hac. & l. fi. de tritica. & gl. quæ eſt hic loquit inepte, & inuolute, & dat nobis laborē ſine utilitate, & clarius loquitur. in l. in hac ponēdo opi. multorū, de qb. gl. hic truncate, vr̄ voluiſſe facere mentionē. ¶ † In gl. ibi [in primo fuit in dolo &c.] Intētio huius gl. eſt iſta, ꝙ primū dictū huius §. cū dr̄, ꝙ iurat in litē, nō poteſt intelligi niſi qñ cōmodatarius erat in dolo, qa nō niſi pp dolū tale iurm, qđ eſt af-
2 fectionis defert. Scđm dictū in quantū dicit. † [ꝙ inſpicit tp̄s
3 rei iudicatæ † quanti res ſit] nō pōt intelligi, niſi qñ fuit in culpa, qa illa verba quanti res ſit, denotāt verā æſtimationē, ſed ſi fuiſſet in dolo non veniretur ad verā æſtimationē, ſed ad illā, q̄ actor iuraret, & ſm ſuā affectionē, & nō diceret tex. [q̄ti res ſit,] ſed in quantū in litē fuit iuratū. Tertiū dictū, qđ loqtur in actionib. ſtricti iuris pōt intelligi, ſiue ſit in culpa, ſiue ī dolo, qa in ſtricti iuris actionib. ēt rōne doli nō defert iurm in litē, qđ eſt affectionis, ſed eſt veritatis. tu dic totū. §. itelligi,
4 qñ erat in dolo. † Nec obſtat, dum dicit, [quanti res ſit,] quia hoc debet referi ad æſtimationem iurantis, non ad rei veritatem, nam tanti dr̄ eſſe quantū iurauit inſpecta ſua actione,
5 licet non communi. ¶ † Ex gl. magna pro ipſius declaratione. no. ꝙ colligūtur quinque contraria, quorum duo cōcernunt ſm dictū hui⁹. §. dū dr̄, ꝙ inſpicit tp̄s rei iudicatæ, & alia tria concernunt vltimum dictum, dum dr̄, ꝙ in ſtricti iuris actionib. inſpicitur tp̄s lit. cont. prima oppoſitio intelli̇r ex prin. gl. de lege. hominem. ī. mand. vbi dr̄, ꝙ in actionibus inſpicitur tp̄s contractus, & hic dr̄, ꝙ tp̄s ſnīæ. Sol. hic loquitur, qñ probatur res iure actionis, & ad æſtimationē veniebatur iudicis officio mercenario, ibi vero, qñ petebatur ipſa æſtimatio iure actionis, vt in l. fundum Cornelianum. ī. de no. & hæc eſt vera, & bona ſolō, vt dixi in l. vinū. ſi cer. pe. & hoc in gloſ. vſq; ibi, ac in ɔ̄ctu licet poſtea in plurib. aliis locis. gl. huius faciat mentionem. de d. l. hoīem, & vr̄ uelle dare alias ſolōnes, ſed iſta eſt vera. Scđm ɔ̄riū reſpiciens hoc dictū colligit circa fi. in verb. Itē ꝙ dicat ibi quis. i. cū &c. & eſt de vltimo dicto huius. §. nā in ſtricti iuris īſpicit tp̄s ɔ̄teſtōnis, ut ſi poſtea efficiat res deterior dēt ɔ̄denari in eo, qđ ualebat tp̄e ɔ̄te. ut hic & in l. fi. ſ. de triti. fortius in bonafi. & tñ hic dr̄, ꝙ tp̄s rei iudi. qñ poſt ɔ̄teſtōnē res eſt effecta melior, ut ſ. de tritic. l. in hac. ſi ēt deterior tūc inſpicit tp̄s cōt. cum ī ſtricti iuris ſit̄r īſpiciat, & hoc uult iſte tex. ſm quoſdam, qui exponunt, q̄uis ꝑ cum. & ſic arguit a minori, quia ſi in ſtricti iuris, de quo minus vr̄ inſpicitur tp̄s, quo plus valuit poſt morā, fortius ī bonæfi. hoc eſt uerū, in ſe, ſed tunc, & iſte tex. vr̄ denotare dr̄iam, ideo ali⁹ eſt intellectus, ut ī. patebit. Nunc uenio ad alia ɔ̄ria, quæ concernunt vltimū dictū. Et primū ɔ̄rium eſt de l. ī hac in fin. de tritica. & de l. vinum ſi cer. pe. vbi habetur, ꝙ inſpicitur temp⁹ moræ, & loquitur in actione ſtricti iuris. & hic de illo tēpore non fit mentio. ex gl. colliguntur tres ſolutiones, & nulla eſt bona. Prima colligitur ibi, ac in ɔ̄ctu, ꝙ hic loquitur, qñ poſt moram res eſt effecta deterior, ibi q̄rādo melior, & dicit gl. ꝙ loquitur hic, qñ debebatur quantitas, ſed in utroque dicto male loquitur, nam quantitas, ut quantitas non commodatur, ut in fi. huius l. ¶ Item ſm ſolutionem gl. ɔ̄ moroſum inſpiciebatur, quanti plurimi fuit a tempore moræ, quia ſi poſt moram effecta eſt melior, & ſi tp̄e cont. plus ualet inſpicitur quantum valebat tempore moræ præcedentis, ut in ɔ̄trariis, ſed ſi eſt effecta deterior, & ſic minus ualet tp̄e conte. q̄ moræ inſpicitur tempus conte. quod eſt cōtra omnia iura, quæ dicunt inſpici quāti plurimi fuit a tp̄e moræ. ut ſ. de cond. furt. in l. re furtiua. §. j. & l. ratio. §. ſi per uenditorem. de acti. empt. Alii dn̄t, ꝙ loquit, qñ debebat ſpēs, & qñ poſt morā res eſt effecta deterior, ſicut in legi contrariis, & in his duob. melius dn̄t. Item ꝙ ibi loqtur, qñ mora præceſſit lit. conte. ut īſpiciatur tunc tp̄s moræ, hic uero non præceſſit, ſed committit. ī ɔ̄t. iō illud inſpicit, tanq̄ tp̄s moræ, ut d. l. uinū. & d. l. fi. de tritica. & ita colligit ex gl. dum dicit, [ſed hic loqtur, qñ in ſpecie demum lit. cont. fuit in mora.] & iſta etiam ſo. eſt bona in ſe, tñ non differt in ſe actio bonæfidei ab actione ſtricti iuris. Tertia ſo. eſt Azo. quia colligitur in ver. ſed Azo. quæ primo reprehendit intellectum. Io. quē gl. poſuit. in hac. de tritica. qui dixit iſtum. §. loqui qñ quærit de acceſſionib. naturalib. & fructib. ut inſpiciant tempora de quib. hic. ſed. ll. ɔ̄trariæ, qñ quæritur de æſtimatione rei. Azo. reprehendit primum dictum, quia immo hic loquitur, qñ quæritur de æſtimatione rei, ut patet in tex. dum dicit. [quanti ſit.] Vñ ipſe ſoluit ɔ̄riū. ſ. formatum, quod tp̄s moræ inſpicitur in illis. ll. tanquā tp̄s a quo pōt æſtimatio creſcere, & quātum ad hoc non differunt actiones bonæfid. ab actionibus ſtricti iuris. Sed ſi quærimus de tēpore ad quod, ut in bonæfidei inſpicitur tempus ſententiæ, vt vſque ad illud poſſit creſcere, ſed in ſtricti iuris, tempus conte. glo. in d. l. in hac. iſtam opin. nē tenuit dicens, quod remordet ɔ̄ſciam ſuam. Et ego ibi declaraui, unde iſtud contrarium remanet irſolutum, & aliæ ſo. ponūtur ibi. Generaliter Doc. dn̄t, ꝙ illæ. ll. loquuntur quando deuenitur ad æſtimationem aīr, q̄ p iurm in litē, qñ āt per iurm hēt locum iſtæ. §. ut ī bonæfidei inſpiciatur tempus ſententiæ. & reddit Bar. rationem quia tunc cauſatur iudicis officium, cum aliud iurm cauſat pp contumaciam non parendo iudici, certe etiam deferī pp dolum cōmiſſum ī deſiſtendo poſſidere. ut l. ſed ſi lege. §. hæc verba. de pet. hæred. ideo iſta ratio non videtur bona. Dic ergo, quod ratio eſt, quia nō dēt inſpici affectio præteriti tp̄is, ſed p̄ſentis, cum defertur iuramentum. Si enim olim habui caram. xx. hodie. x. debeo iurare, quantum habeo caram hodie, nec aliud damnum patior, ſi non conſequor ſecundum affectionem præteriti temporis. Ideo intellige hic de tempore ſecūdæ ſnīæ, ſi præceſſit prima de reſtituēdo, ut ſic inſpiciatur tempus, quo iurm defertur, & quo venit fienda condēnatio in æſtimatione iurata, ſed in ſtricti iuris, ubi nō defert iuramentū affectionis. ſed veritatis, non debemus. inſpicere præ

ſens

ſens tp̃s ſi forte nunc minus valet in damno, igitur inſpicitur
tp̃s cont.lit.ſi tunc plus valuiſſet,inſpicitur tp̃s moræ, & ſi poſt
conteſtationem valuit plus,illud inſpicitur,quia hoc iuramẽ-
tum ſuccedit loco veræ probationis. Sed ſi per veras ꝓbatio-
nes deueniretur ad hoc intereſſe, deberet inſpici tp̃s,quo plus
valuit.ita & nunc,& ita vr̃ ſupplere Bar.iſtum tex. ¶Nunc ve-
nio ad ſm contrarium,quod colligitur ex glo.ibi,[ſi vero ſpe
cies.]ꝙ etiam in ſtricti iuris actionibus non inſpiatur tẽpus
cont.ſed tp̃s ſnĩæ,ſi res extat,vel ſi non extat,tp̃s quo deſiit ex
tare,vt d.l.in hac.in prin.§.j. ſol.ibi q̃n per moram res fuit effe
cta melior,& ſic plus valuit tp̃e ſnĩæ. Vñ ſi extat,inſpicitur il-
lud tp̃s. & ſi deſiit extare, hic vero q̃n eſt effecta deterior, ſi
volumus intelligere ſm terminos illarum legum,ſed alius eſt
intellectus.vt s̃.dixi. Tertium contrarium eſt de.l.Iul.ſcribit ſi
hominem.s̃.de rei ven. poſt prin. vbi etiam in ſtricti iuris in-
ſpicitur tempus ſententiæ. gl.in illo ver. [vero ſpecies.]& ver.
[& hoc ſi alium conuenio.] videtur ſoluere, ꝙ hic loquitur,
q̃n aliquem conuenio ꝑꝑ culpam,vel morã,ſi aũt ꝑꝑ dolum
loquitur.l.contraria.tu dic,ꝙ ibi loquitur quantum ad acceſ-
ſiones naturales, hic quantum ad æſtimationem, & ſic nihil
facit ad prædicta,patet in effectu, quid glo. voluit,& forte nõ
eſt glo.in corpore iuris magis tedioſa, & diſplicibilis, & ſine
ſubſtantia, cætera vide hic per Bar.qui multum ordinate pro
cedit,& cum iſta gl.coniunge gl. dictæ.l.in hac.

1 *Quilibet ex hæredibus depoſitarii tenetur ad reſtitutionem rei pro hære-
ditaria portione,non vltra,niſi habeat facultatem totius rei reſtituen-
dæ,quia tenetur de æquitate, & poteſt in ſubſidium conueniri.*
2 *Obligatio primitiua, quæ contrahitur ad reſtitutionem rei eſt diuidua, &
quòd quantum ad ſolutionem dicatur indiuidua.*
3 *Si res deponitur apud plures quilibet obligatur pro parte ad reſtitutionem
rei,niſi ſit actum,quod quilibet teneatur inſolidum.*
4 *In obligatione ſtricti iuris,vt in actione ex teſtamento,vnus ex hæredibus
non conuenitur niſi pro hereditaria portione,licet habeat facultatem rei
reſtituendæ,& quid in actione bonæfidei, vel ſi conueniatur officio iudi
cis,quòd ſecus ſit.*
5 *Si cum actione perſonali concurrat rei vendicatio,quod idẽ ſit in actionib.
ſtricti iuris,ꝙ in bonæfidei, & quid ſi ſit lis conteſtata cum defuncto.*

1 §.Hæres. †Quilibet ex hæredib. depoſitarij teneť ad
reſtitutionẽ rei ꝑ hæreditaria portione, nõ
vltra,niſi habeat facultatem totius rei reſtituendæ, quia tene
2 tur de æquitate,& põt in ſubſidium conueniri.h.d.†No.ex pri
mo dicto, ꝙ obligatio primitiua, quę ɔhitur ad reſtitutionẽ
rei,eſt diuidua,quod patet,quia diuiditur inter hæredes. hoc
eſt verum in ſe,ſed quantum ad ſolu. dr̃ indiuidua,quia null⁹
ex hæredibus liberatur per reſtitutionem partis, ſed debet fie
ri reſtitutio totius,vt j̃.depo.l.ſi duo in fi.de verb. obl.l.ſtipula
tiones non diuidũtur, & hoc voluit gl.in l.j.§.ſi apud depoſi.
nec ob.de verb.obl.l.ſtipulationes. quia ſunt diuiduæ,quantũ
ad ſolutionem, vt patet in obligatione generis alternatiui,vt
l.2.& l.in executione.de uer.ob. & iſtum tex. voluit glo.in d.§.
3 ſi apud. † ꝙ ſi res deponitur apud plures, quilibet obligatur
pro parte ad reſtitutionem rei, niſi ſit actum,quod obligetur
quilibet inſolidum, quia ſicut diuiditur inter hæredes, ita, &
inter plures depoſitarios. Et iſtud eſt verum, ut ibi dixi,quan-
tum ad ſecundum dictum, ꝙ ſi habeat facultatem reſtituen-
dæ rei inſolidum,vnus ex hæredibus, poſſit inſolidum cõue-
niri.dic,ꝙ iſtud procedit de ęquitate, non de rigore,ſed cõtra
4 de.l.ſi tibi homo.§.cum fundus.de leg.j.†ſolue in obligatione
ſtricti iuris.vt eſt actio ex teſtõ, inqua vnus ex hęredibus non
conuenitur,niſi pro hæreditaria portione,licet habeat facul-
a tatem rei reſtituendæ,hic in bonęfidei.[a] Quid autem ſi conue
nitur iudicis officio nobili? dicas idem quod in bonæfidei,vt
s̃.de eden.l.ſi quis ex argentariis.§ j.in ver. ꝙ ſi plures.Sed op.
ꝙ idem ſit in actionibus ſtricti iuris, vt ſupra de cõd.furt.l.in
conditione.cum his,quæ ibi dixi. & in l.ſi plures j̃.de vi, & vi
5 ar.†Sol.vt dixi in d.l.in condictione, quia ſi cum actione per-
ſonali concurreret rei vendicatio, idem eſſet in actionib.ſtri-
cti iuris, quod in actionib. bonæfidei,ut no. per Dyn.in l.qui
fundum.§.ſi tu ex parte j̃.ad l.Falc. ſecus ſi non concurrat rei
vendicatio,ut in l.ſi tibi homo. §.cum fundus. Item prædicta
vera,niſi lis fuiſſet cont.cum defuncto, quia tunc tranſiret ꝑ
parte contra illum, qui habet facultatem rei reſtituendæ, vt
in l.3.§.fi.de præto. ſtipulation. & s̃.de rei vendicatione.l.ſi in
rem actum ſit, cum l.ſequenti, & quæ ibi not. Cætera circa
iſtum articulum vide per Bart.in l.ead. §.Cato.de ver.obli. &
Cy.poſt Petr.in l.pro hæreditariis.C.de hær.action.

A D D I T I O.

a Bonæfidei.Vide Bal.in l.pro hæreditariis. C.de hæred.acti.& vide eundem Pau.in d.§.cum fundus.vbi dicit, quod ſi in caſu §.illius fuiſſet legata res teſtatoris poſtea poſſideretur per vnum ex hæredib. tantum. quod nedũ contra eum inſolidum poſſet agi rei vendi. vt dicit ibi Bar. ſed etiam act. de teſtamento.quæ eſt de caſibus in quis poteſt concurrere rei ven.& perſonalis.iuxta ea quæ leguntur, & no.in §.ſed noſtra,inſtit.de leg.

1 *Ex contractu celebrato cum filio,vel ſeruo,filius tenetur inſolidum,pater,
& dominus de peculio & de dolo ipſorum, non culpa habetur ratio.*
2 *Pater dicitur tunc legitimus adminiſtrator filii, quando habet vſumfructũ
in bonis aduentitiis,vel exiſtentibus penes filiumfamilias,ſi non habet,
& in illis in quibus non habet,non dicitur legitimus adminiſtrator.*
3 *Pater vbi non eſt legitimus adminiſtrator, debet iudicium agitari cum
ipſo filio non autem cum patre,ſecus, quando eſt legitimus adminiſtra-
tor.& quòd authoritas patris non requiratur.*

1 §.Si filiofa. †Ex contractu celebrato cum filio, vel
ſeruo.filius tenetur inſolidum, pater, &
dominus de peculio,& de dolo ipſorum, non culpa habetur
ratio.h.d.licet ergo commodatarius, cuius gratia ſit commo
datum,teneatur de leuiſſima culpa,pater tamen,& dominus
qui tenẽtur ex perſona eorum de peculio, & quorum gratia
non fuit factum commodatum, non tenentur niſi de dolo,
2 vt hic patet in fi.dum dicit.[fraus duntaxat.] † Hic eſt vna gl.
quæ ſemper allegatur ex qua collige tria.primum eſt, ꝙ tunc
pater dicitur legitimus adminiſtrator filij,quãdo habet vſum
fructum in bonis aduentitij,vel exiſtentib. penes filium.Si au
tem non habet,& in illis in quib. non habet non dicitur legi
timus adminiſtrator.& ita no.in auth.excipitur. C.de bo.quę
3 lib.& in hoc bene dicit. †Item vbi pater non eſt legitimus ad
miniſtrator,iudicium debet agitari cum ipſo filio,cum patre
non.Secus quando eſt legitimus adminiſtrator. vt in l.j.C.de
bo.mater.& in hoc bene dicit.ſubdit,& tertium in fi.gl.ꝙ ſal-
tem debebit pater conſentire filio, vt legitimet eius perſonã,
per l.cum non ſolum.§.fi.de bo.quæ lib.in gl.reprehenditur ꝑ
Doc.quia iſta authoritas patris non requiritur ad legitimatio
nem filij,ut ibi no.ſm opi.Lot.recitatam per gl.poſtquam pa
ter non habet vſumfructum,nec eſt legitimus adminiſtrator.
& eſt hodie caſus in c.fi.de iudi.lib.6.

1 *Commodatum non conſiſtit in his,quæ vſu conſumuntur,niſi ſit traditum,
vt non conſumetur.*
2 *Si dico,commodo tibi iſtam pecuniam,vel frumentum, quod non ſit com-
modatum,ſed mutuum.*
3 *Si commodo tibi pecuniam,non vt conſumas, ſed vt diues appareas, licet
poſſum recipere mercedem, non eſt vſura.*

1 §.Non poteſt. † Commodatum non conſiſtit in
his quæ vſu conſumuntur, niſi ſit
traditum,vt non conſumetur.h.d.cum l. ſeq.ratio primi dicti
eſt,quia in commodato contrahitur obligatio ad reſti.eiuſdẽ
corporis.vt l.2. circa princ.s̃.ſi cert.pet.ſed quando vſu conſu-
muntur non poteſt reſtitui idem corpus,ſed aliud in ſuo ge-
2 nere,vnde potius eſt mutuum. †Vnde ſi dico commodo tibi
iſtam pecuniam,vel frumentum,non propterea eſt commo-
datum,ſed verbum [commodo.]ſumitur ꝑ verbo,[mu.uo.]
3 facit l.veteres.de actio.emp. † Ex ſecundo dicto dicunt can.&
communiter Do.Theolo. ꝙ ſi commodo tibi pecuniam nõ,
a vt cõſumas,ſed vt diues[a] appareas, licite poſſum recipere mer
cedem,& non eſt uſura,quia recipio pro eo, quod meum eſt.
Sed quando transfero dominium, non poſſum recipere lici-
te,quia non accipio de meo ſed de tuo, quod eſt cõtra ius na
turale,ut habeam commodum de re tua ratione temporis.

A D D I T I O.

a Diues.Adde ꝙ iſtud conſuluit in terminis Lud. Ro. conſi.480.

LEX V.

1 *In hac actione venit intereſſe ratione loci, officio iudicis mercenario ſibi
deſeruienti.*

1 L.Si vt certo. ¶†In hac actione uenit intereſſe ra
tione loci officio iudicis mercena-
rio ſibi deſeruienti.h.d. & ſic uidetur caſus contra Spe.qui te-
cōmodati ipſi cōmodatario ad intereſſe, ſi ꝑꝑ hoc, ꝙ equus
in via defecit,damnificatus eſt, vt l.in reb.§.item qui ſciens.ſ.
3 eo.†& multi laici idiotæ,vt pluries vidi,errāt dicentes,ꝙ quā-
do res commodatur gratis,ſi pereat qualitercunque,ꝙ tenea
tur commodatarius emendare, & habent iſtud,quaſi pro le-
ge,& iſtud eſt erroneum,vt hic patet,& in d.l.fi.

1 *Contractus innominati dicuntur ſecundum naturam contractuum nominatorum,quibus aſſimilantur.*

2 *Si traditur res alicui,vt eam inſpiciat,dicitur contractus innominatus,& ſi traditio ei fiat gratia tradentis non tenetur recipiens, niſi de dolo,& lata culpa,ſed ſi gratia recipientis,etiam de leuiſſima culpa.*

3 *Si conſtat eam rem ad recipiētem perueniſſe,præſumitur eam habere,niſi probet, quòd perdidit.*

4 *Perditio quomodo probetur.*

5 *Perditione probata,an habeat neceſſe recipiens probare, quòd ſine ſui culpa perdita eſt.*

1 §.Si rem inſpectori. ¶†Contractus innomi-
nati iudicant̄ ſm nām
a cōtractuū noīatorum,[a] quib. aſſimilant̄.ad hoc ſꝑ allegat̄.ſ.
depoſi.l.j.§.ſi quis ſeruū, & ſ.de præſcr.verb. l.ſi gratuitam.§.
2 Pap.nam,†qñ res traditur inſpectori,nec eſt depoſitū,qa non
tradit̄,vt cuſtodiatur, nec commodatum, quia non traditur
vt recipiēs vtatur,ſed eſt contractus innominatus,trado,vt in
ſpicias,& ſi traditio fiebat gr̄a mei Dñi tm̄, quia volebam ex-
plorare precium,cum vellem ipſum vendere,aſſimilatur cō-
tractui depoſiti,iō nō venit, niſi dolus,& lata culpa,ſed ſi gr̄a
recipiētis, puta veſtem quam petiit, vt ſibi oſtenderem,quia
volebat oſtendere marito,ut faceret aliam ſibi ſimilē, aſſimi-
lat̄ cōtractui commodati,qui fit gr̄a accipiētis tantum,& ve-
3 nit latiſſima culpa. ¶†In gl.ſuper verbo.dolū,dic ꝙ duo ſunt
videnda,

---

ADDITIO.

a ¶Nominatorum,Idem tenet Bartol.in l.cum proponas.C.de dolo.in §.ſed dolo.

videnda,primum eſt,ſi ille, cui tradidit dicat ſe perdidiſſe, ꝙ
a hēat neceſſe probare,quod perdidit,[a]& niſi probet,præſuma
tur habere,& hic dicas,ꝙ ſic ſi cōſtat ad ipſum perueniſſe, ꝗa
præſumitur adhuc eſſe , niſi contrarium probetur.hæc eſt gl.
ꝭ.mand.l.creditor.§.ſi inter.in fin.Si autem non conſtaret ad
eum perueniſſe,tunc eo ipſo , ꝙ dicit nō habere,fundata eſt
eius intentio,niſi ꝯrium probetur,vt no.ꝭ.de probat.cum de
4 leg.&.C.de iure de lib.l.fi.§.licentia.† probatur autem perdi-
tio de directo,ſi ablata fuit per vim, vel coniecturas , ſed clā
per furtum probando effractionem domus,uel alterius clau-
5 ſuræ.no.in l.ſi quis ex argentariis.§.fi.de edendo.†Secundo vi
dendum, eſt probata perditione,an habeat neceſſe probare,
ꝙ ſine ſui culpa,perdita eſt,an autem hoc præſumatur,niſi ꝑ
actorem probetur ꝯrium?dic,ꝙ quædam eſt perditio,quæ ſꝑ
prçſumitur euenire propter culpam malç cuſtodiç,vt furti.l.
cum duob.§.damna.& quod ibi no.ꝭ.pro ſocio.vel incendii.
vt ꝭ.de peric.& cōmo.rei ven.l.venditori.& de offi. præf.vrb.
l.4.§.j.& tunc habet neceſſe probare,ꝙ ſine culpa facere po-
tuit probando diligentem cuſtodiam,alias prçſumitur in cul
pa. Quædam eſt perditio.quæ conſueuit fieri ſine culpa,vel
violenta,vel incurſu latronum,& allegans dolum, vel culpā
hēt neceſſe probare,& ita dēt intelligi iſta gl.& vide Bar.in l.
ſi quis ex argentariis.§.fi.& hoc vult gl.Inſt.de obl.quæ re cō-
trah.§.fin.

A D D I T I O.

a ¶ Perdidit.Adde Old.conſi. 148.

---

1 *Si res periit culpa nūtii referentis, cui competat,an commodanti,an commodatario.*
2 *Si res commodata datur nuncio commodatarii,an pereant commodati.*
3 *Obligatus in ſpecie ſoluens nuncio portanti literas falſas,uel famulo conſueto creditoris, & ſic habens iuſtam cauſam credendi,liberatur ope exceptionis,ſecus ſi eſt obligatus in genere,vel quantitate.*

1 §.Sed & ſi dum.¶ † Si res periit culpa nūtij re-
ferentis,ſi quidem fuit miſſus a
cōmodante,vt referret,cōpetit cōmodanti,ſi autem non,vt
referret,ſed vt cōmoneret,perit cōmodatario. Si uero miſſus
fuit ab ipſo cōmodatario,perit ipſi cōmodatario.& ſi cōmo-
datū erat factū ſui gratia tm̄,uenit leuiſſima culpa in eligen-
do nūtiū,ſi gr̄a cōmodantis uenit dolus,& lata culpa tantū,
h.d.vſq; ad l.ſi is qui.& primo loquitur,qn̄ fuit miſſus a com
modante,ſeu tradēte vſq; ibi,[ſi vero.]Sc̄do ibi,qn̄ a recipien
te vſq; ad l.ſi mei cā.§.cōmodata. Tertio reddit ad primū ca-
ſum,ſitando qđ dixerat,& loquitur, qn̄ fuit tradita inſpecto
ri,ut in prçcedenti , vel cōmodatario.vt patet.ī §.commoda.
2 ¶†Opp.pro declaratione gl.ſuper verbo [elegerit.] ꝯ ſm̄ ca-
a ſum,ꝙ ſi nuntius[a] fuit miſſus per cōmodatarium, nō pereat
cōmodatario,ſed cōmodanti.ꝭ.e.l.argentum.ſolue ſm̄ quoſ
dam,& bn̄,iſte tex.poteſt intelligi,qn̄ fuit expreſſe actum,qđ
remitteret per alium,ſed per ſe ipſum portaret,quo caſu, ſi ꝑ
alium remittat quantuncūq; diligentiſſimum, eo ipſo,quod
fecit ꝯ formam pacti,vel cōmiſſionis,fuit in culpa.ut l.diligē
ter.in prin.ꝭ.mand. & ideo tenetur de communi caſu cōtin-
genti culpa nuntii,vel etiam ſine culpa . Cōtrarium loquitur
qn̄ non fuit expreſſe actum,quod reportaret per ſe. Vel dic,
ꝙ hoc poteſt intelligi etiam,quando non fuit expreſſe actū,
ꝙ reportaret per ſe,& ſic non fecit contra formam mandati,
tunc ergo eſt diſtinguendum,ꝙ aut fuit in culpa eligendi nū
tium,quia elegit talem,quem diligentiſſimus paterſa. non e-
legiſſet,& culpa nuntii periit, & tunc periit commodatario,
& idē vr̄ ſi ſine culpa nuncii , quia per culpā proceſſit in ele-
ctione nuncij . Si autem elegit talem,quem quilibet diligētiſ
3 ſimus elegiſſet , tunc loquitur.l.contra . ¶ †Quærit gloſ. 1.in
§.commodatū. qđ ſi nuntius mentitus eſt , ꝗa cū eſſet miſſus
cā ꝯmonendi,dixit ſe miſſum ad reportandū,& tamen com
modatariū non excuſari,ꝗa non dēt eſſe credulus. Tu aduer
te,ꝗa interdū ꝗs eſt obligatus in genere,vel ꝗ̄titate,tunc gl.di
cit verū indiſtincte , ēt ſi debitor habuit iuſtam cām credēdi,
ut puta,quia portauit lr̄as falſas,vel falſum inſtr̄m,tunc talis
debitor tenet̄ de caſu,ut l.incendium.ſ̄.ſi cer.pet. & hoc pro-
batur. in l.ſi hoīem.§.in nullo.de ſol.& l.ſi quis vxori.§.apud
Labeonē in tex.& gl.ꝭ.de fur.aut erat obligatus in ſpē,& tūc
aut non habuit iuſtā cām credendi,& idem,& ita debet intel
ligi iſta gl.aut habuit,quia portauit inſtr̄m̄ falſum , uel quia
erat famulus conſuetus mitti pro talib.& tunc liberatur,ſal-
tem ope exceptionis,ꝗa non habet, nec dolo deſiit hr̄e. l.cū
fundus.§.ſeruum tuum impruden.in vlt.gl.ſ̄.ſi cer.pet.

A D D I T I O.

a ¶ Nuntius.Adde Ale.in l.ſi finita.§ fi.de dam.infe.& in l.argumentum.ſ̄.e.& vide quod uoluit Bal.conſi.426.2 lib.

---

## LEX XIII.

1 *Dominus qui recipit æſtimationem litis a commodatario, tenetur cauere de reſtituendo ei rem,ſi ad manus eius peruenerit.*

1 SI is qui. †Dominus qui recipit æſtimationem litis
a commodatario , tenetur cauere de reſti-
tuendo ei rem,ſi ad manus eius peruenerit.h.d.ſupple,
ad æſtimationem.ut ꝭ.e.l.in commodato in fin. eſt.n.in
electione , & ſic non vr̄ commodatarius ſimpliciter emere,
ſed ſub conditione,quod eſt verum,ſi res non erat apud eum
ſed ſi erat,& commodatarius ſciebat,vr̄ ſimpliciter emere,&
non poſſet commodatarius poſtea reſtituere çſtimationem,
& repetere rem.

1 *Vtilitas rei non dēt pertinere ad illū,ad quē non pertinet eius periculū*
2 *Vſuræ ēt ſi mutuans ſuſcipiat in ſe periculum pecuniæ mutuatæ, ꝙ non ſint licitæ, & quid ſi etiam recipiat periculum lucri.*
3 *Tradens alteri pecuniam,ſi recipiat vtrunque periculum tam ſortis , quā lucri , vt ſi lucretur,habeat partem,ſi non lucretur nihil, & ſi perdatur,damnum ſit commune, ꝙ tunc ſit contractus licitus ſocietatis.*

1 §.Si quem.†Vtilitas rei non debet pertinere ad illū,
ad quem nō pertinet eius periculū. h. d.
2 ¶†No.bonam regulam per quam patet,quare vſuræ nō ſint
licitæ,quia periculum pecuniç mutuatæ non pertinet ad mu
tuantem,ergo non debet de illa vtilitatem habere , ēt ſi reci-
piens cum illa lucretur. Certe etiam ſi periculum ad mutuā-
tem ſpectaret adhuc nō licite recipit,niſi etiam in ſe ſucipiat
periculum lucri . Si enim vellet in omnem euentum habere
lucrum de pecunia, ſiue recipiens cum ea lucretur,ſiue non,
licitum non eſſet, etiam ſi ſuſcipiat mutuans in ſe periculū
capitale,ut l.periculum.ꝭ. de nau.fœno. per totū ubi hoc nō
obſtante appellant̄ vſuræ, & eſt tex.in c. ciuitate.extra de vſu
3 ris,†qđ ſi recipiat utrunq; periculum tam ſortis, ꝗ̄ lucri,ut ſi
lucretur,habeat partem,ſi non lucretur,nihil,& ſi perdatur,
a damnum ſit cōe, & tunc eſt contractus licitus[a] ſocietatis , vt
ꝭ.pro ſocio.l.cum duob.§.item ex facto. non ergo ſufficit ſu-
ſcipere periculum alterius iſtorum , ſed debet ſuſcipere peri-
culū vtriuſq;,& iſtam theoricam liges ad digitū, & nunꝗ̄ er-
rabis,nam ſi non ſuſciperem periculum ſortis,licet ſuſciperē
periculum lucri,ꝙ ita demum mihi des vtilitatem,ſi lucreris
cum ea,& non aliter,adhuc non eſt licitum, per iſtum tex.e-
contra illius lucro deſiet eſſe res, ad cuius periculum eſt, vt.ꝭ.
pro ſocio.ſi nullus.& l. ſi mancipia. de iure do. & uide quod
no.Bar.in l.quia poterat.ꝭ.ad Treb.

A D D I T I O.

a ¶ Licitus.Quando vnus ponit pecuniam,& alter operam cum hoc,ꝙ damnū, & lucrum ſit commune,licet multi teneant, ꝙ licitum ſit,tm̄ vide quomodo intelligi debeat per Soc.conſi.inc.dominus labia mea viſo inſtrumento.

---

2 *Frequenter extra id,quod agitur,tacita reſultat obligatio.*

1 §.Si libero.¶ † Ex contractu celebrato cum libero
hoīe,qui putabatur ſeruus naſcit̄ obliga
tio,& actio,inſpecta veritate potius,ꝗ̄ opi.cōtrahentis,ꝗ pu-
tabat non naſci.¶Item condictio indebiti, naſcitur ꝑter intē
tionem ſoluentis,qui non ſoluit eo animo,vt repeteret. h. d.
2 †Et idem in aliis condictionib.ob cauſam,uel ſine cauſa,ꝗ̄ di
cuntur oriri ex quaſi contractu,& extra id,quod agitur,& ad
hoc ſemper allegatur iſte tex.ꝙ frequenter extra id, quod agi
tur tacite,reſultat obligatio , quia inſpicitur potius quod eſt
in veritate ꝗ̄ quod eſt in opinione.facit.l.regula.§.qui ignora
uit.de iuris,& fac. igno.quod eſt verum in his , ꝗ̄ non depen-
dent duntaxat ab animo,alias ſecus,vt in aditione hæredita-
tis,quæ pendet mere ex animo,vnde ſi inſpicitur,quod eſt in
opi.vt ſi putabat ſe nō poſſe adire, licet re uera poſſit , nō va-
let aditio.ut l.cum quidam.§.qđ dr̄,& quod ibi no. de acqui.
hær.¶In tex.ibi,[vel prçſc.verb.]dicit Rich.Mal.qđ dictio[vl̄]
ponitur correctorie,contrarium formatur in l.at qui natura.
§.ſi libero.de nego.geſt.quia potius concordat. Sed oppo.ex̄
gl.ꝙ nulla naſcatur actio,uel obligatio , poſtquam cōtrahēs
errabat , & putabat non naſci.ut l.ſi ergo.ſ̄. ſi cert.pet. ſolus
ibi errabat in contractu , uel erat diſſenſus in ipſo contra-
ctu , quia vnus putabat facere vnum , alter alterum,hic non
erat diſſenſus in contractu,ſed erat error in iure,quod ex cō-
tractu ſequebatur,ſ.in actione, uel in obligatione, quæ non
putabatur naſci poſſe,cum poſſet , & iſte error non impedit
natiuitatem,ut hic patet.Idem ſi erat error in antecedēti, ꝗa
ſoluit quis ex cauſa,qua putabat ſe teneri,cum nō teneretur.
vt in fi.huius.§.

## LEX XIIII.

1 *Ex eodem facto poſſunt oriri duæ actiones contrariæ diuerſis reſpectibus.*
2 *Seruus in alienatione rei, & translatione dominii non poteſt præiudicare domino.*

1 SI ſeruus.¶†Ex eodem facto poſſunt oriri duç a-
ctiones contrariç diuerſis reſpectibus. h.
d.Et ſic poſſunt concurrere in origine , ſed executione
non,immo vna electa,altera fingitur nunquam nata,
vt C.de furt.l.j.nota.tm̄ ꝙ actio commodati naſcitur hic ex ꝯ
ctu,ſed actio furti oritur ex malignitate recipientis, & ſic ſūt
cauſæ

cauſæ diuerſæ, oriuntur tamen ex eodem facto. Si ergo eligo
actionem commodati, videor ratificaſſe contractum ſm,&
ſic non videris recepiſſe contra voluntatem meam, quia ra-
tihabitio retrotrahitur, & ſic fingeris non commiſiſſe furtũ,
econtra ſi ago actione furti, & conditione furtiua, videor re-
probaſſe contractum, & ſic fingitur actio ex contractu mihi
non acquiſita.Sed contra,quia hoc non eſt in poteſtate mea,
cum ſeruus acquirat domino,etiam inuito, vt l.ſeruus vetan
2 te.de verb.obl. †Solutio, verum eſt ex contractu ex quo ſolũ
acquiratur, non autem ex eo contingit aliquà alienatio, vel
translatio rei ipſius domini, nam in illa non poteſt ſeruus
præiudicare domino.vt l.ſeruus.C.de pac.

LEX XV.

1 *Ex commodato etiam de re.alien.facto, oritur commodati actio ad reſti-
tutionem rei.*
2 *Re aliena commodata,ſi cum commodante agente concurrat dominus agẽ
do rei vendicatione,quòd dominus præferretur,et quid ſi non ageretur,
ſed denunciaret.*
3 *Contra commodantem agentem ad reſtitutionem rei,non poteſt obiici ex-
ceptio dominii,quòd ipſe non eſt dominus,ſed alius,& quid in aliis con-
tractibus.*
4 *Commodator ſi agat rei vendicatione videtur ſe aſtrinxiſſe ad probandum
dominium,quod non probaret producendo inſtrumentum commodati.*
5 *Modi probandi dominium, remiſſiue.*
6 *Spoliatus agens rei vendica.contra ſpoliatorem ſufficit, quod probet poſſeſ-
ſionis ſpoliationem,non dominium.*

1 COmmodare. ¶†Ex commodato etiã
de re aliena facto oritur
2 commodati actio ad reſtitutionem rei.h.d. † ſi tñ
dñs concurreret cum eo agendo rei vẽdicatione,
præferretur dñs,ut ĩ.depoſiti.l.bonafides. ver.latro ſpolia.ſi au
tem non ageret,ſed denunciaret depoſitario, vt non reſtitue-
ret,tali denunciationi non ſtaret. vt ibi no. gl.in Auth.de de-
3 poſito,& denun.in prin.Sic ergo patet,†ꝙ contra commodã
tem agentem ad reſtõnẽ rei, non põt obiici exceptio dñij, ꝙ
a ipſe non dñs,ſed quidam alius[a] ẽt ſi commodatarius ſit para-
tus hæc probare quia hæc exceptio non excludit intentionẽ
agentis,ſecus ſi obiiceret de dñio proprio, ut d.l.bona fides.§.
fi.quod tñ limita, ut ibi dixi, niſi ageretur condi.l.ſi quis con-
ductionis. C.locati, quæ vtilis locum habet in aliis cõtractib.
vt no. in l.rem alienã.ĩ.tit.j.glo.hic tenent, & bene ſm Io.&
4 Azo.†ꝙ ſi ageret cõmodator non tanꝗ commodator, nec ex
contractu commodati, ſed tanꝗ dñs rei vendicatione,videtur
ſe aſtrinxiſſe ad probandum dñium,nec ſufficeret producere
in iudicio inſtrm commodati, quia non probaret dñium,li-
cet tñ non poſſit fieri de re aliena, ſed habet neceſſe probare
plenum dñium.Qui aũt ſint modi probãdi dñium dic,vt no.
in l.cum res. C. de prob. fallit in ſpoliato, qui agit rei vendi.
5 contra ſpoliatorem. †nam non habet neceſſe probare dñiũ,
6 †ſed ſufficit probare poſſeſſionis ſpoliatorem,quia præſumitẽ
dñs in odiũ ſpoliantis,ita intelligo.l.no. quam glo.allegat.C.
de pſc.30.an.l.ſi quis emptionis.§ ſed hoc ſuper illis.

ADDITIO.

a Quidam alius.Vide Bar.& ibi per Io. de Imo.& noui.in l.ſi alienam.ſo.ma.
& ibi per Bal.diſtinguentem, vt ibi per eum,& vide Bar.in l.legata.infra.
de adi.leg.Bal.in l.nec creditores. C.de pign.ac.& an venditor poſsit mi
hi emptori opponere,ꝙ non erat dominus vide gl.in l.cum res.C.de pb.

LEX XVII.

1 *Actio contraria,quæ datur commodatario poteſt ſtare,& intentari abſq;
eo,quòd intentetur directa per commodantem.*
2 *Actio commodati directa dicitur principalis, & contraria acceſſoria.*
3 *Ex contractu qualiter,& quando naſcitur actio directa, & contraria, vel
duæ directæ vna vni, altera alteri remiſſiue.*

1 IN commodato. ¶†Actio cõtraria,
quæ datur commo
datario,poteſt ſtare,& intentari abſque eo,ꝙ in-
tentetur directa per commodantem. h. d. Pone
exemplum ſi res commodata fuit reſtituta, nam poteſt agi
adhuc pro expenſis in ea factis,vt ĩ.eo.l.in rebus.§.poſſunt.&
2 §.fi.& no.ꝙ directa dicitur principalis, & cõtraria acceſſoria.
3 qualiter autem,& quando ex contractu naſcatur †directa,&
contraria,vel duæ directæ, vna vni, altera alteri,dic,vt no.gl.
in l.conſenſu.de ac.& obl.& hic per Bartol.

1 *Si commodans non patiatur commodatarium vti re ad vſum deſtinatum,
tenetur commodati contraria ad intereſſe.*
2 *Contractus a principio ſunt voluntatis,& ex poſtfacto neceſſitatis.*
3 *Qui poteſt non contrahere,poteſt contractum modificare.*
*Actio commodati eſt ciuilis.ibi.*
4 *Non debet quis decipi ex beneficio,ſeu legis auctoritate.*
5 *Commodatum eſt illud,quod fit ad certum, & determinatum vſum,& nõ
poteſt reuocari antequam ille ſit expletus.*
6 *Precarium,quod non fiat,ad certum vſum,& quòd ideo poſſit quandocun
que reuocari.*

1 §.Sicut autem. †Si commodans non patiatur
cõmodatarium vti re ad vſum,
deſtinatum,tenetur commodati ꝯria ad intereſſe.h.d. Et inci
pe caſum.ſ.de ver.[igitur,]& vſq; illuc præmittit quædam ad
2 euidentiam.†No.j.illud qđ allegat,ꝙ ꝯctus a prin. ſunt volũ
3 tatis,& ex poſtfacto neceſſitatis.¶†Item no.ꝙ qui põt non ꝯ
here,poteſt contractum modificare.facit.l. videamus. §.pen.
4 & l.in actionib.de in lit.iur.†Item ꝙ actio commodati eſt ci
uilis.¶Vltimo no.in fi.ꝙ non debet quis decipi ex beneficio,
alias l. auctoritate.facit l. j. C. de his, qui veniam æta. impe.
5 †Item allegatur iſte text.ꝙ cõmodatum eſt illud,quod fit ad
certum,& determinatum vſum,& antequam ille ſit expletꝰ,
6 non poteſt reuocari † Precarium[a] uero non fit ad certũ vſũ,
a ideo poteſt reuocari qñcunq;,quia ſi non poſſet nũc,nec vn
quam poſſet. Ideo proprietas redderetur utilis,quæ ratio ceſ
ſat in commodato.ita intellige glo.ſuper verbo.[officium.]

ADDITIO.

a ¶ Precarium.Quo differat a cõmodato. uide Bar.in l.2.ſ.ſi cer.pe.gl.in l.con-
tractus.de reg.iu.Bal.in l.2.C.e.Bal.in l.fi.in 2.col.C.de comp.vbi dixit, quod
precarium magis accedit commodato, quam depoſi.

1 *Ex plurib.reb.ſeparatis poteſt una peti,non aũt certa pars vnius corporis.*
2 *Creditor in x.ꝙ poſſit petere quinque tantum,& ea quinque debeat pete-
re,tanquam ex x.debitis.*
3 *Quod tunc aduerſarius poſſit excipere,ꝙ creditor,uel petat totum,uel ni-
hil,& ſi opponit valeat proceſſus.*

1 §.Duabus rebus. †Ex plurib. ſeparatis poteſt
vna peti,non aũt certa pars
vnius corporis.h.d.intellige de parte integra, ſed pars,quota
bñ poſſet peti, puta dimidia, uel tertia. vt in l.ſi ſtipulatus. ĩ.
de ſol.¶In tex.ibi.[eum qui carucã.]ꝗ conficitur ex plurib.re
bus ſimul iunctis.vt l.peculiũ. §. quadrigæ.de leg. 2. idem põt
dici in lectica fulcita,& multo minus,qñ eſt vna res,tñ indi-
uiſibilis,puta æquus,quia non poſſum petere pedem,niſi par
tes ſint ſeparatæ a toto. vt ĩ l.ſi ſeruus.§.pone.de cond.fur.ſed
2 †pone debes mihi.x.an poſſum petere.v.tmꝰ rñdeo, ꝙ ſic,ut
patet in l.ex toto.§.j.& in l.2.alias.3. de duob.reis.ubi poſſum
conuenire quemlibet ex pluribus reis debendi pro parte.Di-
cunt tñ Doc.ꝙ non debeo petere.v.tanꝗ mihi debita,ſed tã-
ꝗ pars maioris ſummę mihi debitę.vt not.in l.ſcire debemus.
de ver.ob.ſed certe ſi ſunt mihi debita, ergo & quælibet pars
iſtius ſummæ.alias non poſſet peti. Vñ non vr̃ illud neceſſa-
3 riũ.dicit tñ Gul.de Cun.† ꝙ licet poſſim petere,[a] aduerſarius
a poteſt excipere,ꝙ uel petam totum,vel nihil,ne in plura iudi
cia diſtringatur,arg.l.ne plures. ſ. de exercito.ſi tñ non oppo-
nat, valet proceſſus, & debet condemnari,quia recte petitũ
eſt, hoc ẽt no.in l.quidam exiſtimauerunt.ſ.ſi cert.peta.ſed ſi
peterem partem integralem puta, pedem equi,ẽt ſi non op-
poneretur exceptio,debet ſequi abſolutio,quia non recte pe
titum eſt,ut hic dicitur, & ita declaro dictum Gul.

ADDITIO.

a ¶ Poſſim petere.Adde Bar l.quidam exiſtimauerunt.ſi cer pe.& in l.non eſt no
uũ de actio.emp.Ang.Io.de Imo & Bal.in l.j.ĩ de acq.hær.Bal.in l.ſi mihi & ti-
bi.de leg.1.Bar.in l.ſcire debemus.de uerb.obl. & ibi Imo. An.in l. cum quædã
puella.de iur.om.iu.Bar.An.Ro.in l ſi idem cum eodem.de iur.om.iu. Bar.in
l.prætor.§.2 plures ad fi.ĩ.de iniuriis.Inno. in c.cum M.Ferra.de conſti. bar.in
Auth qui ſemel de prob.

1 *Actio commodati contraria competit,ut commodans reddat rem in ſuam
poteſtatem reuerſam,uel æſtimationem receptam.*
2 *Commodatario qui ſoluit æſtimationem pro re commodata,qualiter, &
quando competant tres actiones contrariæ, & quando res reuerſa ad
dominum.*
3 *Quòd tunc electio iſtarum actionum ſit commodatoris,ſed quo ad ſolutio
nem,ꝙ actio ſit commodatarii,ante litem conteſtatam, an ſoluat æſti-
mationem receptam,uel rem,niſi commodatarius,iam eſſet effectus do
minus,uel quaſi.*

1 §.Rem commodatam. †Actio ꝯmodati
ꝯtra ꝯpetit,vt cõ
modans reddat rem in ſuam poteſtatem reuerſam, uel æſti-
mationem receptã.h.d.¶In fi.gl.ibi [prima eſt uerior.]tu dic
ſm Ia.Bu.& Bart.ꝙ huic cõmodatario cõpetũt tres actiones
ꝯtrariæ cõmodati,ꝗ dantur alternatiue ad rem,uel ęſtimatio
nem,ut hic, & ſi iſta intentetur. Verũ dicit gl.ꝙ erat in ele-
ctione cõmodantis,& poterit eligere vſq; ad ſñiam,quam re
ſtituat.l.plerunq; in fi.de iure do.iũctis his,ꝗ hñr in l.cum qui
certarum.de ver.obli. Itẽ cõpetit ꝯdõ, ſine cauſa ad repeten-
dum æſtimationem, tanꝗ cauſa redacta ad non cãm.ut l.2.
de condic.ſine cauſa.& ſi iſta intentẽ habebit commodator
facultatem reſtituendi rem vſq; ad litẽ cõte.ſuper æſtimatio-
2 ne,poſtea non. † Sed debebit fieri condẽnatio,quod plus eſt.
vt l.ſi ſtipulatus fuero.x.in melle.de ſol.& ſ.de eo, qđ cer.loc.
l.3.§.j.uer.& gñaliter.Item habet rei vẽdicationem,vel publi
cianã,& iſta competit ad ipſam rem,quam videt commoda
tarius emiſſe ſoluendo æſtimationem,& ſi iſta intentetur,vi
detur ſentire prædicti Doc.ꝙ poſſit cõmodator ſoluere ęſti-
mationem

mationem vſq; ad li.conte. nõ poſt,quia iſtarum actionum
electio eſt cõmodatarii,cui competunt,ſed rerũ electio ꝯpe
tit commodati mõ ꝑdicto per d.l.iii.§.j.tu dic melius, & ſub
tilius in hoc vlt.& plene no.per Dy.in reg.poſſeſſor.de re.iu.
in vi.nam rei vendicatio nõ cõpetit,niſi qñ ſoluens æſtima
tionẽ habebat rem penes ſe,& recipiẽs ſciebat,tũc.n. ſtatim
efficitur ſua,vt in l.eius rei.cum l.ſeq.ſ.de rei ven.idem,ſi nõ
erat penes eũ,ſed poſtea adeptus eſt poſſeſſionẽ de voluta
te commodantis,quæ ſp præſumitur, ex quo recipit æſtima
tionem,ſed ſi non erat,nec poſſeſſionẽ adeptus eſt,vel erat,
& ꝯmodator ignorabat,effectus dñs,vel quaſi dñs,& hoc ca
ſu,qñ non eſt adhuc effectus,loquit̃ iſte tex.vt l.ij.de cond.ſi
ne cã,& procedunt tria,quæ ſuperius dicta ſunt,ſed ſi iam ef
fectus eſt dñs,vel quaſi dñs,põt agere ad rem,nec audit̃ com
modator offerendo æſtimationem,ẽt ante li.cont.ſed ꝑcile
cõpellit̃ reſtituere per l.ſi culpa.ſ.de rei vẽ.in fi.vbi eſt caſus.
Idem vr̃,ſi non adhuc eſt effectus dñs,vel quaſi,tñ commo
dator cederet ſibi vendicationem ꝯ poſſeſſorẽ,vt ea.l.ſi cul-
pa.ver.cum tñ.quia actionem poterit intentare ꝯ ipſum ce-
dentẽ,vt in illa l.ſi culpa.ver.ipſo quoq;.ad quod vide,quod
no.Bar.in l.j.§.fi.de ope.no.nun.

LEX. XVIII.

1 *Commodatarius,quando de leuiſſima culpa, & non de caſu fortuito teneatur.*
2 *Culpa leuiſſima eſt non facere illud,quod diligentiſſimus paterfa. faceret,& puid ſit leuis,vel lata culpa,remiſſiue.*
3 *Caſus fortuiti dicuntur illi,quib.reſiſti non poteſt humano ingenio, vel diligentia.*
4 *Culpa quando præceſſit caſum,non dicitur propriæ caſus fortuitus.*
5 *Commodatum,licet fiat grati a accipientis tantum,aliquando tamen fit gratia vtriuſq;,& aliquando dantis tantum,& tunc non habet certam naturam commodati.*
6 *Mandatarius,quando teneatur de leuiſsima culpa,& quando de leui,vel de dolo,& lata culpa.*

1 IN rebus. †Commodatarius tenet̃ de leuiſ
ſima culpa , ſi ſui gr̃a tñ fuit fa-
ctum commodatum , non de caſu fortuito, niſi
culpa ꝓcedat,ſed ſi gratia vtriuſq;, tenetur de leui
tñ.h.d.vſq; ad §.ſiue autẽ.allegatur iſta lex ad plura,primo,
2 †ꝙ culpa leuiſſima eſt non facere illud,quod diligentiſſim⁹
pr̃fa.faceret,vt in prin.l.quid aũt ſit leuis culpa,vel lata, dic,
3 vt in l.qđ Nerua.ĩ.depo.† Item allegatur poſt prin.ꝙ illi dñr
caſus fortuiti,quib.reſiſti non põt humano ingenio,vel dili
4 gentia.†Item allegatur,ꝙ qñ culpa ꝓcedit caſum,nõ dr̃ pro
prie caſus fortuitus,iõ qs de tali caſu tenet̃.Intellige, qñ ꝓceſ
ſit talis culpa,de qua ipſe tenetur, nõ aſr. Nam ſi eſſet ꝯctus
gr̃a vtriuſq;,vel dãtis tñ,& ꝓcederet culpa leuiſſima, de qua
5 non tenetur,ſiſr non tenebitur de tali caſu.¶Item not.ꝙ li-
cet commodatum fiat gratia accipientis tantum, aliquãdo
fit gratia vtriuſq;,vt hic,& aliquãdo dantis tantum,vt l.ſi vt
certo.§.interdum.& tunc non habet certam naturam com
modati,q̃a non venit leuiſſima,ſed leuis tñ,qñ gr̃a vtriuſq;,
6 vel dolus,& lata culpa,qñ dãtis tñ,vt in d.§.interdũ.†Quid
autem in mandato?quidam diſtinguunt eodem modo glo.
hic,quæ incipit[hanc]dicit ſemper venire leuiſſimam per l.
a procuratore.C.man.dic hoc verum, qñ mandatur aliquid
quod requirit exactiſſimam diligentiam, vt in procuratore
conſtituto ad lites, & ita loquitur illa l.ſi autem exactam tã
tum,vt in conſtituto ad gerenda negocia, tenetur de leui tã
tum,ſi nullam,vt in fideiuſſore,qui habet mandatum de ſol
uendo,in quo non venit aliqua induſtria , tenetur de dolo,
& lata culpa,vt in l.ſi fideiuſſor man.& ita tradit Bar. in d.l.
quod Nerua.& in l.eum qui.ĩ.de fur.vbi omnino vide.

1 *Pro culpa commiſſa in faciendo, quæ actio competat.*

1 §.Siue autem. ¶†Pro culpa commiſſa in facien-
do cõpetit actio ex eo contractu,
& etiam.l.Aqui.& facta exactione ex vna tollitur altera.h.d.
Sed ſi committitur in non faciẽdo actio.l.Aqui.non compe
tit,vt ſ.de vſufru.l.ſi cuius.§.de præteritis.¶In tex.ibi in fine.
[actum fuerit]ſupple & exactum , quę ſunt perſecutorię,vt
l.item illa.in fi.ſ.de conſti.pecu.& infra pro ſocio.l.rei com
munis.cum l.ſequen.& quod ibi no.videtur tamen, ꝙ actio
l.Aqui.in eo,quod excedit, non tollatur per actionem com
modati,vt infra e.l.vnde quæritur. circa finem. vel dic,vt ibi
dictum fuit.

1 *Pro expenſis factis in re commodata,competit commodatario actio contraria,niſi ſint expenſæ cibariorum,vel aliæ paruæ expenſæ.*
2 *Impenſæ pertinent ad illum qui habet vſum,& vtilitatem,ex re quæ cibatur.*
3 *Quod iuris eſt de expenſis cibariorum,idem de aliis, ſi ſint paruæ.*

1 §.Poſſunt iuſtæ cauſæ. Pro†expẽſis factis
in re commodata
competit commodatario actio ꝯtria,niſi ſint expẽſæ cibario
2 rum,vel aliæ paruæ expenſę.h.d.†no.& ſemper allegatur, ꝙ
impenſæ pertinent ad illum , qui habet vſum & vtilitatem
ex re,quæ cibatur,& ideo ad creditorem qui habet rẽ pigno
ri,vel ad depoſitarium non pertinent,quia nõ habuit vſum
3 rei,vt ĩ.ti.prox.l.ſi neceſſarias.in prin.¶†Item no. ꝙ iuris eſt
de impenſis cibariorum,idem de aliis, ſi ſint paruæ. Sed in ꝑ
cedentibus non diſtinguitur,ſi ſint paruæ vel magnæ,nõ eſt
ergo curandum de modico,quãtum ad illum qui hẽt vſum
rei,vt hic,nec quantum ad actionẽ de dolo,extra iſtos duos
caſus,ſecus vt Inſt.de re.diui.§.gallinarum.& no.per Dy.in l.
ſi proprietarius.de dam.infe.

1 *Commodans tenetur actione contraria,ſolum de dolo,& lata culpa.*
2 *In contractib.qui celebrantur gratia vtriuſq;,ad quid teneatur,qui tradit rem vitioſam.*

1 §.Item qui. † Commodans tenetur actione ꝯtria,
ſolũ de dolo,& lata culpa. h.d. Quod
ergo dicitur in l.ſi vt certo.§.nunc videndum , procedit in a-
ctione directa commodati,in qua venit culpa leuiſſima,q̃a
fit gratia commodatarii,ſed in contraria venit dolus,& lata
culpa tantum,quia non fit gratia commodantis,vt hic,& ĩ.
e.l.pe.in actione autem depoſiti ꝯtria venit leuiſſima culpa,
2 vt l.quod ſeruus.§.ſi vero.ĩ.de condi.furti.†In aliis autem cõ
tractibus qui celebrantur gratia vtriuſque, aut loquimur in
contractu emptionis,& venditionis, & tunc ad quid tenea-
tur,qui vendidit vas vitioſum,dic,vt ĩ.de actio. empt.l.tene-
tur.§.ſed ſi vas. & l.Iulia. in ꝯtractu vero locationis dic vt l.
ſed addes.ĩ.loca.in contractu vero mandati,dic , vt l.ſeruus.
§.quod vero.

1 *Commodatarius quo iure,& actione pro expenſis ſubueniatur.*
2 *Actio quomodo ſit vtilior,quam exceptio.*
3 *Expenſæ vtiles,ꝙ poſsint repeti,licet excedant valorem rei.*
4 *Si peto a te viginti,et tu obiicias cõpenſationem de aliquo debito,in quo tibi teneor in triginta,ꝙ fiat compenſatio in viginti, & in reſiduo nõ debeam condemnari,niſi per viam reconuentionis petiiſſes me condẽnari,alias petitur in alio iudicio.*

1 §.Quod autem. †Commodatarius pro expen
ſis non ſolum habet actionẽ
ꝯtriam,ſed etiam habet exceptionem,& retentionem,tamẽ
actio poteſt eſſe vtilior,vt quatuor probatur exemplis. h.d.
2 ¶†In textu.ibi.[ſed fieri poteſt.]reſpondet tacitę obiectioni,
nam poſtquam prouidet per viam excipiendi, & retinendi,
ad quid fuit vtile prouidere ſibi de actione contraria ? & re
ſpondet,quia poteſt eſſe vtilior actio,q̃ exceptio,& hoc pro
bat quatuor exemplis.Primum,ſi res commodata valebat.
xx.& expenſæ aſcendebant ad 30 nam non ſufficeret excipe
re,niſi vſq; in xx.expedit ergo poſſe agere, quia conſequere-
3 tur 30.¶†No.ergo mirabile, quod licet expenſæ excedãt va
lorem rei,ſi erant vtiles , poſſunt repeti.In contrarium facit
4 l.ſi ſeruus.infra ti.j.¶†Item per iſtum tex.terminauit Gui.de
Cun.quod ſi peto a te xx.& tu obiicias compenſationem de
aliquo debito,in quo tibi teneor in xx.quod debeat fieri cõ-
penſatio in xx.in reſiduo non debeo condemnari,& hoc pa
tet,quia dicitur hic , quod habet neceſſe illud petere in alio
iudicio,& ita no.in authen.conſequenter.C.de ſent. de quo
eſt caſus hic.hoc verum,niſi per viam reconuentionis petiiſ
ſes me condemnari, vt ibi nõ.alia exempla ſunt clara , quæ
hic ponuntur.

LEX. XIX.

1 *De damno dato a tertio non tenetur commodatarius , vel conductor.*

1 ADeos qui. †De damno dato a tertio nõ
tenetur commodatarius, vel
conductor.h.d.intellige,niſi culpa præcedat, vel
datum ſit propter inimicitias, quas ille habebat
cum commodatario,vel conductore, vt l.ſi mer
ces.§.culpę.ĩ.loca.

LEX XX.

1 *Res ſi culpa nuncii perdatur,cuius periculo pereat.*

1 ARgentum. ¶†Si res culpa nuntii[a] per
a datur , perit periculo com
modantis,ſi commodatarius res remittens non
fuit in culpa malę electionis.Videtur autem fuiſ-
ſe in culpa,ſi fuiſſet actum tacite,vel expreſſe , vt
non remitteret per alium,ſed per ſeipſum,vt no.ĩ.eo.l. eum
qui.cum l. ſeq. item loquitur iſta l.in debitore certæ ſpeciei,
non quantitatis,vel generis,ſicut caſus ipſum non excuſaret
l.incendiũ.C.ſi cer.pe.ita nec culpa, vt l.ſi quis vxori.§. apud
Labeonem.& quod ibi per Dy.& Bar.ĩ.de fur.e.ti.l.ſi ſeruus.
§.hæc ita puto vera.

ADDITIO.

a ¶ Nuntii. Vide Bal. in l. 1.C. depoſi.Can.in c.i.de comm.ubi dicit, quòd furtum factum a famulo dicitur fortuitũ,qđ tenet Bald.in conſi.88.1.lib

LEX XXI.

1 *Commodator ſurripiendo rem ſibi commodatam, non tenetur actione furti commodatario, ſed tenetur actione contraria ad reſtitutionem æſtimationis, quam recipit.*

1 REm mihi ¶† Commodator ſurripiẽdo rẽ ſibi commodatam, non tenetur actione furti commodatario, ſed tenetur actione contraria ad reſtitutionem æſtimationis, quam recipit. hoc dicit. ¶In gl. ſuper verbo [vtile] ibi, & condictione ſine cauſa. l. 2.] hoc reprobat Bar. nam ibi agendo condictione ſine cauſa non impugnat ſententiam, ſed hic impugnaret, poſtquam tempore quo ſoluit eſtimationẽ, res erat apud commodantem, & ſic non debebat ſoluit in l. contraria nõ erat, vnde iuſte fuit ſoluta. dic ergo, ꝙ hic non competit condictio ſine cauſa, ſed ſolum actio commodati ꝯria per quam nihil datur contra ſententiam, ſi peto intereſſe meum, & vide Cy. de re iu. l. j.

1 *Dolus ſerui commodantis, non commodati cum re, non excuſat ab actione directa commo. ſed facit ipſum teneri furti noxaliter.*

1 §. In exercitu. ¶† Dolus ſerui commodantis, non commodati cum re nõ excuſat ab actione directa commo. ſed facit ipſum teneri furti noxalr. h. d. Et iſtud poteſt eſſe minus. ꝗ teneri actione commodati. Videbatur, ꝙ contubernales eſſent excuſati duplici de cauſa. Primo, quia cum negligentia olim etiam iſtius commodantis res perijt, ſed certe ad hoc reſpondet gloſ. j. nam ſatis eſt, ꝙ ipſe commodans damnificetur in rata ſua, quia fuerunt iſta vaſa tradita cõmuni periculo, vnde non poterit recuperare ab aliis, niſi pro parte, ſecus, quando plures ſunt ĩ dolo, qa vnus conuentus ex communi, alius non recuperat ab aliis, vt in l. §. j. §. nũc tractemus. de tutel. & ra. diſtra. alia ratio; videbatur quia iſtud furtum fuit factum per ſeruum ipſius commodantis, vnde non videbantur alii teneri, ut ſ. eo. l. ſi vt certo. §. ſi me rogaueris in fi. Sed certe ibi loquitur in ſeruo commodato cum re, cuius dolus nocet commodanti. hic in non cõmodato etiam re, & ibi no. ¶Vltimo no. ꝙ quilibet teneatur inſolidum hac actione ſecundaria, quæ datur ꝑ communem culpam, vt ſ. e. l. ſi vt certo. §. ſi duob. in fi. So. hic vr̃ actũ, ꝙ qlibet teneatur pro parte, qa fuit dictum, qđ cõmuni periculo, ideſt ꝙ ad quemlibet periculum pertineat pro parte, ut ibi no.

LEX XXII.

1 *De furto facto per ſeruum commodatum, commodans tenetur noxaliter tantum, ſi fuit ignorans, ſed ſi ſciens, tenetur inſolidum.*

1 SI ſeruus meus † De furto facto per ſeruum commodatum commodans tenetur noxaliter tantum, ſi fuit ignoras, ſed ſi ſciens, tenetur inſolidum. h. d. ¶In tex. ibi, [contraria actio commodati. [ſcilicet ad emendationem damni, & vt non poſſit tradere ſeruum pro noxa, ſed præciſe compellatur emẽdare.

LEX XXIII.

1 SI commodauero. †Iſta lex fuit lecta cum l. eum qui ſ. e. & ſic nõ ſummatur.

## De pignoratitia actione. Rub.

1 *Differentia inter pignoratitiam actionem, & hypothecariam.*

1 †¶ Quæ ſit differentia inter pignoratitiam actionem, & hypothecariam. vide gl. quæ ſemper allegatur in prima conſtitutione huius voluminis, quæ incipit, [obligatus] §. 3. inſup. & ex glo. huius rubricæ colliguntur tres differentiæ, nam iſta eſt perſonalis, illa eſt realis, & ſic datur contra quemlibet poſſeſſorem. l. ſi fundus. §. vendicatione. ſ. de pig. iſta non, niſi cũ quo fuit celebrat9 ꝯtus, uel cum hærede eius. Item illa datur ſolum creditori, iſta vero debitori directa, & creditori ꝯria. ſ. eo. l. ſi neceſſarias. Item iſta non datur niſi debito ſoluto, uel aliter ſatisfacto, illa vero tunc non datur, immo extinguitur, ſicut ꝑſonalis, ut ſ. qb. mo. pig. vel hyp. ſo. l. ſoluitur. in pri. §. j.

LEX PRIMA.

1 *Obligatio pignoris qualiter contrahatur.*
2 *Hypotheca poteſt contrahi ſolo cõſenſu ſine traditione, & ſi ſequitur poſtea traditio, & res ſit mobilis, dicitur proprie pignus.*
3 *Aliud eſt pignorare, aliud eſt dicere velle pignorare, niſi procedatur ad verba de præſenti.*
4 *Differentia inter pignus prætorium, & conuentionale.*
5 *Obligatio pignoris, vel hypothecæ non poteſt conſtitui niſi in certo, & determinato corpore.*
*Accidens non poteſt ſtare ſine ſubiecto.*
6 *Venditio poteſt contrahi in re incerta, & indeterminata.*
7 *Contractus quando non ualet ex eo, ꝙ vna pars fuit decepta, uel per dolum inducta, valebit tamen ſi pars decepta uult.*
8 *Dictio præter, quando ponatur incluſiue, remiſſiue.*
9 *Si reperiatur in inſtrumento, ꝙ aliquis mutauit mihi decem ſuper tali re, iſta uerba important, ut videar rem illam obligaſſe.*
10 *Debitor dando pignori rem æream, ſi affirmauit auream an teneatur crimine falſi, cum deceperit creditorem, remiſſiue.*

1 PIgnus. ¶† Obligatio pignoris ſolo ꝯſẽſu ꝯhitur, & ſi partes cõſentiũt in certo corpore, in illo cõtrahitur, ſed ſi aliud corpus tradatur, uel licet non ſi eius bonitatis, cuius fuit dictum, hoc caſu tamẽ ꝯ debitorẽ decipientẽ dať creditori pignoratitia. h. d. & ꝯria ꝑpvltimum. l. iſta fuit poſita in hoc titu. nam propter plura, melius caderet in titul. de pigno. & incipias caſum in ver. ſi igitur. videbatur enim, ſi oſtendidiſti mihi vas aureum, quod dicebas te traditurum pignori, poſtea dediſti aliud non aureum, ſed æreum, & ego recepi per errorem, quia erat ſimile ille, ꝙ pignus eſſet cõtractum in ſecundo, non in primo, quia pignus dicitur a pugno & non conſtituitur niſi in re, quæ traditur, vt ſ. cod. l. ſi rem. §. proprie, ſed contrarium eſt, quia immo fuit conſtitutum in primo. licet non fuit traditum, quia in illo conſenſimus ambo, ſed in hoc ſecundo non conſenſi. Nec obſt. contrarium, quia hic loquitur de pig. improprie, id eſt hypotheca, †quia
2 poteſt contrahi, ſine traditione ſolo conſenſu, ut in prin. hui9 l. & dicitur pignus largo modo, ſed poſtquam peruentum eſt ad traditionem, ſi erat res mobilis, dicitur pignus proprie lo-
3 quendo. ¶† Sed opp. ſi tu dixiſti te traditurum pignori obligatio non eſt adhuc contracta, quia fuiſti locutus per verba de futuro. aliud enim eſt pignorare, aliud dicere te uelle pignorare, & ad hoc. ſ. de conſtit. l. qui autem. §. i. dicit Guliel. de Cu. quòd ibi quando non dixiſti de certo corpore, hic quando de incerto. Vel aliter etiam ſi dixiſti de certo corpore per verba de futuro, non eſſet contractum pignus ſi vlterius non eſſet proceſſum ad uerba de præſenti, ut ibi dixi. Sed hic fuit proceſſum quia fuit traditum. Aliud per verba de præſenti, ꝗ verba trahuntur ad primum vas in quo conſenſi, & in hoc
4 ſecundo nihil operatur. hoc vult iſte tex. no. ¶ †In gl. 3. in fin.
a adde alias tres differentias, [a] nam pignus prætorium poteſt cõtrahi in re minoris, vel pupilli, ut in l. hæc autem. ſ. quibus. ex cau. in poſ. ea, ſed conuentionale, non, niſi ſubſiſtat cauſa, & cum decreto iudicis per titulum de reb. e. Item de pignore ꝑtorio, nam attenditur ordo temporis, vt ſ. qui po. in pig. ha. ꝑ totum, & in regula qui prior. de reg. iu. Item pignus prætoriũ tenetur quis reſtituere non ſolum cum ſibi ſoluitur, ſi ꝑpter non ſolutionẽ fuit conſtitutum, ſed ẽt cum cauetur de dolo inſtanti, quando fuit conſtitutum propter contumaciam ſe non defendendo, vt l. ſi pecuniæ. §. ſ. vt in poſ. ſed conuentionale non tenetur creditor reſtituere, niſi ſoluto debito, vł aliter ſatisfacto, vt ſ. e. ſi rem. §. omnes. & no. iſtam gl. quæ ſemp allegatur de differentiis, quæ ſunt inter pignus conuentionale, & prætorium. ¶In gl. ſuper verbo [quod magis.] ibi, [non
5 tenet, quia non poteſt oſtendi &c. ¶† Not. gl. ꝙ oblͦ pignoris vel hypothecæ non poteſt conſtitui niſi in certo, & determinato corpore. Ratio eſt, quia eſt oblͦ realis, & contrahiť in
6 ipſa re. †Requiritur ergo ſubiectum, ſine quo accidẽs ſtare ñ
7 poteſt, ut l. ſi ſeruum. §. j. ſ. de act. empt. † venditio bñ põt ꝯhi in re incerta, & indeterminata, qa ex ea non ꝯtrahitur oblͦ realis, ſed perſonalis. Vnde non requirit ſubiectum rei vel ꝑſonæ. Potes enim mihi vẽdere nõ hoĩem in genere, ſed obligare. Vult ergo dicere gl. ꝙ in l. qui tñ allegata ꝑ ꝯrio, iõ non valet venditio in re, qñ fuit erratum in ſubſtantia eius, ut cũ putabatur eſſe de auro, & erat de ære, quia licet non valet in illa, remaneat valida in alia re in gñe, ꝗ ſit de auro. & ſic poterit conueniri venditor. vt det rem auream in genere, quia ſic videtur facta venditio, non autem illa, quam oſtendit. Sed in pignore, ſi non valeret in re oſtenſa, non remaneret validum in alia re non oſtenſa in genere, quia ſic contrahi non poteſt. Sic ergo ſequitur, quòd ideo ibi non valet venditio, quia intereſt emptoris decepti, quòd valeret in illa re, ſed in alia. Hic ideo valet pignus, quia ĩtereſt creditoris, ꝙ valeat in alia: & hæc ẽ ĩtẽtio gl. ex qua no. ꝙ qñ ꝯtus nõ valet ex eo, ꝙ vna

ADDITIO.

a ¶ Tres differentias. Adde inquantum ponitur differentia inter pignus prætorium, & conuentionale, quòd eſt differentia, qa in pignore ꝑtorio debitor liberatur in totum, licet pignus non ſit idoneum, vt eſt tex. in l. a diuo Pio. §. ſi pignore. de re iu. ſecus in conuentionali. l. creditor, qui non idoneũ. ſupra ſi cer. pe. & uide no. in auth. hoc ſi debitor. de pig.

vna pars fuit decepta,vel per dolum inducta,illa pars vult ni
hilominus valere,& valebit,& non poterit ꝯ eā allegari de-
ceptio,licet ipſa bene poſſit allegare pro ſe, ſi vult non vale-
re.facit.ī.de l.commiſſoria.l.ij.cum concor.& no.in l.elegan
8 ter in prin.ſ.de dolo.per Bar. ¶†In gl.fi.de nā iſtius actionis p̄
a ter[a] qñ ponatur incluſiuè,vel excluſiuè. vide ī. de annu.le.l.
9 Seio.§.vxori.p Bar.& adde,quod idem no in l. patronus.§.2.
b de le.3.item ſcias,ꝙ ſi†reperitur in inſtrō, ꝙ aliqs mutuauit[b]
mihi.x.ſup tali re,iſta verba important,vt videar rē illā obli-
gaſſe,vt ī.de le.2.l.codicillis.§.inſtituto,& ibi p Bar.adde l.fun
10 dus.de annu.lega.†item an in vltimo caſu huius.l.debitor te-
neatur crimine falſi,qui decepit creditorem. vide in additio-
ne Spe.in ti.de fal.

ADDITIONES.

a ¶ Præter.uide tex.in Auth.hoc amplius ibi pōderatum a Bal. C. de fidei.& vide Old.conſi.49.Ro.conſi.339.

b ¶ Mutuauit mihi.Sequitur Rom.ſin.ſuis fol.14.

1 *Secundus creditor non poteſt ſuccedere in ius prioris creditoris,ex conuē tione facta cum debitore cum deſinit eſſe dominus rei pignoratæ.*

2 *Debitor,ꝙ rem pignoratam,ſed non traditam alteri vendendo & traden do,transferat dominium.*

3 *Res aliena,ꝙ non poſſit obligari.*

1 SI debitor. †Secundus creditor non pōt ſuccede-
re ī i⁹ prioris creditoris, ex ꝯuentione
facta cū debitore,cū deſinit eē dñs rei pignoratę.h.d.ſe
c⁹ ſi añ dūmō plura ꝯcurrāt,q̄ no.p gl.in l.Ariſt.ī.q̄ res
2 pig.ob.po.¶†In tex.ibi,[pignori datā.]ſupple,& non traditā
creditori.Vñ ſi debitor alteri vēdat,& tradat, transfert dñiū,
cū ſua tñ cā,& obl̄one,ut ī.e.l. ſi cōuenerit.§. ſi fundus.ſi er-
go poſtea recipiat ab alio pecuniam mutuo, vt creditori ſol-
uat,& illa ea.res ſit illi mutuanti obligata, & ſuccedit in ius
3 creditoris,tale pactū nō valet.†qa factū ſup re aliena, q̄ ipſe
debitor obligare nō potuit,vt ī.e.l.aliena.ſecus ſi alteri ñ vē-
didiſſet,vel ſaltē ñ tradidiſſet,& ſic adhuc eēt dñs. in d.l.Ariſ.

LEX III.

2 *Venditor cenſetur habere fidem de precio,qñ tradit rem non percepto precio,ſi ſperabat ſtatim ſe percepturum,& non percepit,ideo nō trāſ-fert dominium.& quo remedio ei ſuccuratur, & nu.1.*

3 *Reſtituens pignus ſub ſpe ſtatim percipiendi debitum,ſi non percepit,hēt actionem ad exhibendum,& ēt hypothecariam,& actionem facti ad pęnam,ac pignoratitiam contrariam ad intereſſe.*

1 SI quaſi. †Qui reſtituit pignus ſperans ſe ſtatim per
ceptùrum debitum,ſi non percepit,nō cē-
2 ſetur ius pignoris remiſiſſe.h.d.& allegatur†ꝙ venditor
non cenſetur hr̄e fidem de precio, qñ tradit rem non
percepto p̄cio,ſi ſperabat ſtatim ſe percepturū,& non perce-
pit,& ideo non trāſfert dñium,vt ī.de tribu.l.procuratoris.§.
ſi plures,circa fi.& adde quod ibi dixi. ſm Bal. in tex.ibi ꝯria
3 pignoratitia.ſ.ad intereſſe† Si habet ergo iſte creditor actio-
nem ad exhibendum ad rem, vt in tex.& etiam hypotheca-
riam,quia pignus non eſt extinctum,quæ datur contra quēli
bet poſſeſſorem, & de iſta non hic mentio habet ēt actionē
furti ad pœnam,vt ſ.& pignoratitia ꝯriam ad intereſſe,vt hic
& vide quod no.Cy.C.de rei ven.l.in ciuili,& dicit Ray.ꝙ iſta
l.non eſt alibi.

LEX IIII.

1 *Creditor quando poſſit iure creditoris pignus vendere, & transferre dominium.*

2 *Si inter debitorem,& creditorē actum ſit,ꝙ poſſit pignus vēdere,vel nihil actum ſit,ꝙ ante venditionem requiratur vna denunciatio,& ēt lapſus certi temporis,ſi aliud non appæret actum.*

3 *Si fuit actum,ꝙ pignus vendatur,ꝙ tamen poterit vendi trina monitione ſeu denunciatione præmiſſa,cum lapſu alicuius temporis.*

4 *Quòd vltra illas denunciationes requiratur alia admonitio,ut debitor ueniat & aſſiſtat venditioni pignoris,ſi vult,& ſi non fiat, valet tamen venditio,ſed tenetur venditor ad intereſſe.*

5 *Poteſt per pactum fieri, ꝙ nulla fiat admonitio.*

6 *Caſus in quo ille qui non eſt dominus,transfert dominium.*

7 *Si creditor non poſſidens agit hypothecaria cōtra tertium poſſeſſorem,& ab eo recipit litis æſtimationem,quia non reſtituit quare ille non efficiatur dominus.*

8 *Creditor ſi tempore quo vendit rem obligatam non poſſidet,ſi inducat emptorem in prædium,ꝙ transferat dominium.*

9 *Si dixit,vendo ius ꝙ habeo in hac re,non trāsfert dominium rei,ſed ius pignoris.*

10 *Quare ſufficiat petere apoſtolos,ſæpe,ſæpius, & inſtanter.*

11 *Quando requirantur tres denunciationes,quantum interuallum requiratur tunc inter vnam denunciationem,& alteram,& quantū inter tertiam,& venditionem pignoris.*

1 SI conuenerit. †Creditor pōt iure creditoris pi
gnus vendere,& trāſferre domi
nium licet aliud non habet ſiue fuerit expreſſe actum,
ꝙ non poſſit,ſiue nihil dictum fuerit,ſiue non etiam a-
ctum fuerit ꝙ poſſit,dummodo hoc ult. caſu interueniat tri
na denūciatio.h.d.cum l.ſeq.& ſemper allegatur. In glo.2.ibi
nulla denūciatione facta glo.in l. creditor hypothecas. C.de
diſtr.pig.dicit,ꝙ in primo caſu huius.l.qñ fuit actum,ꝙ poſſit
vendere,nulla deuūciatio eſt neceſſaria,nec olim,nec hodie,
ſed in ſecundo caſu qñ nihil fuit actum,requiritur vna denū-
ciatio,& illa ſufficit, quod vr̄ intelligendum ſm iſtam glo. ꝙ
requiratur hodie,ſed non olim,in tertio vero caſu, ꝙ requi-
2 ratur trina.†Mihi vr̄,ꝙ tam in primo, q̄ in ſecundo requirat̄
denunciatio,vel aliud, quod pro denūciatione hr̄, per quod
conſtituatur debitor in mora,puta lapſus temporis. Poſito.
n.ꝙ ſit data licentia vēdendi debet intelligi data ſub condōne,ſi debitor eſt in mora,alias non debet puniri, & iſta eſſet
magna punitio,quia perit dominium rei ſuæ, ut iſtud ſit ve-
rum non ſolum hodie,ſed etiam. Nec obſt.l.fin.de iure do.
impet.qa dico, ꝙ olim requirebatur denūciatio,& debitore
conſtituto in mora,ſtatim poterat creditor vendere, hodie
vero declaratur per illam.l.ꝙ ſi fuit actum ſpecialr̄ aliqd ſup
a venditione,illud ſeruetur,[a] ſi non apparet aliter actum, tunc
vltra denunciationem,per q̄ fuit conſtitutus in mora, requi-
ritur ēt lapſus certi temporis,de quo ibi, & hoc additur ad iu
3 ra vetera.†& aduertendum,quia per illam. l. non corrigitur
ꝙ hic hr̄ in tertio caſu,de trina monitione,nam ēt hoc reqri
tur ſi fuerit actum, ꝙ nō vendatur,ſed vltra illas admonitio-
nes,requiritur ēt lapſus illius tpis, & hoc ēt ſentit gl.ſequens
magna,qa ſi reqrit̄ eo caſu, quo nihil fuit actum, quo caſu
ſufficit vna monitio,fortius qñ fuit actum,ꝙ non vendatur,
quo caſu requiritur trina.Item ſciendum, ꝙ iſte monitiones
fiunt ad finem,& effectū,ut creditor acquirat ptātem vendē-
di,& niſi fierēt,nō valeret vēditio, niſi, vt dixi,hr̄et pro facta
4 puta per lapſum tpis.† Sed poſtq̄ acqſiuit ptātem vendēdi tñ
venit ad actum vēditionis,reqrit in quolibet caſu alia admo
nitio,nō vt ſoluat,ut priores factæ ſunt, ſed veniat,& aſſiſtat
venditioni,ſi vult,& ſic ad tollendum fraudem, & fraudis p̄-
ſumptionē,& de iſta loqtur illa.l.creditor hypothecas. C.de
diſtra.pig. Quæ ſi nō fiat nihilominus valet vēditio,qa ptātē
5 habebat,qa ꝯuenitur ad intereſſe.† Poteſt autem fieri p actū
ꝙ nulla fiat admonitio,ut in l.Titio.§. fi.ī.ad munic.& ibi p
Bar.& vide,qđ ibi no.& ēt Cy.ī d.l.creditor. & in l.alio.de ali.
6 & cib.leg.per eundē.†Et no.in l.iſta.l.caſum, in quo ille, qui
nō eſt dñs,trāsfert dñiū, qa facit auctoritate.l.& ex p̄ſumpta
volūtate dñi. Sed ꝯ, qa creditor vēdēdo nō trāsfert dñiū.ſ.de
rei vend.l.redēptores.§.j.cum l.ſeq.ſolue, ibi pignus non tene
7 bat in effectu,qa datū a muliere intercedēte,hic ſic. ¶†Sed q̄-
ro,quid ſi creditor nō poſſidens agit hypothecaria ꝯ tertium
poſſeſſorē,quia ſi nō reſtituit,recipit ab eo litis æſtimationē,
an ille efficiat̄ dñs? vr̄ ꝙ ſic,qa litis ęſtimatio vim emptionis,
habet,ut l.litis ęſtimatio.ī.p emp.ergo &c.vt in hac.l. ¶In ꝯ-
rium tñ vr̄ tex.cū gl.in l.ſi creditor qui rem.ī.e.& ſic iſta l.hēt
locū in vera vendōne,& dñium trāsfert non in ficta,q fit re-
8 cipiēdo æſtimationē litis. ¶†Itē quæro,ſi tpe quo vēdidit ip-
ſe nō poſſidebat,inducit tñ emptorē in prædiū, an hoc ſuffi-
ciat? nā ꝯſtat,ꝙ in dño vendēre bñ ſufficit,vt dñiū transferat,
ut l.ſi fundo.cū ibi no.ī.de fundo dotali,ſed in creditore, q ñ
eſt dominus,eſt maius dubium. tex.tñ vr̄, ꝙ idem ſit ſm Nic.
de Mat.& Bald.C. de act. & obl. l.ſi creditore, & ibi omnino
vide.Item hic loquitur qñ vendidit rem obligatam. †Quid ſi
9 dixit,vendo ius quod habeo in hac re? Certè tunc non tranſ-
fert dñium rei,ſed dūtaxat ius pignoris, & ſic poterit emptor
intentare hypothecariam,non autem rei vendicationem, &
10 colligitur. C.de hær.uel act.ven.l. ex noīs, text.glo. †Vltimo
quod hic dr̄ in fi.furti obligati &c.verum eſt niſi,iuſtius error
ipſum excuſet,ut ī.de diſt.pig.l.j.in alia gl.ma.in prin.ibi,[rñ-
deo non ſed triduū.&c.]ratio eſt,quia dicendo ſimul vno cō
textu ſolue,non cenſetur pluries non denunciaſſe,ſed ſæpius
fuiſſe locutus.de le.2.§.Meuius.l.eum qui,ſed in ꝯtrariū facit
cle.q̄uis.de app.vbi ſufficit vno ꝯtex.petere apoſtolos ſæpe,ſæ
pius,& inſtanter.ſol.illud receptū eſt p p vſum litigatorum,&
de iure ſpeciali nō ſm ronē vnā.ut ibi hr̄.in text. cū.n. tex.di-
cat petēdos eſſe apoſtolos ſæpius,& inſtanter requirit̄ inter-
uallū temporis inter vnam petitionē,& alterā, niſi p illā cle.
ſtatutū eſſet ꝯrium. ¶Itē adhuc opp.ꝙ ſufficiat vna interpel-
latio,vt ī.de vſu.l.mora, & ibi no.in prin.ī gl.ſup verb.repetē
dum, & hr̄ in l. Titia Seio. §. vſuras de le.2.& l.traiectitiæ.de
acti. & ob. in ver.alioquin.& p Bar.in l. qui Romæ.§.duo.de
uerb.obli.& per eundē in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.de
ope.no.nunc.in.3.oppo.ſolue,verū eſt regulariter quantum
ad conſtituēdum debitorē in mora, ut de cœtero res debita
ſit eius periculo,ſed quātū ad hoc.vt creditor poſſit vendere
pignus eo caſu, quo fuit actū, vt non vēdat,requirit̄ trina de
nunciatio

ADDITIO.

a ¶ Seruetur.An valeat pactum de vēdēdo pig.abſq; denūciatione tex.eſt,& ibi Bar.in l.Titius ad muni.Bal.in l.creditores,& ibi gl.C.de diſt.pig.Bald. in l.fin.C.de iu.do.impetran.Ang.& Imo.in l.debitorib.inf.de re iud.

ñunciatio,vt hic. Sed quantũ interuallũ debet eſſe inter vnã, & alteram?gl.dicit,ꝙ triduum.Doc.videntur dicere, ꝙ quali bet die poſſit fieri vna,& ſic ſufficiant tres dies per gl. quã gl. allegat.ĵ. de pu. iud.l.inter accuſatorem.mihi vĩ,ꝙ ſit reliin quẽdum arbitrio iudicis,quia fiunt vt ille ſoluat, vnde non debet venire creditor cum ſacco paratus.Vnde non poteſt di ci,ꝙ inter primam denunciationem,& ſecundam debeat eẽ lapſus ſaltem.x.dierum.arg.in l.ſi promiſſor.§.fi.de conſt. pe. & quod no.in l.ſi debitori.ſ.de iudic.ſed inter ſecũdam,& ter tiam ſufficiat minus, & inter tertiam, & vẽditionem adhuc minus ꝑꝑ præcedentes,quod relinquitur iudici arbitrio. arg. l.j.de iure deli.

LEX V.

1 *Credito non cogitur vendere pignus,ſed cogitur oſtendere debitori,vt ven dat dummodo ſibi idoneæ caueatur.*
2 *Non cogitur quis vti pacto,in eius fauorem appoſito.*
3 *In alternatiua ſi vnum eſt in obligatione,& aliud ſi appoſitum ad cautelam creditoris,electio non eſt debitoris.*
4 *Creditor miſſus in poſſeſſionem bonorum, & ſi debitor adhuc non ſoluit, non prohibetur ipſum capi facere,ſi ſtatutum dicat, ꝙ mittatur inſtrumentum executioni realiter,& perſonaliter.*
5 *Quando duæ viæ ad cautelam,& ſecuritatẽ creditoris inuentæ ſunt, licet elegerit vnam viam, quę ſibi poteſt,non prohibetur ad alteram redire.*
6 *Caſus in quo creditor cogitur vendere.*

1 QVamuis. †Creditor non cogitur[a] vendere pi
1 §.Cum autem. † Si res vnius quæ remanſerũt ĩ naue,poſt iactũ deterioratę sũt, non tñ propter iactum debent contribuere in iactu ſm̃ præſentem æſtimationem, ſed pro tali deterioratione non confertur eis.Si uero deterioratæ ſunt propter iactum, tũc ſi onꝰ collationis maius eſt,q̃ precium deteriorationis,deducto precio prędicto teneretur ad reſiduum oneris. Si vero maius ſit precium deteriorationis.tunc ad onus collationis nullo modo tenetur,ſed pro tali damno deteriorationis conferendum eſt ſibi ab aliis,quorum res ſaluæ ſunt,& non deterioratæ.h. d.vſque in fi.l.& eſt difficilis.& gloſ.non bene intelligunt.dic ergo, ꝙ ponit duos caſus principales licet glo.dicat, ꝙ tres.Primus eſt, vtrum pro reb.remanentib.& deterioratis debeat fieri collatio illis,quorum res iactatæ fuerunt,& peremptæ, & iſtud proſequitur quaſi vſque in finem in verſ.hic.Secundus, an pro tali deterioratione debeant illi, quorum illæ res ſunt, conferri ab aliis habentib.in eadem naui res ſuas, & non deterioratas.& in vtroque caſu oportet ponere, ꝙ ad minus erant tres habentes res in naui,& res vnius fuerunt iactatæ, & peremptæ,res alterius,quæ remanſerunt fuerunt deterioratę, & non peremptæ.licet glo.ponat de duabus perſonis.¶Item prima pars cõcernens primum caſum ſubdiuiditur,quia primo ponitur thema,ibi vlterius, nec deterioratæ, nec peremptæ,licet glo.ponat quęſtionem vſque ibi.[vero quod.]ſecundo arguit ad partes,& primo ad negatiuam, ꝙ non teneatur conferre res deterioratas ne duplici damno vexentur, vſque ibi,[ſed defendendum.]Secundo ad affirmatiuam, ꝙ immo teneantur conferre, ſaltem pro eo quod nunc valent,non ꝓ eo,quod valuerunt ante deteriorationem vſq; ibi,[põt.] Tertio determinat ꝓ iſta parte affirmatiua ꝓ eo caſu,quo illa nõ euenerit propter iactum.Si vero propter iactum, quia fuerũt nudatæ,cum prius eſſent copertæ de reb. iactatis, & ſic venit pluuia,& eas deſtruxit,vel vnda maris, quod nõ contigiſſet, ſi iactus factus non fuiſſet,& tunc procedit prima opi. ꝙ nõ teneantur conferre in iactu,vſq; ibi, [ſed diſtinctio. ] Quarto hoc non obſtãte poſtea iſtum caſum ſubdiſtinguit,ꝙ aut maius eſt onus collationis,quam precium deteriorationis. puta ſi non fuiſſent deterioratæ, tenebatur conferre in decem,deterioratæ ſunt ĩ duabus,debent illa duo deduci de onere collationis,& tenebitur ad octo.Si uero econuerſo, onus collationis erat in duob.& deterioratæ ſunt in decem, non tenetur in aliquo conferre,quinimmo debet eis conferri ab aliis, qui habẽt in eadem naui res ſaluas,& non deterioratas, quia hoc damnũ deteriorationis paſſus eſt dñs earũ ꝑꝑ cõem vtilitatẽ oĩũ.ſ.vt fieret iactꝰ,ſicut,& ille.cuiꝰ erãt res iactatæ,poſt q̃ ꝑꝑ iactũ euenit deterioratio,quæ eueniſſet,ſi factus nõ fuiſſet.Et no.gl.hic ꝙ ſecundus caſus incipiat in ver.[poſt tamẽ.] quod non eſt verum.immo incipit in ver.[ſed hic]iuxta finẽ,
2 §.& vſque illic proſequitur primum caſum.† Vltimo Gul.de Cu.multum pulchre inducit illum verſ.ſed hæc diſtinctio facit ad quæſtionem,quidam ſubditus tenebatur ſuo domino, quolibet anno dare viginti pro induẽdis famulis illius domini,poſtea ille dominus cum faceret nuptias,& vellet famulos induere ſolennius, iniunxit omnib.ſubditis gñaliter certam quantitatem pro induendis famulis. Vtrum ille, qui tenebat̃ quolibet anno dare viginti teneat̃ ꝯferre ꝑ rata in hac gñali ĩduitione?& dicit eſſe diſtinguẽdum, vt hic, ꝙ aut illud, quod tãgeret eum pro rata trãſcendit viginti, in quibus tenebatur, & tunc debet cõputari illa viginti,in illa maiori sũma,& ſic, vt non teneatur ad vtrãque integram, ſed ad illa viginti, & etiam quatenus iſta rata trãſcẽdit vltra. Si autem illud quod tangeret eum pro rata,eſt minus,puta decem, & tunc ad illã non tenetur, ſed ſufficit, ꝙ ſoluat. xx. rõne ſuæ ordinariæ,& annalis obligationis. iſtum ẽt caſum vidi in ſiñi Bononiæ, cũ quædam villa exiſtẽs in territorio cuiuſdam caſtri teneretur quolibet anno dare viginti cõitati caſtri.pro reparatione cuiuſdam aquæ,& ꝑꝑ magnam inundationem oportuit facere magnam impẽſam,& fuit indicta vna magna q̃titas omnib. villis territorii, dicebat illa villa ſe non comprehendi in hac gñali indicta cum ſpecialiter teneatur ad dandum quolibet anno viginti,ergo non vr̃ ſenſum de ipſa,ſed de aliis,argũ in l.ſanctio legum.ſ.de pœ.cum concordan.certe vr̃ determinari ꝑ iſtum tex. ꝙ ſecundum prædictam diſtinctionem,vt ĩſpiciatur,ꝙ onus ſit maius,an ſpeciale, an generale. tene mẽti.

LEX VI.

1 Nauis. †Pro impenſis factis ad nauem inſtruẽdam nõ fit collatio.h.d.& loquitur, qñ nauis non fuit in periculo perditionis, & ſic nõ fuit facta impenſa, vt ſaluaretur.alias ſecus,vt j̃.l.prox.in fi.

LEX VIII.

1 Qui leuante. †Qui res ſuas proiicit ex aliqua neceſſitate, non cenſetur eas habere pro
a derelictis.[a] ideo non conceduntur occupantibus. Hoc dicit.

ADDITIO.

a ¶ Derelictis,ſed quid de illis facere debeant eorum inuentores?vide per Fed. conſi.144.& ibi an poſsint retineri cum bona conſcientia.

LEX IX.

1 *Bona naufragorum non conceduntur occupantibus,etiam ſi cõſuetudo ſit in contrarium,quia talis conſuetudo a lege reprobatur.*
2 *Conſuetudo non vincit legem,ſed vincitur a lege, quando expreſſe reprobatur a lege.*
3 *Leges,& ſtatuta domini alicuius prouinciæ,vel territorii cohærentis mari ſunt ſeruanda in illo mari cohærenti,cum ſit pars illius territorii.*
4 *Capiens piratas in mari cohærenti territorio, in quo habet iuriſdictionẽ, poteſt de eis iuſtitiam facere, & dicitur cohærens vſque ad centum miliaria.*
5 *Imperator qualiter ſit dominus mundi.*
6 *Imperator, an poſſit donare terras imperii.*

1 Deprecatio. †Bona naufragorum non cõceduntur occupãtib.ẽt ſi ꝯſuetudo ſit in ꝯiũ,q̇a talis cõſuetudo a lege,reprobatur.h.d. ſm̃ verum intellectũ, quẽ tangũt glo.& Bar.in l.2.in fi.C.quæ ſit long.conſue.in repeti. ¶In text.[ducti ſumus].i. deprędati virtute cuiuſdam ꝯſuetudinis,quam ibi prætendebant, quæ conſuetudo a multis legib.reprobatur,ut patet.j̃.eo.l.naufragiis.& de fur. l.ĩ cũ. & in auth.nauigia.¶In tex. ibi [ergo quidem mũdi dominꝰ] quaſi dicat.nõ ſolum terræ,ſed etiam maris, quia comprehẽditur appellatione mundi. Ergo leges meæ ſeruandæ ſunt nõ ſolum in terra,ſed etiam in mari.Cum ergo reprobet expreſſe hanc conſuetudinem, non eſt ſeruanda,ſed illę ſeruandæ
2 ſunt,quæ non reprobantur a lege, & hoc intendit. ¶ †Et ſic no.ꝙ conſuetudo non vincit legem,ſed vincitur a lege,qñ expreſſe reprobatur a l.vt hic,& in d.auth.omnes peregrini.ſecꝰ ſi non reprobetur expreſſe.vt in d.l.2.C. quæ ſit long.conſue.
3 ¶†Item no.hic ar.arguendo de toto ad partem, ꝙ ſi aliquis eſt dominus alicuius prouinciæ,vel territorij conhærẽtis mari,leges eius,& ſtatuta ſunt ſeruanda in illo mari cohærenti, quia dr̃ eſſe pars illius territorii,vt l.inſulæ.ſ̃. de iud.& ex hoc
4 ſequitur,†ꝙ habentes ibi iuriſd.vt domini Veneti, & Genuẽſes ſi capiunt piratas in tali mari in flagranti crimine,& ſi ſortiuntur forum ibidem, pñt de ipſis iuſtitiam facere, & ita dicit Bar.in tract.de inſulis. ſe pluries feciſſe Piſis cum ibi aſſideret, & dicit, ꝙ dr̃ cohærens vſq; ad centum milliaria. dic, vt
5 ibi, & idem no.in l.j.C.de claſſicis,lib.xj.¶†No.etiam, ꝙ Imperator dr̃ dominus mũdi.Intellige non eo modo, quo quis eſt dominus fundi,ut poſſit dominium ad hæredem trãſmittere, quia in mundo non habet hæredem ſucceſſorem in dignitate, nec vt poſſit alienare, ſicut põt quis fundum ſuum, ſed eſt dominus ratione iuriſdictionis vniuerſalis, quæ æquiparatur dominio,ut l.qui furere. ſ̃.de ſtatu ho. & ratione liberæ admiſiſtrationis,ſicut tutor,& curator, vt l.interdum.§.qtu.j̃.de fur.cum tamen bene gerunt,non aliter,ut ibi no.glo.
6 & ideo videtur†ꝙ Imperator non poſſit donare[a] terram im-
a perii, ſicut nec tutores pupilli, quod eſt verum quantum ad totalem alienationem,ut nullo modo ſubſint imperio, hoc autem facere non poteſt,niſi in eccleſiam Romanam, vt in c.fundamenta.de ele.lib.6.quia illa non dicitur alienatio, ſed reſignatio in manu ſuperioris,quia Deus eſt dominus,& per ꝯñs eius vicarius ſuper Imperatorem eſt,iuxta ea, quæ no.per Inno.in c.licet ex ſuſcepto. de fo.compe.vide ꝙ no. Io.An.in add.Spe.in ti.de iu.om.iu.

ADDITIO.

a ¶ Donare.Qualiter Imperator dicatur dominus mundi.& an poſsit donare terras imperij,vide per eundem Paulum conſi.317.

LEX

LEX X.

2 *Verba contrahentium ſemper ſunt inſpicienda, & eorum propeietas, quando dubitatur quid actum ſit, & intelliguntur ſecundum mentem eorum ſic & tenor ſcripturæ, vel priuilegii.*

3 *Locans operas ſi prohibetur eas præſtare ſine ſui culpa, & ex caſu contingente, ex parte conductoris, vel rei ſuæ debet habere mercedem, ac ſi operas præſtitiſſet.*

4 *Infirmitas locantis operas ſuas debet ſibi nocere, & non conductori.*

5 *Quando promittitur merces pro his quæ portabuntur, cenſetur promiſſio conditionalis, ſi deportabuntur.*

6 *Nautæ an debeatur merces pro onere impoſito in naui, an vero pro deportato quando nihil aliud actum eſſet. & quid ſi eueniat impedimentum, vel caſus in perſonam locatoris operarum.*

1 a **Si vehenda.** †Si vectura fuit promiſſa ꝓ impoſitis,[a] quod in dubio præſumitur, ſufficit onera fuiſſe impoſita, licet non fuerant deportata ſine culpa cō-
2 ductoris, ſecus ſi pro deportatis. h. d. ¶†No. hic in ver. Paulus. verba contrahentium ſemper ſunt inſpicienda, & proprietas eorum, quando dubitatur quid actum ſit, quia ſemper ſunt intelligenda ſm mentem eorum. vt l. ſi in venditore. & ibi no. in fi. ſ. eo. prædicta mens, & intentio colli̇r ex proprietate verborum, facit l. ſemper in ſtipulationib. de reg. iur. concor. cum hoc tex. l. ſi quis ſtipulatur Stichum, aut Pamphilum. de ver. ob. ſic tenor ſcripturæ, vel priuilegij. leg. fideiuſſorē magiſtra-
3 tum. §. Pro Aurelio. de fideiuſ. & c. porro. de priui. ¶†Item no. ex primo caſu, ꝙ qui locat operas, ſi prohibetur eas præſtare ſine ſui culpa, & ex caſu contingente ex parte cōductoris, vel rei ſuæ, dēt habere mercedem, ac ſi operas præſtitiſſet, facit l.
4 qui operas. ĵ. loca. †ſecus ſi prohiberetur ꝓꝓ caſum contingētem in perſona ſua ſi vel infirmaretur, nam ille caſus dēt nocere ſibi & non alteri. & iſte eſt caſus in l. ſi vno §. item cum quidā. ĵ. loca. ibi plenè de iſta materia per gl. quæ allegat hāc
5 l. & etiam per Bar. ¶†Item no. ꝙ qn̄ promittitur merces pro his, quæ portabuntur, cenſetur promiſſio conditionalis, ſi deportabuntur, & ideo ſi non portant, licet per eum non ſtetit, nec per caſum contingentem in eius perſona, non debetur merces. quod ergo ſ. dixi, procedit, qn̄ promiſſio eſt pura, &
6 tūc diſtinguit ex qua parte caſus eueniat. ¶†Vltimo quæro, textus dicit in fi. ſufficere, ſi probetur fuiſſe impoſitum, quid ſi apparet impoſitum, non tñ per quē Bar. in l. 1. ĵ. de cōd. & demon. vr̄ dicere, ꝙ non ſufficiat nautæ ad petendam vecturā, niſi probet per ſe ſore impoſitum, quia non ſufficit aliquid eſſe factum pro actione conſequenda, vt ibi, & ita dicit de facto reſpōdiſſe. vel dic, ꝙ aut fuit deportatum, quia operā præſtitit, licet non appareat per ſe fuiſſe impoſitum, vel de ſui voluntate dētur merces. Si vero nō fuit deportatū, vt in caſu huius legis, pt procedere, quod dicit Bart. tanquam pro impoſito, niſi probetur per ſe, vel de ſui voluntate fuiſſe impoſitū.

ADDITIO.

a Impoſitis. Sed quid ſi impoſita morientur, vt puta, conduxi nauem cum centum bobus, vel equis, & aliqui moriuntur, an teneatur pro omnibus. vide per Ro. ſingul. ſuis ſo. 18.

1 *Non tenetur quis de caſu, ſi culpa præceſſerit, ſi talis caſus eueniſſet etiam culpa non interueniente.*

2 *Quando culpa eſt ordinata ad caſum, quia ex illa poſſet caſus contingere, tenetur quis de caſu, alias ſecus.*

3 *Dolus facit quem teneri de caſu, licet non ſit ordinatus ad caſum.*

1 **§. Si ea.** †Non tenetur quis de caſu, ſi culpa præceſſerit, ſi talis caſus eueniſſet etiam culpa non interueniente. h. d. no. facit l. ſi alius. §. eſt & alia. infra, qđ vi aut clam. & l. is qui. de act. & oblig. limitat ergo iſte §. oēs leges dicentes, quem teneri de caſu, qn̄ culpa præceſſit, vt ſ. commo. l. in reb. & l. ſi vt certo. §. ſed interdum. quia intelligūtur, qn̄ caſus euenit ꝓꝓ culpā, qui alias eueniſſet, alias ſecus, vt hic, & iſtud eſt verum, ēt ſi culpa conſiſtit in faciendo, dum tñ non cadat in delictum, vt hic eſt caſus. Secus ſi caderet in delictum, quia tunc tenetur, ēt ſi eodem mō caſus eueniſſet, vt in l. ita vulneratus. ſ. ad l. Aquil. qn̄ aūt cōſiſtit in non faciendo, quæ eſt minor culpa, tunc indiſtincte vr̄ procedere, ꝙ non teneatur de caſu, qn̄ non euenit ꝓꝓ culpam, immo eodem mō eueniſſet.
2 vt l. in totum. ĵ. de impen. ¶†Item prædicta, qn̄ culpa eſt ordinata ad caſum, quia ex illa poſſet caſus contingere, alias indiſtincte nō tenetur de caſu. ſm Gul. de Cu. in l. oē. de ſtatu. lib.
3 vt ipſe no. & ēt †Bar. in d. l. ſi vt certo. §. ſed interdū. vbi oīno. vide. Secus in dolo, qui facit quem teneri de caſu, licet non ſit ad caſum ordinatus, vt ĵ. depoſiti. l. j. §. ſi rem depoſiam. ¶In tex. ibi in fi. ibi, [publice retentus.] ſubaudi ſine dolo, & culpa ſua, & ſic non potuit nauigare oportuno tempore, ſed nauigauit poſtea tꝑe tempeſtuoſo, & poſtea nauis periit, & multo minus tenetur iſte, quia nō fuit in culpā in iſto caſu, ſed in caſu præcedenti, ſic: ſecus ſi fuit in culpa, quia ꝓꝓ merces illicitas fuiſſet detentus, vel quia fraudauit gabellam. C. de nau. fœno. l. cum proponas. ſecundum Gul.

1 **§. Idem iuris.** †In obligationibus facti, difficultas contingens ēt ex parte debibitoris excuſat a mora, & etiam pœna, quæ propter moram venit cōmittenda, ad hoc ſemper allegatur. Quid autem in obligationibus dandi? dic, vt dixi in l. ꝙ te. ſi cer. pet. diſtinctio ergo, q̄ ſe ci in prin. l. an caſus, vel impedimentum eueniat propter caſum contingentem in perſonam locatoris operarum, vel cōductoris, procedit, quando quæritur, an debeantur merces, vel non, ac ſi operas præſtitiſſet, quia non debētur ſi ex parte ſua euenit, & ſic caſus non prodeſt quantum ad excuſandum a mora, & per ꝯ̄ns a pœna bene prodeſt, vt eſt caſus hic in ver. idem iuris in ca. genere, ibi, [nautam morbo impeditum.] & procedit, quod hic dicitur, tam in contractibus. vt hic, q̄ etiā in arbitriis, ut ĵ. de doli excep. l. apud Celſum. §. ſi in arbitriū. & adde, quod habetur in c. breui. de iureiu. idem, & fortius, ſi quis impeditus fuerit facto creditoris, ut in l. j. §. ſi res. ſ. de eo per quem factum eſt. & adde, quod no. Dy. in regula peccatū. de re. iu. circa fin. an in pœna legali quis excuſatur propter iuſtam cauſam impedimenti, vel litigandi, & quod no. Barto. in l. 2. in fi. C. de epiſco. audientia.

**§. Si Conduxiſti.** Si vectura fuit promiſſa pro pōderibus, pro quibus nauis eſt capax, debetur pro oībus, licet non oīa fuerint impoſita, ſecus ſi pro ponderibus, quæ imponentur. h. d. in dubium glo. dicit ꝙ vr̄ promiſſa pro his, quæ imponentur. Gul. diſtinguit, aut dicit conduco nauem pro tanta quātitate, vel etiā ſimplr conduco nauem, & vr̄ promiſiſſe pro numero ponderum, quorum eſt capax, aut dixit ad rōnem tantæ quantitatis pro quolibet pondere, & cenſetur promiſſa pro ponderibus, quæ imponentur, & non plurib. arg. ĵ. loc. l. qui inſulam. §. qui ēdē. de contrahen. empt. l. ſi debitor. §. j. & debet hic poni caſus, ꝙ naues locabantur ſm numerum ponderum, quorum erant capaces, vt pro maiori naui plus daretur pro vectura, & aliquis conduxit nauem non expreſſa certa quantitate, & impoſuit pauciora pondera, q̄ nauis eſſet capax, quia per cōductorem ſtetit quominus eam oneraret, diſtinguitur ergo ut dixi, ſi enim fuiſſet expreſſa tota quantitas, non haberet dubium, quia illa tantum debetur. ¶In tex. ibi, & amphoras. ſ. quaſdā, puta mille, non duo millia, vt erat capax.

*De inſtitoria.* *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Ex contractu celebrato cum inſtitore conuenitur præponēs inſtitoria actione, ſed agere non poteſt ex tali contractu, niſi ceſſa actione, vel in ſubſidium etiam ea non ceſſa, vel niſi ſit in poteſtate præponentis.*

2 *Inſtitor debet referre præponenti omnia lucra, quæ facit, ſicut illa, quæ facit magiſter nauis.*

3 *Alter per alterum facilius obligatur de voluntate ſua, quam ſibi per alterum liberum hominem acquiratur.*

4 *Actio quæ eſt cedenda, non competit mihi antequam cedatur niſi in ſubſidium. & num. 5.*

6 *Ex contractu celebrato cum procuratore qualiter tenetur dominus, & qualiter agat.*

1 **Equum prætori.** †Ex ꝯ̄tu celebrato cū inſtitore ꝯuenit̄ ꝑponens inſtitoria actione. ſed agere nō pōt ex tali ꝯ̄tu, niſi ceſſa actione, vel in ſubſidium ēt ea non ceſſa, vel niſi ſit in ptāte præponentis. h. d. cum l.
2 ſeq. ¶†In tex. ibi [ſicut cōmoda ſentimus.] quia oīa lucra, quæ facit inſtitor dēt referre ꝑponēti, ſicut il-
3 la q̄ facit magiſter nauis, ut ſ. de exer. l. j. §. exercitorem. ¶†In tex ibi, [ſed non idem] facit hic, ꝙ facilius alter per alterum liberum hominē acquiratur. ¶In tex. ibi, [acquiſitis ſibi actionib.] ſupple ēt directis, & idem, ſi eſſet filius in eius ptāte, ſed ſi alius, tūc directe acqrunt̄ ſibi, ſi eſt lib. ho. vel ſi ſeruus alienus, acquirunt̄ dn̄o, tenent̄ tñ eas cedere ꝑponēti, & ad hoc pn̄t ꝯueniri, & hoc eſt, qđ ſequit̄ in ver. ſinaūt, & facta ceſſione habebit vtiles. ¶In l. ſeq. ibi [ſi mō aīr rē ſeruare nō pōt.] vt qa forte abeſt inſtitor, qui dēt cedere, vel mortuus eſt ſine hr̄de, & ſic nō eſt, qui cedere poſſit, ad hoc. C. ad Treb. l. ſanci-
4 mus. & no. de dam. infec. l. dāni infecti. §. fi. & ſic no. †ꝙ actio, q̄ eſt cedēda nō cōpetit mihi an̄q̄ cedat̄. ¶Sed ꝯ de. l. cū fundū §. ſeruū tuū. ſi cer. pet. cōpetit ēt in ſubſidiū. ſolue, vt ibi dicā,
5 qa difficile ꝯ̄riū eſt. ¶†Quæro hic qd in ꝓcuratore? quia inſtitor dr̄ ille, qui ꝑpoſitus eſt negociationi q̄ſtuariæ, procurator vero qui negociationi nō eſt ꝑpoſitus aliter, ſed hēt manda-
6 tum. Rn̄deo, †ꝙ ex ꝯ̄tu celebrato cū illo dn̄s tenet̄ vtili inſtitoria, non directa, quia non eſt ꝑpoſitus negociationi. Et ſimiliter ex ꝯtractu celebrato cū illo pt agere in ſubſidium ad ſimilitudinem tutoris, niſi ſit factus ſup re dn̄i, quia tunc pōt dn̄s agere etiā non in ſubſidium, ut hic habetur ſm diuerſas lectu-

lecturas.ʒ.de act. emp.l.Iul.§.ſi procurator vendiderit. iuncta. l.qđ procurator ex re.de pro.& quod ibi no.Bar.in l.poſſeſſio quoque.§.ſi poſſeſſio.de acq.poſſ.

LEX III.

2 *Fullo, vel habens apothecam quæſtuariam volens ſe abſentare, ſi dimiſit diſcipulos ad cuſtodiam apothecæ, qui aufugerunt cum veſtimentis alicuius, an teneatur.*

3 *Literæ credentiæ quando præiudicent domino*

1 a INſtitor. †Inſtitor [a] eſt qui alienæ negociationi vel quæſtuariæ præponitur, etiam certo loco non deſignato, & obligat præponentem cuiuſcunq; conditionis ſit negociatio. ſecus ſi certę rei uel negocio nõ quæſtuario, tunc enim magis dicitur procurator, & obligat dominum ſi ad hoc habeat mandatum expreſſum, vel tacitũ.h.d.cum l.ſeq.vſq; ad §.nõ tñ oẽ.¶In ver. fin.ibi†[ſed cum

2 fullo &c.]pone hic caſum, ꝙ quidam fullo, vel alius habens apothecam quæſtuariam, cum vellet ſe abſentare pro aliquibus dieb. dimiſit quoſdam diſcipulos ad cuſtodiam apothecæ, vt eam teneant apertam, & cuidam vicino recommendauit eos, ut eos inſtrueret, ille vicinus traddidit eis certa veſtimenta, illi cum eis aufugerunt. poſtea repetebat a dño reuerſo. Dr̃ hic, ꝙ ſi illos diſcipulos fecerat inſtitores, qa dederat eis mãdatum de emendo, & vendendo, quia tunc tenet̃. Sed ſi hoc nõ fecit, ſed ſolũ de cuſtodiẽdo, & tenẽdo apothecã aptã, tunc ſecus, quia non ſunt inſtitores, ſed procuratores, niſi dixiſſet illi vicino, ꝙ crederet illis de his, q̃ illi dicerẽt ſibi.h.d.

3 ¶†Et no.ſingulr̃ iſtud dictum vltimum, quod ponitur in ver. plane: quia per hoc determinat Bar.in l.Lucius. ʒ. de fideiuſſ.

b vbi tractat de literis credentiæ, [b] ſi trado tibi literas dirigendo ad aliquem, & ſcribo, quòd credat de his, quæ tu dices ex parte mea, & tu facias mutuare pecuniam, vel alium cõtractum feciſti, ſi quidem eras procurator meus, uel factor, talis lr̃a eſt ſufficiẽs ad me obligandum, allegat pro caſu iſtum text. Sed ſi non eras procurator, vel factor meus, tunc ſecus, quia non importat, vt debeas ſibi credere in aliquo, quod poſſit tẽdere in mei præiudicium, facit.ʒ.mandati.l.ſi vero non remunerã

c di.§.cum quidam. [c]

ADDITIONES.

a ¶ Inſtitor. Quis dicatur inſtitor, & qualiter conueniatur. vide Abba.conſi. 73.An.conſi.285.Alex.conſ.44.1.lib.

b ¶ Credentiæ. De literis credentiæ uide ꝑ Bal.con.80.1.li.& conſ.341.3.li.

c ¶ Quidam. Videtur tamen, quod per ipſas literas factus ſit procurator. de quo vide Bartol.hic.

LEX V.

1 *Inſtitor non obligat præponentem niſi contrahat in cauſa, vel negocio, ad quod præpoſitus eſt expreſſe, vel tacite principaliter, vel in conſequentiam.*

2 *Dominus ſi conceſſit emphyteutæ, ꝙ uẽderet, ipſe vero permutauit res, incidit in commiſſum, ac ſi ſine voluntate domini alienaſſet.*

3 *Qui habet mandatum ad emendum, videtur habere mandatum ad recipiendum pecuniam mutuo neceſſariam pro precio.*

4 *Habens mandatum ad vendendum, cenſetur etiam habere tacitum mandatum de accipiendo pignus, uel fideiuſſores de precio ſoluendo.*

5 *Inſtitor, vel procurator generalis habens mandatum de vendendo, poteſt facere fidem de precio vſque ad certum terminum ex ſoluendo, & trãſfert dominium, ſecus in procuratore ſpeciali.*

6 *Creditor vendens iure creditori, vel procurator fiſci, an poſſint habere fidẽ de precio remiſſiue.*

7 *Idem eſt iudicium de his, quę veniunt in conſequentiam, vel ſequelam, qđ de ipſo principali.*

QVicunque igitur. §.Non tamen. †Inſtitor non obli-

1 gat præponẽtem, niſi ꝯhat in cauſa, vel negocio, ad quod præpoſitus expreſſe, vt̃ tacite, principaliter, vel in ꝯñam, vt in verſi.ſed ſi pecuniam.

2 ¶†No.hic ar.ſm Gul.de Cu.in ver.ſed neque, quod ſi dominus emphyteutæ conceſſit, ꝙ venderet, ipſe vero permutauit in commiſſum ac ſi ſine voluntate dñi alienaſſet, quia non conceſſit niſi in venditionem, licet permutatio, quãdam ſimilitudinem habeat cum ea, iuxta no.ĩ l.i.C.e.cum re uera aliud eſt vendere, aliud permutare, vt ʒ.de re.permu.l.j. facit.l.ſicut. §.venditionis, quib.mod.pig.vel hypo.ſol.& l.ſi quis mihi bo

3 na.§.fin.de acq.hær.¶†Item no.in ver.ſed ſi pecu.ꝙ qui hẽt mandatum ad emendum, vr̃ habere mandatum ad recipien

a dum pecuniam mutuo neceſſariam pro precio, [a] ſimile.ſ.de exerci.l.i.§.quid ſi mutuaui.¶Item no.in ver.item ſi inſtitor.

4 † quòd qui habet mandatum ad vendendum, cenſetur etiã habere tacitum mandatum ad recipiendum pignus, vel fideiuſſores de pcio ſoluẽdo, & ideo ſi recipit, & ex tali receptio

5 ne obligatur mandans, & hoc intendit dicere. ¶† Item not. ſecundum Gul.de Cu.ꝙ inſtitor, vel procurator generalis habens mandatum de vendendo poteſt facere fidem de precio, idest uendere, & tradere non præſente pecunia, ſed in futurũ certis terminis exſoluenda, & transfert dominium, niſi contrarium fuerit expreſſe dictum. Non ſic in procuratore ſpãli habente mandatum ad vendendum: quia debet vendere præſente pecunia, alias non transfert dominium.qđ dic vt plene

6 no.Bar.in l.a diuo Pio.§.ſi poſt addictum.ʒ.de re iud.in creditore vero qui vendit iure creditoris, an poſſit habere fidem de precio? dic vt l.eleganter. §.fin. de pigno.actio.in procura-

7 tore fiſci dic, ut l.ſi procu.ʒ.de iure fiſ. ¶† Vltimo no.tex.in fi. ꝙ idem eſt iudicium de his quæ veniunt in conſequentiam, vel ſequelam, quod eſt de ipſo principali, bene facit de eden. l.ſi quis ex argentariis.§.rationem.in fi.& hoc eſt vtile ad plura, & facit ad id, quod habetur in l.2.C.vbi cauſæ fiſc.

ADDITIO.

a ¶ Pro precio. Adde quod uoluit Rom.conſ.314.

LEX VI.

1 *Mandatum inſtitoris non finitur morte præponentis.*

2 *Tutor, & curator, & generalis procurator ad negocia poſſunt incipere aliquam negociationem quæſtuariam, & ibi præponere inſtitorem, & quando ex contractib.cum illo celebratis teneatur pupillus.*

3 *Pupillus poteſt eſſe inſtitor, ſed non procurator ad negocia niſi habeat decem & ſeptem annos, nec ad iudicia, niſi habeat.25.annos.*

4 *In contractu, quem pupillus, uel minor gerit nomine alterius, non requiritur tutoris, vel curatoris authoritas, ſi ex illo non obligatur.*

5 *Statutũ, ꝙ minor, vel mulier non poſſit contrahere ſine præſentia conſanguineorum, non habet locum, ſi contrahunt procuratorio nomine.*

1 §.SI ab alio. †No.hic in prin.ꝙ mandatum inſtitoris non finitur morte præponentis. ſic ʒ.e.l.ſi quis mancipii.§.impubes, ſed contra de l.ſi eius qui in prouinciã, in prin.ſ.ſi cer.pe. Solue, ita mutauit ſtatum inſtitor: quia de ſeruo factus eſt liber pp mortẽ domini, hic non.

2 ¶†Itẽ no.in fi.ꝙ tutor, & curator, & gñalis procurator ad negocia poſſunt incipere aliquam negociationem quæſtuariã, & ibi præponere inſtitorem, & ex ꝯtib. cum illo celebratis tenebitur pupillus, quod eſt no. hoc intellige verũ, cũ talis negociatio exercebat̃ per partẽ pupilli, & ſic cõueniebat pupillo, alias ſecus, ſi nõ conueniebat pupillo: quia eſſet in culpa, vt ſ.de nego.geſt.l.ſi negocia.facit ad primũ dictum.l.j.§.ſi de-

3 functus, de re.eo. ¶† Vltimo no.in l.ſi quis.in fin.ꝙ pupillus poteſt eſſe inſtitor, nõ ſic procurator ad negocia, niſi habeat decẽ, & ſeptẽ annos, ut inſti.qui.ex ca.ma.nõ poſ.§.& eadẽ.& in c.qui generaliter, de procu.lib.6.ſed ad iudicia non, niſi ha

4 beat.25.annos.vt ſ.de proc.l.ſi minor.¶†No.ẽt ꝙ in ꝯtractu, quẽ pupillus, vel minor gerit nomine alterius, non requirit̃ tutoris auctoritas vel curatoris, ſi ex illo non obligatur, & ſic

5 eſt ar.†ſi ſtatutũ dicat, ꝙ minor, vel mulier non poteſt ꝯhere ſine præſentia cõſanguineorũ, ꝙ ſi ꝯhũt procuratorio nomine, valeat contractus quantum ad præiudicium domini, nõ quantum ad proprium, vt ex illo obligentur, ad hoc.ſ.de minorib.cum mandato.

LEX VII.

1 *Contrahentes cum inſtitore reuocato non habent actionem de inſtitoria.*

2 *Reuocatio generalis mandati, ſeu ſocietatis qualiter fieri debeat.*

3 *Ignorantes reuocationem mandati iuxta ignorantiam, ſicut liberãtur ſoluendo, vel ipſo iure, vel ope exceptionis, ita & ſi contrahunt, habent actionem contra dominum.*

4 *Edicta quæ fiunt de reuocatione mandati generalis, vel ſocietatis, qualiter fieri debeant.*

5 *Libellus eſt dandus in vulgari, vel literali ſermone ſecundum ſtylum, & conſuetudinem.*

6 *Non debet audiri, qui dicit ſe ignoraſſe illud, quod ab omnibus communiter ſciebatur, vel non vidiſſe, illud quod ab omnibus videbatur.*

7 *Non prodeſt poſuiſſe edicta in locis publicis de reuocatione mandati generalis, uel ſocietatis, ſi ſtatim fuerunt remota, ſed debent eſſe continua, arbitrio tamen iudicis.*

8 *Oculus obſcuratus habetur pro non oculo, ſicut nec ſcriptura obſcura habetur pro ſcriptura, & an effodiens talem oculum puniatur pęna ſtatuti de offendente oculum.*

SEd & ſi pupillus. §.De quo palam. ¶†Contrahentes cũ in-

1 ſtitore reuocato ñ hẽnt hãc actionẽ.& talis reuocatio ad hoc, vt proſit reuocãti dẽt fieri palã, & publice, taliter, ꝙ transeat in notitiã ſeruatis his, de quibus in iſtis tex.vſq; ad §.ꝑdõ.ad hoc, vt proſit reuocanti.h.d.& ſemper allegantur iſti text. quia ſunt nota.ad multa.

2 ¶†Not. primo qualiter dẽt fieri reuocatio generalis manda-

a ti: quia debet fieri publice, [a] taliter, vt tranſeat in notorium, ſi illud mandatum ſimiliter tranſeat in notorium, vt eſt

ADDITIO.

a ¶ Publice. Quia quæ publice fiunt, præſumuntur ſciri, ut in c.1.pe poſtula.prela.& in c.in tua.qui ma.accu.po.& in c.quod dictis.16.diſt.gl.in l.ſi tutor.C.de peri.tutor.gl.in c.cognoſcentes, de conſt.gl.de ord.iud.in ver. pro noſtris.

vt eſt mandatum inſtitoris quod exercetur per actus conti-
nuos,qui oculis ſubiiciuntur. de hoc per Cy. in l.mandatum
C.manda. & ideo Florentiæ qñ diſſoluuntur ſocietates inter
mercatores,bannitur per totam ciuitatẽ ad hoc, vt de cętero
ex ꝯtractu celebrato cum vno non teneantur alij, & hoc ꝑ iſtũ
3 tex.notabilẽ.†Itẽ no.ꝙ ignorantes reuocationem mãdati iu-
ſta ignorantia, ſicut liberantur ſoluẽdo, vel ipſo iure vel ope
exceptionis,vt in l.eius qui in prouinciã. poſt prin.ſ.ſi cer.pet.
l.cum quis.§.j.de ſolu. ita & ſi contrahunt,habent actionem
ꝯ dñm,ac ſi ille non fuiſſet reuocatus, vt hic patet,quod not.
pro his quæ dicam in l.ſi procuratori falſo de condi. ob cãm
ſuper prima glo.quia glo. & Docto. vñr dicere, ꝙ ſit ſpeciale
fauore liberationis, vt non noceat reuocatio ignoranti,imo
non eſt ſpeciale cum idẽ in obligatione,& actione, vt hic pa-
4 tet. ¶†Item not.in §. ꝓſcribere,qui ſemper allegatur qualiter
debẽt fieri iſta edicta.quæ publice ponuntur in valuis palatij,
vel eccleſiarum , quia dẽnt poni baſſe, ita quod ab omnibus
poſſint legi , vt patet in ver. de plano. alias non ligant.¶Itẽ ſi
ille contra quem proponũtur habebat habitationem,vel lo-
cum in ciuitate, vbi conſueuerat morari, vel ſtare,debent af-
figi in illo loco, etiam in locis publicis. vt in cle.cautam quæ
5 de elec.iuncto iſto tex.¶†Item no.arg.ſm Gul.de Cu.ꝙ libel-
lus eſt dandus in vulgari vel literali ſermone ſm ſtylum,& cõ
ſuetudinem curiæ,vt eſt Florentiæ in curia mercatorũ,& Pa-
6 riſij in curia Regis,vbi omnia acta ſunt in vulgari.¶†Item in
ver.certe,no.bonum tex.ꝙ non debet audiri,qui dicit ſe igno
raſſe illud,quod cõiter ab oĩbus ſciebatur,vel nõ vidiſſe illud
quod ab omnibus videbatur: quia eſt craſſa ignorantia,facit
7 l.regula.ſ.de iuris & fac.ign.¶†Item no.in verſi.præſcriptum,
ꝙ non prodeſt poſuiſſe talia edicta in locis publicis , ſi ſtatim
fuerunt remota , ſed debent eſſe continua . Sed certe hoc in-
telligo in arbitrio iudicis , non in ſecula ſeculorum taliter ,
ꝙ in notorium debuerit veniſſe, ita ꝙ ſciatur per totam ciui
8 tatem.¶†Vltimo no.ſm Gul.in verbo [obſcurata præſcriptio
ne,] ꝙ oculus obſcuratus non habetur pro oculo, ſicut nec
ſcriptura obſcurata habetur pro ſcriptura , & ideo eſſodiens
talem oculum,non videt̃ puniendus pęna ſtatuti de eſſodien
te oculum. Ipſe tamen determinat contrariũ, quia hic habe-
bat iuſtam cauſam ignorandi ſi litera erat obſcurata,ſed non
a ſic habebat iuſtam cauſam eſſodiendi oculum obſcuratũ,[a]
dat enim cauſam rei illicitæ, ideo debet puniri,ac ſi obſcura-
tus non eſſet .

ADDITIO.

a Obſcuratum.Vide quod voluit Bart.in con.incip.quæritur an digitus . vbi ponit,quòd habens vnum digitum debilem ex percuſsione ex qua mutata eſt forma digiti,an dicatur carere illo,ita vt poſsit agere contra debilitatẽ. ac ſi non haberet.

1 *Conditio, & forma præpoſitionis inſpicitur,quæ ſi non ſeruatur non tenetur præponens,niſi ei poſſit varietas imputari .*

2 *Contrahentes non excuſantur,ſi ignorant ſub qua forma, & ſub qua lege fuerit inſtitor præpoſitus,ſi contrahant non ſeruata forma, vel lege.*

3 *Iudex ſi facit aliquem locumtenentem quoties eum abeſſe contigerit,& contingat caſus , quod iudex vna die ſit abſens alia die præſens, quòd valeant acta coram illo locumtenente,etiam illo die quo fuit præſens.*

4 *Contrahentes,quòd non debeant decipi,& in his quę pendent ex voluntate noſtra,adiectio contra naturam actus facit actum tranſire in aliam ſpeciem,& num.5.*

6 *Poſitus ad cuſtodiam rerum quæ ſunt in aliquo territorio,quòd poſſit vendere tempore perituras .*

1 §.Conditio. †Conditio,& forma prępoſitionis in
ſpicitur,quæ ſi non ſeruatur nõ tenet̃
præponens,niſi ei poſſit varietas imputari.h.d.vſq; ad §.ſi inſti
3 toria. ¶†No.hic primo , ꝙ non excuſantur ꝯhentes, ſi igno-
rant ſub qua forma,& ſub qua lege fuerit inſtitor præpoſitus,
ſi contrahant non ſeruata forma, vel lege, quod facit pro eo
quod dixi in l.j.§.nõ autem. ſ.de exercito. ꝙ ſi fuit præpoſitus
vſque ad tp̃s , finito illo tempore non obligat præponentem,
licet tunc contrahentes ignorẽt offm̃ finitum. Quod ergo dr̃
in §.præce. ꝙ debeat notificari reuocatio publice , & palam,
vr̃ dare intelligi,qñ fuit conſtitutus ſimpliciter ſine præfinitio
3 ne,temporis, alias ſecus , quod perpetuo tene menti.¶†No.
hic in ver.[ſed ſi alias.ſm Gul.de Cu.ꝙ ſi iudex facit aliquem
locum tenentẽ , quoties cum abeſſe contigerit , & contingat
caſus,ꝙ iudex vna die ſit abſens,alia die p̃ſens,ꝙ valeant acta
coram illo locumtenente, etiam illo die quo fuit præſens,ne
ex continua variatione litigãtes decipiantur.facit l.Barbari⁹,
de offi.præt.ſed ſi per plures & plures dies eſſet præſens, ſecus
4 eſſet,& eſt pulchra inductio.¶†No.ẽt ibi, [neque.n.ꝙ ꝯhẽtes
non debẽt decipi facit ſ.de exer.l.j. §.magr̃m aũt.ſ.de arbi.l.3.
5 ¶†No.in verſi.ſed ſi in totũ, ꝙ in his quæ pendent ex volunta
te noſtra , adiectio contra nãm actus facit actum tranſire in
aliam ſpeciem . Si.n.præponerem aliquem tanquã inſtitorẽ ,
cum hoc,ꝙ iſte nihil poſſit vendere , iſte non erit inſtitor,ſed
cuſtos,licet illum inſtitorem appellauerim, quia contra nãm
officij inſtitoris eſt illa adiectio , ꝙ vendere non poſſit , cum
in nullo alio conſtat q̃ in vendendo , & donando, vt patet.ſ.
eo.ſi cum vicino.ad hoc facit l.vbi ita donatur.de do.cã mor.
quod dic,ut ibi per Bar. & per Cyn.in l.2.C.de iur.emphy.in-
6 diſtincte facit etiam in arg. iſte tex.ſecundum Gul.†ꝙ ſi aliqs
ſit poſitus ad cuſtodiam rerum,quæ ſunt in aliquo territorio,
non poſſit vendere etiam tempore perituras.arg.hic in ſi.dum
dicit nec modicum quid. Cõtrarium tamen ipſe determinat:
quia magis videtur cuſtodire vendendo,q̃ non vendendo,fa-
cit.C.de admi.tut.l.fi.ſ.de iure delib.l.Ariſto.& vt in poſ.leg.l.
qui legatorum.ff.de cura.bo.dan. l.2.de pet.hær.l.poſſeſſor.ſe-
cundum Gul de Cu.

1 *Actio inſtitoria,quando competat .*

2 *Qui proponit actionem ineptam , vel incompetentem non probetur redire ad competentem,& aptam,& quando prohibeatur.*

1 §.Si inſtitoria. † Inſtitoria actio competit , quãdo
ſeruus negociatur in mercib. domi
nicis, ſi vero in peculiarib. ſciente dño, tũc datur tributoria .
Item ille qui eligit actionem competentem , ſi ſuccubuit in
ea,non põt redire ad competentem, ſecus econuerſo.h.d.no.
& primo loquitur,qñ eligit competentem,ut patet in tex.dũ
dr̃,[recte actũ eſt.]coniuncta gl.ſecundo e ꝯ,qñ incompeten
tem.ſ.in ver.ſed ſi non.& pone caſum, ꝙ quidam egit inſtito-
ria contra dominum, & ſuccubuit,nunc vult intentare tribu
toriam ex eodem ꝯctu,utrum poſſit? & rñde cũ diſtinctione,
aut prima vice fuit recte actum: quia ſeruus negociabatur in
rebus dominicis,tunc non poteſt, quia iſto caſu non compe-
tit tributoria,ſed inſtitoria, in illa vero inſtitoria ſuccubuit,er
go, nec illam amplius põt intẽtare,nec tributoriam,quia nõ
competit . Aut non fuit recte actum , quia negociabatur in
peculiaribus,& ſic non competebat inſtitoria,ſed tributoria,
& tunc ex quo fuit electa actio incompetens , licet in ea ſuc-
2 buerit , non prohibetur redire ad competentem.h.d. ¶†No.
iſtud ſm gl.ꝙ qui proponit actionem ineptam,vel incompe-
tentem non prohibetur redire ad competentem , & aptam ,
facit l.j.ſi menſ.fal.mo.dixerit.hoc intellige ſane,qñ erat inep
ta tam actio,q̃ ẽt intentio,ſecus ſi actio tm̃,qđ dic,ut pulchre
declarãt Innoc.in c.examinata,de iud.Item fallit hoc dictum
in caſu.l.fi.C.de codicil. vbi eligendo incompetentem,nõ po
teſt poſtea etiam ad competentem redire, quando ex eadem
ſcriptura, vel vltima volunta. nititur contrariis viis .

1 *Emptio, & venditio dicitur, licet ciuilis obligatio non naſcatur .*

1 §.Si a ſeruo. † Si ſeruum tuum inſtitorẽ feci,ex con
tractu quem celebras cum eo , habes
hãc actionẽ inſolidũ cõtra me,nec ego cõtra te habeo actio
nẽ de peculio , ſi ſine tua voluntate feci cum inſtitorem.h.d.
2 cũ l.ſeq.no.†hic,& tene menti,ꝙ emptio,& venditio dr̃,poſi-
to ꝙ hincinde ciuilis obligatio nõ naſcit̃,& ꝑ ꝯñs,nec actio,
quia dñs non obligatur ſeruo vendito, nec econuerſo ciuil̃r,
& ꝙ talis venditio dat titulum præſcrip.non intellige verum,
niſi contractus peccet in forma , vel contingit, qñ pupillus ſi-
ne authoritate tutoris vendit, ut l.2. §.ſi a pupillo.ſ.pro emp.

## LEX XIII.

1 *Agens inſtitoria pro mutuo,& in proſecutione deducens tacitum mandatum,iuſte ignorans de expreſſo, quòd poterit de æquitate iterum agere eadem actione,& deducere mandatum expreſſum .*

2 *Si egi ad.x.dicens te mihi obligatum non exprimendo ex qua cauſa , quo caſu ſi non opponis procedit libellus , & proſequendo vnam cauſam ſi eam non probo,ſuccumbam .*

3 *Quòd tunc de æquitate poſſum ad aliam cauſam redire , quam ignoraui mihi competere,& quid in actione reali .*

4 *Qui aſtrinxit ſe ad aliquod,quod non eſt neceſſarium,ſuccumbit ſi illud nõ probat,& quando videatur ſe ad illud aſtringere .*

5 *Si contraho tecum contemplatione alicuius mandati , quod puto te habere cum non habes,tamen obligatur dominus virtute alterius mandati,ꝙ vere habes,licet ignorauerim .*

6 *Si aliquis procedit in aliqua cauſa tanquam iudex delegatus cum non ſit, ſi tamen habebat in illa cauſa iuriſdictionem ordinariam , valent acta.*

a Habebat.[a]†Agens inſtitoria pro mutuo facto ſim-
pliciter non expreſſe mandato tacito , vel
expreſſo , ſi poſtea in proſecutione deducat tacitum , & non
probet ea,quæ ſunt neceſſaria, & ſic ſuccumbat de rigore iu-
ris,non poteſt iterum agere eadem actione, & deducere mã-
datum expreſſum,ſed de æquitate ſic,propter iuſtam ignorã-
tiam quam habuit de expreſſo.h.d.multum notabiliter,& eſt
difficilis , & ſemper allegatur , & pone caſum ſm lecturam
Azo.& Hug.quæ ponitur in glo. & in verſ.dic. licet Barto.vi-
deatur ſequi primam lec. Ioan. quod ſi iſte agens ſe aſtrinxe-
rit in libello , certe illud bene eſſet cauſa , quòd ſi non pro-
bat

ADDITIO.

a Habebat.Ad declarationem huius l.vide Bald.no.in l.fi. C.quòd cum eo.& quòd idem voluit in l.j. vt in poſ.leg.

bat illud ad quod ſe aſtrinxit, ſed non debet eſſe cã, quominꝰ
etiam de rigore poſſit agere ex alia cã, per l.ſi mater.§.j.& 2.ſ.
de exce.rei iu.cuius ꝯrium hic dr̃.plus ẽt tenet Bar. ſm Petr.ꝙ
hic non audiat̃ volens agere ex alia cã, niſi mediante reſtitu.
in inte.ex cl̃a gñali. [ſi qua mihi iuſta cã.] & ita intelligit iſtũ
tex.dum dicit,tñ Iul.vtilem &c.ſed non placet, quia de reſtitu
tione hic fit mentio. Dic ergo, ꝙ ipſo iure ex æquitate poteſt
ad aliam cãm redire per l.licet. C.de iud.& hoc in perſonali,
ſecus in reali deducta in iudiciũ ſimpl̃r, ſine expreſſione cau-
ſæ,quia ſi in proſecutione deducat vnam cãm,& ſuccumbat,
ad aliam poſtea redire non poteſt ipſo iure,in l.& an eadem.
§.actiones,de exce.rei iud.In tex.ibi, [mercis gratia eam acce-
piſſe.]& propter hoc ſuccubuit,quia reus fuit abſolutus.Nam
iſte agens deduxit in proſecutione mandatum tacitum,
quod reſultat ex eo, ꝙ fuit ꝓpoſitus merci oleariæ.ſ.ad emen-
dum oleum,nam in ꝯñam cenſetur etiam datum ad recipiẽ-
dum mutuum, quatenus expedit pro illa negociatione, vt ſ.
eo.l.cuicunq;.§.ſi ei,quem debuit,tamen habens probare,vel
ꝙ pecunia erat conuerſa in illam negociationem, vel ſi hoc
non poterat probare, ſaltem debeat probare alia de quibus
in l.fi.ſ.de exerc.ſed hoc facere non potuit, & ideo ſuccubuit.
Nam volebat agere virtute mandati expreſſi, in quo non re-
quirebatur probatio, ꝙ eſſet conuerſa in vtilitatem domini,
nec etiam illa de quibus.in d.§.fi.ſed ſufficiebat probare man
datum, & ꝙ ille aſſeruit ſe recipere virtute dicti mandati, vt
l.j.§.vñ quærit Offilius.ſ.de exerci.& rñdetur,vt hic hr̃, ꝙ non
põt de rigore,quia licet mãdata ſint diuerſa,eadẽ tñ eſt actio,
q̃ nunc vult intentare cum illa,q̃ prius intẽtauit,& ſuccubuit
in ea,quã dedit inſtitori,vt l.cuicunq;.§.non tñ omne.ſ.eo.ſed
iſta ſunt mandata diuerſa, & per ꝯñs vñr diuerſæ obl̃ones. Si
ergo proſecutus eſt vnam, & ſuccubuit, vr̃ ꝙ ipſo iure poſſit
ad aliam redire,vt ſ. de lib.leg. l.Aurelius. §.fin.timore huius
dixit Ioan. ꝙ hic præiudicabit ſibi virtute electionis, quia ſe
aſtrinxit in libello deducendo mandatum tacitum. hoc non
placet, quia fortificat ꝯrium.Si enim vni tantum mandatum
expreſsit in libello, ipſo iure reſeruatur ius ex alio,ſicut cum
quis egit reali, vel etiam mixta actione expreſſa vna cã, vt in
d.l.ſi iure.dic ergo, ꝙ immo ſe aſtrinxit in libello,quia de nul
lo mandato mentionem fecit, & ſic videtur vtrunque dedu-
xiſſe. Poſtea vero vnum tantum fuit proſecutus, & non pro-
a bauit, verum ſibi eſt imputandum, [a] quare etiam aliud non
fuit proſecutus,ſicut quando quis agit reali nulla cauſa exꝓſ-
ſa,quod videtur in omnem caſum deducere, ſi poſtea proſe-
quitur in vna tantum,& ſuccumbat, non poteſt ad aliam re-
dire.In hoc tamen eſt differentia, quia in reali non poteſt re-
dire, nec de æquitate ipſo iure,licet per beneficium reſtitutio-
nis poſsit, ut dixi, ſed in perſonali poteſt etiam ipſo iure de
æquitate tamen,vt l.licet. C.de iud.& in hoc fundatur deciſio
2 huius.l.& ſic dico per hanc l.ſi egit † ad x.dicens te mihi forte
obligatum nõ exprimenda ex qua cauſa, quo caſu ſi non op-
ponis,procedit libellus,ut C.de anna.excep.l.fi.poſtea in pro-
ſequendo,vnam tantum cauſam deduco,& non probo,pro-
3 pter hoc ſuccumbo,nam dico,ꝙ † de æquitate poſſum redire
ad aliam,quam ignoraui mihi competere, per hanc l.& per
illam l.quæ differt ab iſta in hoc,quia ibi loquitur in vl̃i actio
ne, pura, tutelæ, vel neg. geſt.iſta vero in particulari,& iõ eſt
notabilis Secus ſi ſciuiſſet illam mihi competere, vt ibi no.&
probatur.ſ.de arb.l.de reb.in fi.ſed in actione reali,ideo ſecus,
quia talis libellus ſine expreſsione cauſæ admittitur etiam in-
4 uito reo.Tene menti. † no. ẽt hic ſm Bar.ꝙ qui ſe aſtringit ad
aliquod, quod non eſt neceſſarium, ſuccumbit, ſi illud non
probat,facit.c.licet.de proba. & cenſetur ſe aſtringere eo ipſo,
ꝙ in libello deducit, ſm gl.ſed ꝯriũ videtur determinare Cy.
in l.cum te.C.de probat.ꝙ non videtur ſe aſtringere in dubio
ad ea, quæ ſunt neceſſaria pro victoria cauſæ, licet in libello
fuit expreſſa. Dic ergo,ꝙ dictũ Bar.procedit, quando expreſ-
ſit in libello, & in proſecutione, ſed dictũ Cy.quando ſolum
5 in libello. ¶†No. etiam hic ſingulariter ſm Bar.ꝙ ſi cõtraho
tecum contemplatione alicuius mandati, quod puto te ha-
bere,cum non habeas, nihilominus obligatur dñs vrtute al-
terius mandati, quòd vere habeo,licet illud ignorauerim, &
6 facit ad†quæſtionem, ſi aliquis proceſsit in aliqua cauſa tan-
quam iudex delegatus cum non ſit, ſi tamen habebat in illa
cauſa iuriſdictionẽ ordinariam, valeant acta,licet in illa pro
ceſſerit,ut delegatus, vide de hoc per Innoc. in c.cum officij,
de præſcript. bene facit in ratione ſui l. ſeruum filij. in fine.ſ.
mandati.

A D D I T I O.

a ¶Imputandum.Adde Inno.in c.ex parte extra de priui.Bar.in l.j.ſ.de eden
& Bal.in l.edita.e.tit.& in l.hæreditas materteræ. C. de pot.hær.facit,quod
quando vnum eſt deductum in inquiſitione.& aliud probatur,quòd ſequi
debet abſolutio,vt voluit glo.in l.j.§.diuus,in verbo abſolui poſſe.ſ.de ſic.
Bar.in l.denunciaſſe.§.quid tamen.de adul. vide per Ang.cõſi.276.& quid
operetur clauſula libelli non ſe aſtringens &c. vide per Alex.conſi 67.

1 *Ex contractu celebrato cum inſtitore datur hæc actio inſolidum contra quemlibet ex præponentibus.*
2 *Ex contractu celebrato cum inſtitore,ſi vnus ex præponentibus ſoluit inſolidum,recuperat ab omnibus per actionem pro ſocio, vel communi diuidundo,& ſi ceſſarent ambæ iſtæ actiones, daretur actio contra quemlibet pro parte.*
3 *Si duo,vel tres conceſſerunt alicui rem in emphyteuſim pro certa quantitate tanquam propriam,& illi euincatur, habet regreſſum de euictione contra concedentes,contra quemlibet pro parte.*
4 *Si talis emphyteuta de conſenſu illorum vendidit alteri,cui fuit res euicta, qualiter ille poterit agere contra primos concedentes.*
5 *Aliud eſt vendere aliud vendi conſentire.*

1 §.Si duo. †Ex contractu celebrato cum inſtitore dat̃
hæc actio,inſolidũ contra quemlibet ex prę
ponentibus.h.d.ſic in exercitoribus, ut ſ. de exer.l.j.in fi.cum
2 l.ſeq.& ibi ponitur ratio, quod † tñ vnus ſoluit inſolidum re-
cuperat ab oĩb.per actionẽ pro ſocio, vel communi diuidun
do,& ſi ceſſarent ambę iſtæ actiones,daretur actio ꝯ quẽlibet
pro parte,& hoc dicetur in l.ſeq. in ver.certe.& inducitur per
3 †Gul.de Cu.ad q.ſi duo,vel tres conceſſerunt rem aliquam in
emphyteuſim cuidam pro certa quantitate tanq̃ propriam,
certum eſt,ꝙ ſi illi euincatur illa res, habet regreſſum de eui-
ctione contra concedentes,ut in titu. de inueſtitura de re alie
na facta,in vſi. feu.ſ.contra quemlibet pro parte,quia contra
4 xit cum plurib. †ſed pone, ꝙ poſtea de conſenſu illorum ven
didit cuidam alteri,& illi alteri fuit res euicta,nõ primo,qua-
liter ille poterit agere,contra primos concedentes? & dicit ip-
ſe,ꝙ contra quemlibet inſolidum, quia ipſe cõtraxit cũ vno.
ne in plures diſtinguatur, ut hic, licet ille primus non,niſi ꝓ
parte,quia contraxit cum plurib.Iſta ratio(ſalua ſua pace)nõ
eſt bona, quia iſte vltimus emptor non habet regreſſum de
euictione contra primos concedentes, qui non contraxerũt
ſecum, ſed cũ ſuo authore,licet ſibi vendenti conſenſerunt,
5 †ſed aliud eſt vendere, aliud vendi conſentire,vt in regula iu
ris.Nam ex illo conſenſu non obligatur, ſed reddit venditio-
nem validam, quæ alias non valuiſſet, & vlterius non habet
actionem cõtra illos,niſi ſibi cedatur ꝑ ſuum venditorem,vt
ſ.de euict.l.ſi res, in fi.venditor autem non habet niſi pro par
te contra quemlibet. Ergo non, niſi pro parte poteſt cedere,
& iſta eſt veritas.

## L E X XVI.

1 *In negocio non quæſtuario non habet locum hæc actio.*
2 *Factor,vel caſtaldio relictus ad recolligẽdos fructus poſſeſſionum non poteſt rem concedere in emphyteuſim.*

1 Si cum villico. †In negocio non quæſtuario non
habet locum hæc actio.h. d. ¶†Et
ſic no.ſm Gul. ꝙ ſi quis relinquit factorem ſuum, vel caſtal-
dionem ad recolligendos fructus ſuarum poſſeſſionum, non
poteſt reconcedere in emphyteuſim, quia non habet poteſta
tem alienandi,niſi fructus qui ſeruando ſeruari nõ poſſunt,
3 vt ẽt dixi ſ.e.ſed & ſi pupillus. §.ſed ſi alias, in fi. ¶†In tex.ibi.
[diſtrahendis mercib.]nam propter hoc.ſ.ꝙ haberet manda-
tum de uendendis fructibus non diceretur inſtitor, ſed ſi hẽt
mandatum de emendo,& vẽdendo merces.forte ex pecuniis
quas redegit ex venditione fructuum, tunc eſſet inſtitor.

## L E X XVII.

1 *Actio deſcendens ex contractu inſtitoris datur in eum,qui eum præpoſuit.*

Si quis. Actio deſcendens ex contractu inſtitoris datur
in eum qui eum prępoſuit.h.d. nam ex contra-
ctu emptionis,& uenditio. datur actio ex vendito,vel empto
ad rem tradendam, uel ſoluendum precium,datur etiã actio
redhibitoria, vel quanto minoris, quæ ſunt prætoriæ, ſi res
ſunt vitioſæ,& etiam actio de euict. omnes iſtæ dantur cõtra
1 præponentem.¶†In text.ibi, [non ſolum inſtitoria competit
ad rem tradendam.]ſupple,ſed ẽt ſequentes, ſi tradita eſt,ma-
le gl.format ꝯrium de l.ſi procurator.§.fi.de procu.ſoluit mul
tis modis,ſed non bene.dic, ꝙ ibi ex cautione interpoſita per
procuratorem de iudicato ſoluendo, iõ non datur actio con-
tra dñm;quia ſi ipſe dñs per ſeipſum litigaſſet, non habuiſſet
neceſſe præſtare illam cautionem,ideo cenſetur potius præſti
ta noĩe procuratoris, quàm dñi. hoc tñ intellige verum. niſi
habuiſſet expreſse mandatum a dño de ipſa interponenda,
ut ibi no.Bar.ſed ideo non dantur iſtæ actiones contra præpo
nentem, quia ſi contraxiſſet per ſeipſum, ſimiliter contra ip-
ſum darentur,& ita ſoluit Gul.& etiam gl.hoc, vult in l.con-
traria,& Bar.

§.Si ſeruum Titij. Ex cõtractu celebrato cum
inſtitore non ſolum contra
præponentem inſolidum, ſed etiã contra illum,in cuius po-
poteſtate erat inſtitor, poſſunt aliæ actiones dari.ſ.de pecu-
lio,uel de in rem verſo,uel quod iuſſu.h.d.

1 Man

1 *Mandatum inſtitoris morte domini non ſinitur,& ex contractu cum eo celebrato datur actio contra hæredem, etiam ſi ſit pupillus,vel furioſus,vel contra hæreditatem.*

2 *Pupillus obligatur ſine tutoris authoritate ex actu celebrato per defunctum,cuius ipſe eſt hæres,licet obligatio non fuit inchoata in perſonā defuncti,ſed pupilli,ex facto tamen defuncti.*

3 *Mandatum,licet per ſolam mortem nō finiatur,hæres tamen poteſt reuocare expreſſe,ſicut poterat defunctus.*

4 *Procurator conſtitutus a pupillo cum authoritate tutoris per mortem tutoris re integra non ſinitur.*

5 *Tutor ſolus,an poſſit expreſſe reuocare mandatum procuratoris, licet nō ſolus conſtituerit,& quod ante li.conteſt. non poſſit procurator conſtituere.*

6 *Procurator conſtitutus a prælato per eius mortem cenſetur reuocatus etiam re non integra*

1 **§.Si impubes** †Mandatum inſtitoris morte dñi non finitur,& ex contractu cum eo celebrato datur actio contra hr̄dem, ēt ſi ſit pupillus,vel furioſus,vel cōtra hr̄ditatem.h.d.& ſemper allegatur,& eſt bonus caſus.†In tex.ibi,pp̄ vtilitatem promiſcui vſus.i. negociationis, & ſic non eſſet idem in alio procuratore ēt gñali, non conſtituto ad negociandum, & hoc ne cōtrahentes decipiantur,vt s̄.e.l.ſed ſi pupillus.§.ſed ſi als.& ſic no.pup.obligari ſine tutoris auctoritate ex actu celebrato per defunctum,cuius ipſe eſt hęres,licet obligatio non fuit inchoata in perſona defuncti,ſed initietur in perſona pupilli ex facto tñ defuncti.†No.tñ,ꝙ licet per ſolam mortem non finiatur mādatum,hr̄s tñ pōt reuocare expreſſe,ſicut poterat defunctus,ar.l.fundum.§.item ſi amicus.de acqui.poſ.† In tex.ibi,[quemadmodum.]no.ibi ar. ꝙ concurator conſtitutus a pupillo cum authoritate tutoris per mortem tutoris re integra non finitur,neq; deſinit eſſe procurator,quia mandatū habet originem ab ipſo pupillo,qui ſuperuenit,licet non ab ipſo ſolo,ſed ſufficit,ꝙ ſemel ſit legitimatum mandatum, per interuentum tutoris,nec curatur,ꝙ poſtea moriat̄.†Sed an ipſe ſolus tutor poſſit expreſſe reuocare,licet non ſolus cōſtituerit eum,vide Bar.in l.ſi actor.rem ra.ha.in fin.& in l.neque.circa fi.C.de proc.in ver.iuxta pdicta.& s̄.ꝙ cuiuſ. vni.l.item eorum.§.ſi actor.ſed Gul.de Cu vr̄ dicere ꝯriū, ꝙ morte tutoris finiatur mandatum,& alle.l.qui ſeruum.& ſi quis alicui.de acq.hæ.ſed parum facit, dictum tñ ſuum poſſet procedere,quando a ſolo tutore fuiſſet conſtitutus,puta poſt li. conte.nam ante non poteſt,vt l.neq.C.de proc.& anteq̄ incipiat aliquid facere tutor,mortuus eſſet,non ſic,quando a

6 pupillo cum tutoris authoritate,per ea quæ dixi.†Quid autem in conſtituto a prælato,an finiatur per eius mortem?vide cle.fi.de proc.vbi hr̄,ꝙ ſic etiam re integra,quod eſt mirabile,& ratio illius deciſionis eſt ſatis occulta,licet Inn.dixerit contrarium in c.dilecti.de foro compe. cuius dictum colligitur per illam cle.cętera dic vt l.eius qui in prouinciam.ſupra ſi cer.pe.

**§.Proculus ait.** Ex contractu facto cum inſtitora poſt prohibitionem pponentis non datur hæc actio contra prępónentem,niſi quatenus eſt locupletior.

### LEX XIX.

iure? vide plene no.per Bar.in l.is ad quem.de acq.hæ.& adde
quod no.Bal.in l.ii.de reſcin.ven.in xv.col.vbi declarat, quan
do iudex poſſit reformare ſententiam, in l.j.de condi. indebi.
in vii.opp.

ADDITIONES.

a ¶Campſoribus.adde an hodierna cambia ſint licita? vide per Bar.in l.ii.de uſu.Bar.in rub.de conſti.pe.Doc.in c.in ciuitate, de uſu. Io. de An.in fi.e. ti.ſcilicet de uſur.

b ¶Aliis Adde an fideiuſſor cambii teneatur pro mercantia ſcripta in libris cambii, uide Pe.de Peru.in trac.ſocietatis.in 8.parte.q.40.

## *Ad ſenatuſcon.Mace. Rub.*

1 *Ex mutuo facto filiofa.non competit actio cum effectu contra ipſum etiam factum ſui iuris, quia obſtat exceptio Mace.*

2 *Delinquendi occaſio dari non debet.*
*Exempla mala euitanda ſunt, ibi.*

3 *Lex, vel ſtatutum ſi diceret ex aliquo contractu actionem non dari, nō tamen impeditur oriri ciuilis, & naturalis obligatio, & etiam actio, ſed ſolum paratur exceptio.*

4 *Lex ſi prohibet contractum celebrari, vel fieri, tunc nulla obligatio naſcitur etiam naturalis.*

5 *In criminali ſi lex diceret ex aliquo crimine non debere admitti aliquam accuſationem, ipſo iure accuſatio eſſet perempta.*

6 *Exceptio Macedoniani competit etiā patri, aut fideiuſſori, vel mandatori.*

LEX PRIMA.

1 VErba ſena. †Ex mutuo facto filio-
fa.non competit actio-
cum effectu contra ipſum etiam factū ſui
iuris, quia obſtat exceptio Mac.h.d.In text.
ibi, [& ſæpe mām peccandi.] dicebat.n.reci
pias hāc pecuniam mutuo, & eam reddas,
qn̄ poſſis, reperias modum, ꝙ poſſis, quod
efficiaris tui iuris, & obtineas hæreditatem patris, poſtea ve-
ro quotidie infeſtabat filium, vnde filius ad euitandum mole
ſtiam multoties interficiebat patrem, ꝑꝑ hoc ſenatuſconſul-
2 tus prouidit, & no.†ꝙ non dēt dari occaſio delinquēdi, facit
l.conuenire.de pac.dot. & ꝙ euitanda ſunt mala exempla.fa-
3 cit l.ſi quis ſeruo.C.de furt.† Item no.ex tex.coniuncta glo.ꝙ
qn̄ lex, vel ſtatutum diceret ex aliquo cōtractu actionem da-
ri, non propter ea impeditur ciuilis, & nālis oblō, & ēt actio,
vt patet ȷ̃.e.l.quia nālis.ſed ſolum ex iſtis verbis paratur exce-
ptio, vt dicit Bar.in l.nam & poſtea.de iureiu.ꝙ talis exceptio
4 impedit litis conte.†ſi autem lex prohiberet conntractum fie
ri vel celebrari, nulla oblō naſceretur ēt nālis, vt l.cum lege.
& ibi no.ȷ̃.de fideiuſſ..& l.ſi non ſortem.in princ. de condi.in
5 de.† Item in crīali, ſi lex diceret ex aliquo crimine non debe-
re admitti aliquam accuſationem, ipſo iure accuſatio eſſet
perempta, C.ne quis vela regia.l.ii.& no.ꝑ Bar.poſt Ia.đ Aret.
6 in l.j.ad Treb.no.ꝙ†non datur actio ꝯ̃ filium, ſed nec etiam ꝯ̃
patrem, aut fideiuſſorem, aut mandatorem omnib.enim iſtis
competit etiam hæc exceptio, vt ȷ̃.eo.l. ſed ſi pater.§.non ſo-
lum.niſi de conſenſu patris recepiſſet quo caſu daretur cum
effectu contra vtrunque etiam ſiue ſublato beneficio reſtitu.
in integ.licet filius eſſet minor, vt ſ̃. de mino.l.iii.§.ſed vtrum.
poſt medium.ibi, excepta mutui datione.& vide, quod ibi no
ta.in glo.

1 *Si tempore mutui facti filius non erat in poteſtate patris, ſperabat tamen reuerti in poteſtatem, quomodo habeat locum exceptio Macedoniani.*

2 *Fictio poſtliminii trahitur retro, ſed reſtō in integrum non trahitur retro.*

3 *Spes peremptorie exceptionis inducit interim dilationem.*

4 *Aliquid poteſt dici eſſe in pendenti ratione futuri euentus, quando prouenit ex cauſa, quæ retro fingit, non ratione præſentis ſtatus.*

5 *Qualiter aliquis poteſt dici eſſe in pendenti remiſ.*

1 §.Si pendeat. †Si tp̄e mutui facti filius non erat ī
p̄tāte pr̄is, ſperabat tn̄ reuerti ī p̄tātē
ex cā, q̄ retro fingit, locū hēt hæc excep. tam interim, q̄ poſtq̄
reuerſus eſt, ſecus ſi deficit ſpes reuertēdi. Item ſi erat in patris
p̄tāte, licet ſperaret exire, ſi tn̄ ex cā, quæ non fingit retro, ſit
habet locum, licet poſtea exigat.h.d.no.& ſemper allegatur.
2 †No.ergo, ꝙ fictio poſtliminii trahitur retro, vt patet ex pri-
mo caſu, ſed reſtitutio in integrum non trahitur retro, vt pa-
tet

tet in ii.caſu in ver.certe.quod facit ad no.plene in l.Gallus.§.
3 & quid ſi tñ.de lib.& poſth.¶†Itē no.ex primo caſu ibi dum
dicit interim igitur, ꝙ ſpes peremptoriæ exceptionis inducit
interim dilatoriam,nam iſte ſilius quouſq; pr̃ eſt apud hoſtes
ſperat conſequi exceptionem peremptoriam Macedo.ſi con
tingat patrem reuerti, quia poſtliminii fictione ſingetur ſem
per fuiſſe in patris ptãte, & ſic habebit hanc exceptionē,inte
rim ergo quouſq; pendet,an reuertatur,vel ibi moriatur,ſilr
habet hanc exceptionem,& ſi cõtingat ipſum reuerti, ex tūc
apparebit,ꝙ illa fuit,& eſt peremptoria.Si vero ibi moriatur
tunc eſt dilatoria:quia ſtatim ipſo mortuo poterit conueniri,
cum fingatur mortuus prima hora captiuitatis, & ſic filius
4 ſemper fuiſſet ſui iuris.¶†Item not. ꝙ aliquid poteſt dici eſſe
in pendenti ratione futuri euentus, quando prouenit ex cau-
ſa,quæ retro fingit,ſed ratione præſentis ſtatus non poteſt di-
ci aliquid eſſe in pendenti,quia non poteſt aliquid eſſe in ſta-
tu duplici, nã quouſq; pater eſt apud hoſtes, re vera filius eſt
ſui iuris:quia pater cum ſit in ptãte hoſtium,non põt habere
filium in ptãte ſua,ſed ſi reuertitur, fingitur nunquam fuiſſe
ſui iuris,& ratione iſtius euentus futuri dicitur interim eſſe in
pendenti,non autem attenta veritate præſentis ſtatus.Et vide
quod no.gl.fi.in l.cum pater.ſ̃.de neg.ge. & plene per Bar.e.ti.
5 l.Pompo.vbi tractat de hoc artic.†qualiter aliquis poteſt dici
eſſe in pendenti.& de vſur.l.ſi fur.in fi.

1 *Ex mutuo facto filioſ.etiam ſi ſit in dignitate conſtitutus, non datur actio cum effectu.*
2 *Statutum,ꝙ filiusfa.non poſſit ſe obligare ſine patre, quamquam ſit conſtitutus in publico officio,locum habebit,niſi ſit talis dignitas,quę liberet eum a patria poteſtate,& quid ſi contrahit cum repu.*
3 *Filiusfa.in caſtren.peculio habetur loco patrisfa.quo ad omnia,& quid ſi mutuum non ſit factum in cauſam caſtrenſis peculii.*
4 *Statutum,ꝙ filiusfa.non poſſit obligari,niſi ſit mercator,vel artifex,& ipſe obligat ſe non in cauſam mercantiæ,vel artificii non obligabitur.*
5 *Filiusfa.quando habet caſtrenſe peculium,an quo ad ipſum ſit ſui iuris vere,an per fictionem.*
6 *In his,quæ ſunt de iure poſitiuo,ſi lex, vel ſtatutum dicat aliquem haberi pro tali,tunc non habetur ſecundum fictionem, ſed ſecundum veritatem.*
7 *Differentiæ inter legitimatum,& diſpenſatum,& inter reſtitutum natalibus,& illum qui conſecutus eſt ius aureorum annuorum.*
8 *Senatuſcon.Mace.loquens ſimpliciter de mutuante filiofa. & ſibi denegatur actio, debet reſtringi ad illum qui mutuat ſcienter.*
9 *Error iuris non excuſat ĩ damnis vitãdis in his, quæ ſunt a iure prohibita, & quid in lucris acquirendis.*
10 *Fama publica dat iuſtam cauſam credulitatis,& excuſat, & quæ dicatur fama.*
11 *Si aliquis non notarius reputatus pro notario conficiat inſtrumenta tanquam notarius,an inſtrumenta valeant.*
12 *Teſtis interrogatus ſuper fama,ſi reſpondeat eſſe publicam famam, quia ita publice dici audiuit,an dicatur reddere rationem dicti ſui.*

1 §.In filioſa †Hic ponitur regula, ꝙ ex mutuo facto
filioſa.ēt ſi ſit indignitate conſtitutus,nõ
datur actio cum effectu, & poſtea ponuntur vi.caſus, vel vii.
vſq; ad l.ſed & Iu.Primus eſt,quando habeat caſtr.pec.Secun-
dus,quando mutuans credidit illum eſſe paterſa.iuſta ratione
ductus.Tertius,quando mutuans erat minor xxv. ann.Quar
tus,quando erat etiam ipſe filiusſam.& mutuauit pecuniam
paternam.Quintus eſt, quando fuit aƚr ꝯctum cum filioſa. q̃
mutuando,qa ſenatuſc.non hēt locū,niſi in mutuo,in aliis ꝯ
ctib.non, niſi eſſent facti in fraudē mutui.Sextus eſt,qñ ꝯctus
fuit initiatus tpe quo erat in pr̃is ptãte, quia tunc ſpe futuræ
numerationis ꝑ ſtipłonem promiſit ſed numeratio facta fuit
poſtq̃ exiuit pr̃iam ptãtē. Septimus eſt,qñ filius non recepit
2 mutuū,ſed pro recipiente fideiuſſit. ¶† Ex prima rła no.ar.ꝙ
ſi ſtatutum dicit, ꝙ filiusfa. non poſſit ſe obligare ſine patre,
quamquam ſit conſtitutus in publico officio,locum habebit
ſtatutum,niſi ſit talis dignitas,quę liberet eum a pr̃ia ptãte,vt
hic in gl.¶Sed ꝯ de l.ſi quis pr̃em.ver.vnde Iul. quę ſtatim ſeq
tur.ſo.aliud eſt,ꝙ filius ſit in dignitate, vel officio publico,qa
ꝑꝑ hoc non eſt veriſiƚe,ꝙ ſit ex̃ pr̃iã ptãtē,vt hic patet aliud,
a qñ ꝯhit cum republica emendo gabellam, [a] vel vectigalia.qđ
tene menti perpetuo, ſed tunc ēt ſi conſtaret ꝯhentib.ipſum
eſſe in patria poteſt.haberet locum ſenatuſcon. quia ille ver.
3 vnde Iul.loquitur in dubio.¶†Item no.ex primo caſu fallen-
tiæ,ꝙ filiusfa. in caſtrenſi pe. loco patrisfa.hr̃ quo ad omnia,
vt patet ex gl.& ad hoc ſemper allegatur. Sed hic quæritur de
duob.primo quid ſi mutuum non eſt factum in cauſa caſtren
ſis peculii? reſpondeo, adhuc habet locum iſte text.vt ceſſet
ſenatuſcon. quia eſt præſumptio iuris, & de iure, quod in il-
lam cauſam contraxerit, tex. in l.fina. C. eodem ante finem.
vel dic,ꝙ forte ille tex. loquitur, niſi appareat euidenter ꝯriū
4 ſinę aliqua probatione,& illud facit ad q.ſi†dicat ſtatutum,ꝙ
filiusfa.nõ poſſit obligari, niſi ſit mercator,vel artifex,& ipſe
obligat ſe,non tñ in cãm mercantię,vel artificii,an valeat,&
Bal.ibi diſtinguit,aut hoc conſtat, & tunc nõ valet, aut non
conſtat,& p̃ſumitur,ꝙ in cãm mercantię,per illum text. no.
& ſic ſtatutum illud vr̃ debere intelligi,dūmodo ꝯhat ĩ cãm
5 mercantiæ,& pluries vidi de facto iſtam cãm Florẽtię. ¶†Itē
quęro utrum re vera,qñ filusſa.habet caſtren. pecul. quo ad
ipſum ſit ſui iuris,vel ſolum per fictionem?& vr̃,ꝙ reuera ſit
ſui iuris,quia eſſe in poteſtate pr̃is,vel nõ eſſe cõſiſtit in iure,
cum paterna poteſtas ſit de iure ciuili,vt ſ̃.de his, qui sūt ſui,
uel alie.iur.item in poteſtate.cum l.ſeq.& inſti.de pat.pote. &
6 regula,ꝙ eſt in his,quę ſunt de iure poſitiuo,†ſi lex,vel ſtatu
tum dicat aliquem haberi pro tali,non hr̃ ſm fictionem,ſed
ſm veritatē,ut tradit Bar.in l.ſi is,qui pro emp.j̃.de vſuc.ꝯriū
eſt veritas,quia illud procedit,qñ indiſtinctè, & gñaƚr diceret
eum haberi pro tali, vt patet, qñ filius eſt in dignitate conſti-
tutus,qui hodie liberatur a patria poteſtate.ut in auth.conſti
tutio.quę de dignitatibus,ſed hic non dicit haberi pro pr̃fam.
n̄ ſi quantum ad caſtrenſe peculium,vñ non poteſt eſſe in pa
tria ptãte,quo ad quędam,& quo ad quędam non, ſicut nõ
poteſt eſſe ſeruus quis, quo ad quędam, & quo ad quędam
non.vt in l.ſi pr̃.in fi.de liberali cã,vel legitimus, quo ad quę-
dam,& quo ad quædam non vt.no. per glo.in c.cum inhibi-
tio.de clandeſtina deſpon. ſed bñ põt eſſe in patria poteſtate
ſecundum veritatem, & tamen quo ad fictionem in quibuſ-
dam haberi pro paterſa.ut hic,& idem in ſeruo, & legitima-
to ꝑ eandem rationem, & ita tradit Barto. in d.l.ſi is,qui pro
empt. & ita intelligit iſtum text.quod facit ad ſtatutum,quo
cauetur,ꝙ aliqui forenſes habeantur pro ciuibus, an iſta ver
ba importent, quòd ſint vere ciues, an autem ſm fictionem
cum aliud ſit eſſe talem,& aliud haberi pro tali,hic,ut ibi,&
7 in l.ſi maritus.de adul. † nam quando aliquis eſt uere legiti-
b mus,ſeu legitimatus, omnis macula [b] illegitimatis radicitus
eſt euulſa,& ideo ſi impetraret bñficium, tanquam legitimꝰ
non haberet facere mentionem,ꝙ fuit ſemel illegitimus, &
poſtea fuit legitimatus, ſed qñ non eſt vere legitimus,licet fi-
ctione in quibuſdam habeatur pro legitimo, tunc potius
diſpenſatio, quã legimatio.Ideo ſi aliud poſtea impetraſſet,
hr̃et facere mentionem,ut in c.j.ſeu.2.de fil.pręsbyter. li.6.fa
cit.ſ̃.de in ius voc.l. ſed ſi hac.§. patronus.vbi colligitur dicta
differentia inter legitimum diſpenſatum, & inter reſtitutū
natalibus,& illum, qui conſecutus eſt ius aureorum annulo
rum.Primus.n.dr ingenuus.ſecundus non,ſed habet iura inge
nuitatis ex diſpenſatione, vt l.ii. C. de iure annu.aur.& l.ſed
8 & ſi accepto.de iure ſiſ.in l.ſi quis patrem.in prin.¶No.plura.
primo,ꝙ ſenatuſconſ. loquitur ſimpliciter de mutuante filio
ſa.& ſibi denegatur actio, tamen debet reſtringi ad illum,qui
mutuat ſciēter,& hoc ideo,quia inducit aliquid in eius odiū.
Vnde non decens, vt puniatur ſi fuit ignorans, ſecus quando
non induceret aliquid in eius odium ſenatuſconſu. Velleian.
quod emanauit in fauorem mulieris, non in odium credito
rum illa exceptio dicitur fauorabilis,ſed iſta odioſa.ſ̃.de con-
di.indeb.l.qui exceptionem.certe ſenatuſc.Velleia.locum ha
bet in creditore, qui ignorabat illam eſſe mulierem, & iuſtã
habuit ignorantiam dummodo mulier non fuerit in dolo,
nec calide fuerit verſata inducendo ipſum ad hanc credulita
tem,quia credulitas illius non debet nocere mulieri non de-
cipienti,vt ſibi auferat beneficium iuris, & hoc colligitur ex
l.ii.§.verba.j̃.ad Velle.in verſ. ſed ita demum.& l.ſi recipiendi.
C.e.& l.ſi ſine.a contrario ſenſu,nec ob.l.ſed ſi ego.j̃.ad Vell.
quia ibi mulier fuit in dolo ſimulando ſe accipere in cauſam
propriam,cum acciperet in alienam creditore hoc ignoran-
te,ego loquor, quando in nullo dolo fuit pone enim, quod
in vita fuit induta veſte virili, certe non debet ſibi hoc noce-
9 re.¶†No.etiam hic,quod error iuris [c] non excuſat in damnis
c vitandis in his,quæ ſunt a iure prohibita,alias ſecus,vt j̃.de iu
ris & fac.igno.l. iuris ignorantia. la ii. quę limitatur per hanc
l. niſi damnum haberet originem a lucro, quia etiam tunc
non excuſaret,vt j̃.de acquiren.hære.l.ſi duo.& ibi no. in glo.
10 in lucris autem acquirendis non excuſat,vt d.l.iuris.†¶Et no.
dictas limitationes ad illam regulam. ¶Item not.quod excu
d ſatur ille,qui credit [d] aliquid,quod cõiter,& ab omnibus dr̃,
& ſic publica fama dat iuſtam cauſam credulitatis. facit.l. ſi
præſes.C.ſi ſeruus aut liber ad decu. aſpi.& not. per Bartol. in
l.de minore §.tormenta.de quæ.facit etiam.l.fin.j̃. de hæredi.
inſt.& de acqui.hære.l.cum quidam.§.quod dr̃. & adde hic.l.j.
&ij.

ADDITIONES.

a ¶Gabellam.Adde Berta.de firmo.in tracta.de gabel.
b ¶Macula.Adde doct.in cap. per venerabilem.qui fil.ſint legiti.Anto.Roſel-
lum.& Lu.de Sardis.in ſuis tract.de legitimatio.
c ¶Error iuris.Adde an error iuris ſit lata culpa. vide Sal. in l. de eo. *in j.col.*
de pœna iudic.Car.in c.j.in 18.q.de condi.
d ¶Credit.Adde quòd verbum, credo eſt verbum dubitatiuum, *& regula-*
riter non probat, ſecundum glo.& doct.in l.teſtium.C.de *teſtib.* doct. in
cap.quoties.de teſti.

1 & ii.C.c.& facit iſte tex.† Si aliquis communiter habebatur,
a & reputabatur pro notario,[a] & conficiebat inſtr̃a tanq̃ nota-
rius,ꝙ valeant,licet non ſit,ne ꝑ r̨eiudicetur ignorantibus, vt
dic,vt no.in l.Barbarius.de of.procon.& le.in l.i.C.de teſti.fa
2 cit ẽt iſte tex.ꝙ†ſi teſtis interrogatus ſuper fama reſpõdeat eſ
ſe publicam famam,quia ita publice dici audiuit , ꝙ dicatur
reddere bonam rationem dicti ſui,ſed Bar.vr̃ terminare con
trarium in §.tormenta,quia potuit dici publice ab vno,vel a
duobus,& tunc non eſſet fama,quia tunc eſt fama quando a
maiori parte populi ſcitur dicendo publice videtur intellexiſ
ſe eo modo quo deponit,i.a maiori parte populi, & ſic expo
nit publice,i.publice ar.hic dum dicit publice &c. ꝙ multum
facit contra Bar.

ADDITIO.

a ¶Notario.Adde Spec.in ti.de inſtru.edi.in §.reſtat. ver.ſi is qui. & ibi Ioã.
An.in add.Doc.in c.j de fide inſtr.

LEX IX.

1 *Fideiuſſor hodie habet beneficium excusſionis ſi principalis eſt preſens,ſed non duo rei debendi principaliter obligati,licet habeant beneficium diuiſionis,ſi ſunt ſoluendo.*

2 *Qui obligat ſe,vt principalis,quando tamen habeatur,vt fideiuſſor,& numero 1.*

4 *In quibus magis interſit creditoris habere obligatos aliquos vt principales,& in quibus,vt fideiuſſores.*

1 **Sed Iulianus.** Ille†dr̃ reus principalis ad quem per
uenit tota pecunia,licet obligauerit
ſe,vt fideiuſſor,& econuerſo,ille dr̃ fideiuſſor , ad quem non
peruenit,ſed ſe obligauit pro prĩcipali.Prẹmitte , ꝙ ſi mutuo
tibi pecuniam,& filiusfa.pro te fideiubet, nemini nr̃m datur
hæc exceptio,vt s̃.l.proxi.ſed contra ſi mutuo ſibi, & tu fide-
iubes pro eo,datur utriq;,vt l.ſed ſi pater.§.non ſolum, pone
ergo,ꝙ cum vellem ſibi mutuare,& tu pro ipſo velles fideiu-
bere,ad hoc ut neutri competat ,voluit, ꝙ inſtr̃m principaľr
cantaret in perſonam tuam, & ſecundario in pſonam illius
tanquam fideiuſſoris,& numeratio facta fuit ſibi,& ita cãtat
inſtr̃m,tñ ab alia manu reſtituiſti totam pecuniã, tunc te cõ-
uenio tanquam principalem,tu dicis,ꝙ ille eſt principalis,pe
cunia peruenit ad eum, ita fuit actũ inter nos,paratus es hoc
probare,certe dabitur tibi hæc exceptio,quia cenſetur color
quẹſitus, & facta fraus ſenatuſconſulto de perſona ad perſo-
nam,vel de modo ad modum ꝯhendi.Item debes ſcire, ꝙ qñ
ſunt duo rei debendi poteſt creditor incipere a quo vult , nec
ad hoc habent inter ſe beneficium excuſſionis,licet ſecus ho-
die in fideiuſſoribus.Pone ergo,ꝙ cum tu velles fideiubere ꝑ
filiofam.ego volui,ꝙ te principaľr obligares,& etiam ipſe,ad
hoc,ut tu non haberes hanc exceptionem tanquam fideiuſ-
ſor.certe ſi poteſt apparere,ꝙ fuit actum iter nos, vt pecunia
perueniret ad filium,ſimiliter cenſetur eſſe facta fraus,& cõ-
2 petit exceptio ſicut ſi fideiuſſiſſet. ¶ †Et iſte tex.ꝓbat optime
vnum,quod dicit gl.no.in Auth.de fideiuſſ.in prin.vbi dr̃, ꝙ
fideiuſſor hẽt hodie per illam auth.beneficium excuſſionis,
quia poteſt petere,ꝙ principalis primo conueniatur.ſi eſt p̃-
ſens,& excutiatur,ſed duo rei debendi principaliter obligati
non habẽt inter ſe hoc beneficium,licet habeant inter ſe be-
neficiũ diuiſionis,ſed pone,ꝙ duo ſe obligauerũt, æque prin
cipaliter,prout quotidie conficiunt inſtrumenta , conuenio
vnum,iſte dicit,ꝙ tota pecunia peruenit ad alterum,ꝙ ille de
bet reputari principalis , & ipſe fideiuſſor offert ſe paratum
hoc probare,& petit illum prius excuti , an hoc fieri debeat,
Glo.hic notan.tenet ꝙ ſic, quia quoties prima obľo non tol-
litur per ſequentem, licet in ſequenti quis cõſtituat ſe princi-
palẽ debitorem,nihilominus habebitur,ut fideiuſſor,ita no.
illa glo.quæ incipit no.dr̃iam.& iſtud vr̃ probari in hoc text.
Gui.de Cu.vr̃ hic ſentire ꝯ̃rium,& dicit, ꝙ hic loquitur in ꝓ-
hibitis,nos loquimur i ꝯ̃ctu nõ prohibito.vnde ille obligãdo
ſe vt principalis , videtur renũciare beneficio excuſſionis,alr̃s
3 quid operaret̃ hoc. † Tu aduerte ad tres caſus,& tene menti.
Interdum ille vult probare,ꝙ ita fuit actum a princ.inter cre
ditorem,& ipſos obligatos,& procedit ſine dubio illa gl.etiã
in non prohibitis,quaſi cenſeatur color quẹſitus,arg.hic,nec
poteſt conqueri creditor ex quo conſenſit, aut ille nõ poteſt
probare,ꝙ hoc fuerit actum inter creditorem, & ipſos.Bene
tamen vult probare,ꝙ tota pecunia peruenit ad illum altero
ipſorum conſentiente,& tunc etiam ſi creditor hoc ſciuit fi-
ctum illorum inter ſe non debet creditori nocere,qui ſibi ꝓ
ſpexit faciendo illum principaliter obligari, ideo nõ cogitur
alium per prius conuenire,& excutere,niſi ille cõuentus pu-
tat hoc fieri ſuo periculo,& impenſis,tũc.n.ex æquitate coge
retur hoc facere per.l.vnde quæritur.in prin.s̃.commo. & ibi
Bartol.hoc tenet,l.i. de duobus reis.ſi autem non diceret , ꝙ
hoc fiat ſuis expenſis, & periculo,quantumcunque velit do-
cere,ꝙ ad alium peruenit pecunia,non habebit beneficiũ ex
cuſſionis,ſed diuiſionis,ſic vt quilibet conueniatur pro dimi
dia ſi ſunt ſoluendo,& ſic procedit dictum Guil. de Cu.hoc
tamẽ verum in non prohibitis.in prohibitis videtur,qđ ſuffi-
ciat ipſa conuentio ſi offeret ſe paratum hoc oſtendere , arg.
4 hic in ver.idem ac ſi duos.& ſic†no.caſum in quo,ille qui ſe
principaliter obligauit,ad quem non peruenit pecunia,non
tamẽ habetur, vt fideiuſſor,ſed vt principaliter obligatus,qñ
ſumus in non prohibitis , & non fuit actum inter creditorẽ,
& ipſum , nec ipſe petit illum excuti ſuo periculo, impenſis,
hic trib. concurrentib.non habet beneficium excuſſionis tã-
quam principaliter obligatus ſecundum Gul.de Cun.alias ſe
cus.Item in alio prodeſt, ꝙ ille ad quem non peruenit pecu-
nia prĩcipaliter ſe obligat potius quam fideiuſſorio nomine,
quia poteſt obligari in plus,quam alter, licet ſecus in fideiuſ-
ſore,vt l.Græce.§.illud.de fideiu.& ita no.per Bar.in l.ei qui.ĩ
fi.e.ti.item quia iura loquentia de duob. reis,ꝙ factum vnius
alteri præiudicat , vt interruptio præſcriptionis facta contra
vnam præiudicat alteri, vt in l.fin. C. de duobus reis.ſecus in
facta contra principalem quæ non cenſetur facta ꝯ̃ fideiuſſo
rem,vt l.cum quis.§.ſi quis pro reo.& ibi no.ĩ.de ſoluti.habe
bunt locum iſto caſu.Item ſi ſunt plures,qui ſe obligãt æque
principaliter,puta quatuor,ſi non fuit dictum,ꝙ quilibet ĩſo
lidum , & pecunia peruenit ad vnum tãtum,quilibet eorum
tenetur pro parte tantum,vt l.reos,§.cum in talibus.de duob.
reis. & nota in l.ſi paternam, C. ad Velle.ſed ſi ſe obligarent
vt fideiuſſores, quilibet obligaret̃ inſolidum etiam ſi non eſ-
ſet expreſſe actum,vt inſti.de fideiuſſori.§.ſi plures.& illud eſt
pro obligatis,cum magis eorum interſit obligare ſe principa
liter,quam fideiuſſorio nomine,præcedentia ſunt contra eos
cum magis interſit creditoris, in aliis autem duobus haben-
tur,vt fideiuſſores,quia ſi non tenetur principalis ad quem ꝑ
uenit pecunia,nec ipſi tenentur,vt hic,& exceptio competẽs
principali etiam competit in illis, ut hic probatur,& vide qđ
notat Bartol.in l.ead.de duobus reis.in v.quæſtio.in verſiculo
circa.

1 *Duo caſus hic ponuntur , in quibus ceſſat ſenatuſconſultum Macedonianum.*

2 *Licet gerendo negocia tua poſſum pro te ſoluere,& te mihi perſonaliter obligare,non tamen poſſum pro negocio tuo gerendo rem tuam obligare ſine tuo mandato.*

3 *Quando obligo rem tuam nomine meo,& tanquam meam, ſi tibi ſuccedo ſicut cõfirmatur obligatio quæ a principio fuit nulla , ita ſi obligaui nomine tuo,& tanquam tuam,& poſtea ſuccedo.*

4 *Verbum,pecunia,in materia odioſa ſumitur ſtrictiſſime pro pecunia numerata,& in qua materia ſumatur largiſſime,& quando large.*

1 **§.Sed & ſi.** † In iſto §.ſeq.ponuntur duo caſus,in q-
bus ceſſat ſenatuſc.& ſex fuerũt politi. ĩ.
& ſic ſunt octo,alii quatuor ponuntur.ĩ.e.§.q̃q̃.vſque in fi.&
ſi ſunt xii.Primus eſt qui ponitur hic, quando recipit mutuũ
in cauſam quẹ incumbebat patri neceſſario.Secundus eſt,qñ
mutuatur aliud mutuabile, q̃ pecunia,niſi hoc fiat in fraudẽ
2 ¶ †Et no.ex primo caſu,ꝙ licet gerendo negocia tua poſſim
pro te ſoluere,& te mihi perſonaliter obligare, vt in tot.titu.
de nego.geſt.non tamen etiam poſſum pro negocio tuo ge-
rendo rem tuam obligare ſine tuo mandato,vt hic colligit̃,
dũ dicit patris tamen res non tenebitur.facit infra quod iuſſu
l.dominium.niſi forte conſueuiſſes pro tali negocio res tuas
3 obligare.argum.ſupra de pigno.ac.vel vniuerſorum. ¶†Item
no.in fin.ꝙ ſicut quando obligo rem tuam nomine meo,&
tanquam meam,ſi tibi concedo,confirmatur obligatio quæ
a prin.fuit nulla.vt s̃.de pig. act.l.rem alienam.in princi. ita ſi
obligaui nomine tuo,& tanquã tuam,ſi tibi ſuccedo.¶ Vlti
4 mo no.in §.ſeq.†ꝙ verbum.[pecunia,] in materia odioſa ſu-
mitur ſtrictiſſime pro pecunia numerata, aliquando vero ſu
mitur largiſſime pro qualibet re etiam immobili vt in fauo
rabilibus,aliquando large pro rebus conſiſtentibus in ponde
dere,numero,vel menſura,vt in his quẹ non sũt odioſa , nec
fauorabilia,ut in mutuo,vt l.2.& ibi no.s̃.ſi cer.pet.gl.& ple-
ne de hoc in l.talis ſcriptura.de leg.i.

3 *Quando duo contrahunt ſuper eadem re cum alio,ſcientia vnius corũ nocet alteri etiam ignoranti.*

2 *Quod inſpiciatur potius id quod nocet.ſ.ſcientia vnius , vt noceat ſibi , & alteri,quã id ꝙ prodeſt.ſ.ignorantia alterius, quẹ non prodeſt ſibi,nec alteri ſcienti,vt in domino,& procuratore.*

3 *Mutuam pecuniam filiusfa.ſcienter,ſi cedat iura ſua alteri,qui ignoratur eſſe filiusfa.an iſti ceſſionario obſtet exceptio Macedoniani.*

1 **§.Non ſolum.** †Iſta exceptio eſt in rem ex parte
creditoris , quia competit non ſo-
lũ contra ipſum,ſed etiam contra quemlibet eius ſucceſſorẽ
tam ſingularẽ,q̃ vlem.hoc primo. Quando duo contrahunt
ſuper eadem re cum alio,ſcientia vnius eorũ nocet alteri ẽt
ignoranti.hoc ſecundo.Item ſcientia creditoris inſpicit̃ quã-
tum ad illum,ad quem peruenit pecunia,non quantũ ad al-
terũ in quẽ nõ peruenit pecunia,q̃a primus reputat̃ prĩcipa-
lis,

lis, ſecundus reputatur fideiuſſor, licet ſe principaliter obli-
gauerit hoc tertio,& vltimo dicit tex.cum gl.quam not. pro
co,ꝙ dixi in prin.huius.l.No.†ẽt diligenter ſm dictũ, in quo
2 inſpicitur potius id,ꝙ nocet.ſ.ſcientia vnius, vt noceat ſibi,
& alteri,quam id,quod prodeſt.ſ.ignorantia alterius,qđ non
prodeſt ſibi,nec alteri ſcienti,& eſt ratio ſm Iac.de Aret. qa
veriſimile eſt,ꝙ poſtquam ſimul ꝯhunt cum filiofami.ſuper
eo.ſi alter corũ ſcit ipſum eſſe filiumfa.etiam alter præſumat
ſcire,quaſi alter ſibi dixerit,ar.ĩ.eo.l.pe.vel poteſt dici, ꝙ hic
ſcientia vnius nocet alteri:quia ille,qui mutuauit, reputatur
principalis, & alter qui ſtipulatus eſt, reputatur procurator
eius,& ſic intelligit gl.tanquam procurator fuerit ſtipulatus.
Vnde cum ſit reſtitutus dño,ſcientia dñi nocet procuratori,
& econuerſo arg.ſ.de tribu.l.procuratoris.in prin.ſecus ſi nõ
tanquam procurator,& ſic non eſſet reſtitutus.Nam ſic non
noceret ſibi exceptio Macedoniani: qa ſuum recepit, vt hic
hr̃ in j.gl.niſi cauſa lucratiua fuiſſet ſtipulatus,ita non nocet
ſibi ſcientia alterius,& ad illud brocardum, an inſpiciatur id
quod nocet, an ꝙ prodeſt, vide in l. ſi quis.in graui.cũ l.ſeq.
3 ĩ.ad ſill.¶†Sed quæro circa primum caſum,ſi creditor q mu
tuauit,ceſſit iura alteri,an diſtinguatur, prout glo.diſtinguit,
an ex cã lucratiua,an oneroſa?puto,ꝙ non, qñ ceſſionarius
nititur ex ꝯctu cedentis,non ex proprio:quia ipſe non cõtra-
xit cum debitore,vñ ſi ex illo ꝯctu cedenti nata eſt actio vul
nerata:prout eſt hic,tranſit in cedentẽ cũ eodẽ vulnere,ſed il
le in quem facta eſt delegatio, nititur ex proprio ꝯctu: quia
ipſe ſtipulatur a debitore delegante creditore,vt in leg.j.C.de
noua. & ideo ſumatur media via, vt ſi facta eſt delegatio,
ex cã lucratiua,exceptio quæ obſtabat delegãti,obſtat ei, cui
facta eſt delegatio:ſecus ſi ex cã oneroſa.vt l.doli.ĩ.de noua.

**§.Quanquam.** Hæc exceptio competit filiofa. & ſucceſſoribus ſuis, non tamẽ
ei, qui ipſum inſtitorem præpoſuit tacite, vel expreſſe.h.d.

2 *Ex eo, quod quis fecit ex poſtfacto, colligitur quem animum habuit a principio.*

3 *Filius, quando eſt aptus ad diſcendum, tenetur pater, ſi poteſt, & filius vult tenere eum in ſtudio, & poterit compelli iudicis officio, ſicut ad dotandam filiam.*

4 *Quatuor caſus in quibus in mutuo facto filiofam.ceſſat in effectu ſenatuſconſ.Macedo.*

5 *Filius ſi emit libros, an illi ſint præcipui ipſius filii, neque veniant communicandi cum fratribus, remiſsiue.*

6 *Filius mercator ſi in cauſa mercantiæ accepit mutuum, quod ceſſet ſenatuſc.Macc.& quid ſi non erat mercator, ſed hẽbat peculiũ aduẽtitiũ.*

7 *Si pater ratificat contractum poſtquam eſt effectus ſui iuris per emancipationem, facit ceſſare ſenatuſconſ.quantum ad ſe, ſi conueniatur actione de peculio, non quantum ad filium. Si vero tempore quo erat in poteſtate, facit ceſſare quo ad vtrunque.*

8 *Filiusfa. non poteſt approbando contractum facere ceſſare ſenatuſconſ. Maced.niſi approbet, poſtquam factus eſt ſui iuris.*

9 *Si factus ſui iuris ſoluat partem debiti, quare tenentur aliam partem ſoluere, & ſic, quod videatur contractum tacite approbare, & exceptioni Macedo.renunciare.*

10 *Quid ſi dedit pignus, vel iudex miſit creditorem, an perdatur exceptio Macedo vſque ad vires pignoris tantum?*

1 **§.Quanquam.** †Vſque ad fi. huius l. ponuntur quatuor caſus in effectu, in qui-
bus ceſſat ſenatuſc.tam quo ad filium, quam quo ad patrẽ.
Primus eſt,qñ pater conſenſiſſet in tali mutuo,vel expreſſè,
vel tacite,vel a prin.vel ex poſtfacto ratificãdo expreſſe, vel
tacite,vt hic in iſto primo caſu, vſq; ad ver. & proinde. circa
2 fi.l.in ver.hoc amplius.†Secundus eſt, qñ accepit, & vertit in
cãm patris,vel a princ.vel etiam ex poſtfacto,vt in ver. proin
de,& no.illum tex.quia ſemper allegatur,ꝙ ex eo, qđ quis fe
cit ex poſtfacto colligitur quem animum habuit a princ. &
ſic per ſequentia declarantur præcedentia, ad quod vide .C.
de na.lib.l.cum quis.ante fi.& ĩ.re.amo.l.ſi cõcub.§. res amo
tas,& l.ventri.in fin.de priu.cred.& quod hr̃ in c.officij.extra
3 de elec.†Tertius eſt,qñ recipit in cauſam ſtudij,vt §.quod dr̃.
a ex quo no.vna cum gl. ꝙ qñ filius eſt aptus [a] ad diſcendum,
tenetur pater ſi poteſt,& ille vult tenere eum in ſtudio, & po
b terit compelli iudicis officio,ſicut ad dotandam filiam [b],vt l.
qui liberos,de rit.nup.ſm Guil.de Cu.qui etiam allegat.l.fin.
de iure do.& de rei vendi.l.ſin autem.cum l.ſeq.& in auc. ne-
que verum,ꝙ ex dote.§.pen.ad Carbo.l.de bon.§. non ſolũ,
& vbi pup.edu.debe.l.2.ſecus ſi non eſſet aptus,vt l. Stichus.
de leg.3.ſm Guli.licet viderim patrem ditiſſimum,& poten-
tiſſimũ denegare hoc filio ſatis apto,& volẽti ſtudere in tm̃,
4 ꝙ etiam inuitum a ſtudio reuocauit. †Quartus caſus eſt, qñ
recipit pecuniam mutuo,vt liberaret ſe a creditore, cui effi-
caciter tenebatur,vt in §.ſi filius accepit. extra iſtos caſus, &
alios,de quibus ſupra competit exceptio,tam filio, quam pa
tri, ſed alteri, qui ipſum præpoſuiſſet, vel ſibi mandaſſet de
de recipiendo mutuum, non competeret, ſed ipſi filio bene
cõpeteret, vt l. prox.§. interdũ, &c. Si tm̃ filius factus ſui iuris
incipiat ſoluere,cenſet̃ renunciaſſe exceptioni Macedo.ẽt in
reſiduo.vt in fi.huius l. & ſic plus valet renuntiatio tacita re
ſultans ex eo,qđ incepit ſoluere,q̃ expreſſa, vel reſultans ex ta
citurnitate:quia eam non oppoſuit,nam illa non valet,vt ĩ.
eo.l. tametſi. ¶Et circa materiã.§. qđ dr̃.vltra qõnes hic for-
matas in gl.vide alias,quæ formant̃ per Doc.C. eo.l.Mace.&
in l.fi.in qua.l.Macc. Doc. vñr tenere ſequendo gl.ibi poſitã,
ꝙ pater inuitus non teneat̃ tenere filiũ in ſtudio quantũcun
que ſit aptus,ſed gl.hic poſita tenuit ꝯrium poſt mediũ text.
ibi,[ſi ſtudeat,tenetur pr̃ quaſi vtiliter, &c.] & loquimur qñ
ꝯ voluntatẽ patris erat in ſtudio:illam partem tenet Guliel.q̃
ẽt ego puto verã:qa non minus ſubeſt rõ naturalis in hoc,q̃
5 in dotando,vel alimentãdo. ¶†Quid aũt ſi emit ſibi libros,
an illi ſint p̃cipui ipſius filij?dicit Bal.ꝙ non, in d.l. Mace. ſed
veniunt cõicandi cũ fratribus.Tu dic plenius de hoc, vt not.
Bar.in l.vbi.§.ſed nec Caſtrenſe.de coll.bo. vbi plenius diſtin
6 guit,& in l.ſi donatione.C.de collationib.† dñt ẽt doct. ꝙ ſi-
cut qñ filius recipit in cã ſtudij ceſſat Maced. idẽ, ſi erat mer-
cator, & accipit in cãm mercantiæ ſm Pet.& Cyn.in l.fin.qđ
no. & procedit ẽt ſi negociabat̃ cũ mercib. peculiarib. ſciẽte
patre,aliàs non hr̃et dubiũ.ſ.in verſ.q̃q̃.¶Sed quid ſi nõ erat
mercator,habebat tm̃ peculiũ aduẽtitiũ?rñdeo, vr̃ dicendũ,
aut pr̃ non habebat vſumfructũ, & p ꝯñs nec adminiſtratio-
nem,vr̃ ceſſare,vſq; ad vires illius peculij, ſicut in caſtrenſi,
vel quaſi,ſic vr̃ eadẽ rõ,vt ſ.eo.l.j.in fi.aut habebat vſumfru.
& tunc ſecus:qa nihil põt diſponere, vel alienare ſine volun
tate pr̃is,l.cũ non ſolũ.§.filius aũt.C.de bo. quæ lib. Cõtra.§.
ſi filius.opp.ꝙ licet pecunia ſit cõuerſa in vtilitatẽ filij, nihi-
lominus hẽt locũ ſenatuſcõſultũ.ut ĩ.eo.l.ſi pr̃.§. hoc ſenat.
ſolue.verũ eſt,niſi mutuata ſit ſpecialiter ad hunc finẽ, vt in
7 vtilitatẽ cõuertat̃,vt eſt caſus hic, qđ no. ¶†Circa verb.[hoc
amplius.] quærit̃, ſi pr̃ ratificat ꝯctũ poſtq̃ filius eſt effectus
ſui iuris p emancipationẽ,an faciat ceſſare ſenatuſconſultũ?
Rñdeo ſic quantũ ad ſe ſi conueniat̃ actione de peculio: nõ
quantũ ad filiũ.Si verò tpe,quo erat in ſua poteſtate, tũc fa-
cit ceſſare,quo ad vtrunq;, ita intelr̃ iſte ver. ſm Petr.& Cy.
C.eo,l.fi.in 5.q.filius aũt non põt approbando ꝯctum facere
ceſſare ſenatuſconſultũ, niſi approbet. poſtq̃ effectus eſt ſui
iuris,vt in verſi.ſi pater,& tunc facit ceſſare,quo ad ſe tm̃, nõ
9 quo ad patrem.†Item ꝯ verſi.ſi paterfa.opp. ꝙ filiusfamil.fa-
ctus ſui iuris.ſi partem ſoluat, non teneatur ppea aliam par-
tem ſoluere per l.Lucius.§. teſtator.de leg.2.quia cũ hoc pro
ueniat ex tacita approbatione,quæ reſultat ex ſolutione, nõ
vr̃ reſultare niſi quatenus ſoluit̃,arg.ĩ l.j.§.Iulia. de iti. actuq;
priu.& in l.fi.C.ne vx.pro ma.& in l.voluntate.C.de exc. tut.
ſolue ꝯrium procedere rr̃, qñ quis eſſet tutus exceptione fa-
uorabili,non iſto caſu,quo odioſa, quia tm̃ ſoluendo vnum
nummũ cenſetur approbare totũ contractũ, & renuntiare
exceptioni,& eſt caſus no.hic,ſicut in ſimil.C. ad l.fal.auctẽ.
ſed cũ teſtator,qñ hæres ſoluit vnũ legatũ integrũ non detra
cta falcidia.Sed ꝯ de.l.ſi pr̃.ĩ prin.ĩ.eo. ſol. aliud qñ incipit ſol
uere,vt hic aliud ante tradit pignus,& tunc non cenſetur ap-
probare,niſi vſq; ad valorẽ pignoris,vt ibi,ꝙ eſt no. & eſt ſin
gulare ad materiã authenticæ, ſed cũ teſtator. nã vr̃ hic pro-
bari,ꝙ ſi hæres non ſoluit integrũ legatũ, ſed dedit pignus p
eo,non ppea tenetur alia legata integra ſoluere.tene menti,
10 quæ aũt ſit rõ diuerſitatis.gl.j.in d.l.ſed ſi pater.tangit. ¶†Sed
quærit̃ circa principiũ illius l. qd ſi filius nõ tradidit pignus,
ſed iudex miſit creditorem in poſſe. rei.ipſius filij?glo.in l.j.§.
hæc verba.ĩ.ne vis fiat ei,videtur tenere,quod ſit idem,quod
hic,vt perdatur exceptio Macedo.vſq; ad vires pignoris. Cy.
tenet contrarium,& melius.C.de euict.l.ſi ob cauſam.

ADDITIONES.

a ¶Aptus.Adde Bar.in l.Mace.ad Mace.& qd ſi filius hr̃et bona ſeparata, an hoc caſu pr̃ tenetur vide per Bal.in c.bonæ memor.in vl.col.de poſt.prel.

b ¶Dotandam filiam.Adde diffuſe per Bar.in tract.de alimen.

LEX IX.

1 *Si filius ſoluat mutuat pecuniam, ſibi donatam, ad hoc, vt illi ſoluat, non põt p patrẽ illa pecunia vẽdicari, ſecus ſi fuit ſibi donata ſimpliciter.*

2 *Si aliquid donatur monacho cum hac conditione, vt in alium transferatur, non acquiritur monaſterio, ſecus ſi ſimpliciter.*

3 *Solutio facta ei, qui pecuniã mutuauit filiof.an reconcilietur conſumptione, ſi fiat ex pecunia ſĩpliciter donata filio, quã pr̃ poterat vẽdicare.*

## L.Sed ſi pater.

1 **§.Si ab alio.** †Si filius ſoluat mutuã pecuniã ſic do-
natam ad hoc, vt illi ſoluat, nõ põt p
patrem illa pecunia vendicari, ſecus ſi fuit ſibi donata ſim-
pliciter.h.d.no.præmitte,ꝙ ſi filius qui recipit mutuum tem-
pore,quo eſt in ptãte.ſoluat mutuanti pecuniã pr̃nã pter vo
luntatem pr̃is,non transfert dñium. & pr̃ põt vendicare, vt
ſupra ſi cer.pet.l.ſi filius.qd ergo, ſi ſibi donet̃ a quodam ter
tio ob hãc cãm,vt illi ſoluat?vr̃ idẽ,ꝙ ſtatim, ꝙ eſt tradita fi-

lio iure iſto, & fuit acquiſitum patri eod. inſtanti, vt l. placet de acq. hær. ergo non potuit per filium poſtea alienari. Contrarium hic dr, nam eſt verum, ꝙ nõ acquiritur patri, ſed acquiritur illi mutuanti recta via, poſtquã ob hoc donata fuit expreſsè, ſecus ſi ſimplr, tunc enim procederet ꝯrium, hoc intendit. ¶In tex. ibi, [videri a donatore profecta protinus ad creditorem.] hoc intellige ſecuta traditione poſt filiũ. ante verò quam tradat dñium non receſſit a donante, quia ſi receſſiſſet, alicui fuiſſet acquiſitũ, vt l. nec vtile. ſ. qui. ex cauſis. maio. & ſi fuiſſet acqſitũ filio, neceſſario patri, & ſic poſtea filius non potuiſſet transferre in creditorem ſine voluntate patris, cuius ꝯrium hic dr, in creditorem aũt non potuit eſſe tranſlatũ ante traditionem ſibi factam, vt in l. traditionibus. C. de pact. & ad hoc, ꝙ dixi vide gl. in l. ſi ego. ſ. de nego. geſt. ¶In glo. fi. habet igitur creditor immediatè a donante, licèt mediante miniſterio filij, & ita vult dicere iſte text. ¶Ex quo

2 no.† ꝙ ſi aliquid donatur monacho [a] cum hac ꝯdõne, vt in alium transferat, non acquiriẽ monaſterio, ſecus ſi ſimplr, nec tunc valeret pactũ, ꝙ monaſterio non acquiritur, iuxta ea, quæ plenè no. in l. ſi alienam. in prin. de hær. inſt. per Bart.

3 ¶†Vltimo opp. ꝯ finem, dum innuit, ꝙ qñ ſimplr fuit donata, pater põt repetere in oẽm euentũ, qđ intellige ſiue extet, ſiue ſit conſumpta, & primo caſu põt vendicare, vt in d. l. ſi filius. in ſecundo põt condicere ſine cã. Sed ꝯ hoc ſm, ꝙ ſi eſt conſumpta, non poſſit condicere, ſed reconciliẽ ſol. & contingat liberatio ab oblõne naturali, vt d. l. ſi filius. glo. hic, & ibi ſoluit multis modis, illa eſt vera, ꝙ ſi fuit cõſumpta bona fide a creditore, procedit ꝯrium. Si aũt malafide non reconciliaẽ. vt l. rogaſti. in fi. co. ti. & põt cõdici ꝯdõne ſine cauſa, & ita intelligitur hic, vel etiam vtili rei vendic. tanquam poſſidere deſierit, vel ad exhibendum. vt d. l. rogaſti. §. fina.

ADDITIO.

a ¶Et ſi aliquid donatur monacho. Doc. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle. & per doc. in c. præſentia. de proba.

1 *Iſta exceptio competit etiam ſi pecunia ſit ſalua penes filium.*
2 *Caſus in quo lex permittit aliquem locupletari cum aliena iactura.*
3 *Filius ſi de pecunia mutuata ad hoc emerit libros, vel poſſeſſionem, creditorem repetentem pecuniam non repellet, ſecus ſi ad hoc ſit mutuata.*

1 **§. Hoc ſenatus.** †Iſta exceptio cõpetit ẽt ſi pecunia ſit ſalua penes filium. hoc di

2 cit. ¶†Eſt ergo hic caſus, in quo l. permittit aliquẽ locupletari cũ aliena iactura, pp odiũ mutuantis, regłr ſecus, vt ſ. de iuſti. ac. l. ſi quis mancipiis. §. fi. & p iſtũ tex. dicit Bal. C. e. l. Mac.

3 †ꝙ licèt filius de pecunia mutuata emerit libros, vel poſſeſſionẽ, quos vel quam hẽt penès ſe, nihilominus creditorem repetentem pecuniã repellet. Sed ꝯ de. l. ſed & Iul. §. ſi filius. ſ. eo. ſolue, vt ibi dixi: quia ibi fuit mutuata ad hunc finem, vt cõuerteretur in vtilitatem, hic ſimplr, ſed filius poſtea a ſeipſo conuertit. Tene menti, quia prima facie diceret ꝯrium, ꝙ æquitas ſenatuſconſulti non debeat hẽre locum, niſi qñ pecunia non eſt ſalua, ſed certè ſenatuſc. fundatur potius in rigore, & in odio creditoris, ꝙ in æquitate, & iſta eſt rõ huius. §. & ſatis colligiẽ ex iſto dũ dicit, ſeueritate ſenatuſcõſulti. nõ ſic, qñ vertitur in vtilitatem patris, vt ſ. eo. l. ſed, & Iul. §. j. §. proinde. tunc enim ceſſat, etiam ſi ob hoc non fuit mutuata, vt ibi patet expreſsè, iſtud eſt ſatis mirabile.

2 *Exceptio cõpetens principaliter trãſit in fideiuſſorẽ, quando talis fideiuſſor ſi ſolueret, poſſet a principali repetere, & quãdo nõ cõpetat fideiuſ.*
3 *Quãdo aliquis fideiuſſit pro filio de voluntate patris, ceſſat ſenatuſc. Mac.*
4 *Non omnis tutus exceptione perpetua ſoluendo repetit, ſed ille demum, qui non liberatur ab obligatione inducta odio, vel in pœnã creditoris.*

1 **§. Non ſolum.** ¶†Exceptio Macedoniani cõpetit non ſolũ filio, ſed ẽt patri, & fideiuſſoribus filij, niſi interceſſerint animo donãdi, vel voluntate patris. Item tutus hac exceptione ſoluendo ſcienter, vel per errorem iuris non repetit. h. d. ſecus, ſi per errorem facti, vt ĩ. eo. l. fi. adde aliũ caſum in quo fideiuſſor filij non habet hanc exceptionem. ſ. ſi induxiſſet creditorem ad mutuãdum dicendo, & aſſerendo, ꝙ ille non erat filiuſfa. ſed ſui iuris. l. ſi vero non remunerandi. §. ſi quis mandauerit. verſ. hoc am-

2 plius. ĩ. man. ¶†No. regulam in prin. ꝙ tunc exceptio competens principali tranſit in fideiuſſorẽ, qñ talis fideiuſſor ſi ſolueret, poſſet a principali repetere, & tunc eſt ratio, quare facta ſit: quia ſi non tranſiret, talis exceptio non prodeſſet principali. in l. qđ dictum. ſ. de pac. ¶Circa iſtũ articu. aduerte, qñ eſt talis fideiuſſor, qui poteſt repetere aut. excep. incepit competere principali, poſtquam ille fideiuſſit, tunc tranſit in fideiuſſorẽ. l. exceptione. §. rei. ĩ. de excep. aut competebat tpe, quo fideiuſſit, & tunc aut fideiuſſor ignorabat illam competere, & idem, vt l. ſi poſtquam. cum ibi. not. in gl. ĩ. de fideiuſſ. aut ſciebat, & tunc aut ſi fideiuſſor ſolueret, & ſi repeteret, fieret ꝯ prohibitionem. l. & idem, vt in exceptione Maced. & Velleia. & tranſeunt in fideiuſſorem. vt hic, & ĩ. ad Vellei. l. ſi mulier. §. ſi ab ea. nec fideiubẽdo cenſeẽ ille fideiuſſor illi exceptioni renunciare, licèt faciat eam competere principali, ſicut nec ipſe principalis, vt patet ex iſtis. ll. aut non fieret ꝯ prohibitionem legis, & tunc poſtquã ſciebat illam exceptionem cõpetere principali, fideiubẽdo vr illi renuntiare, & ea non obſtante Velle. teneri, vt d. l. ſi poſtquã. cũ ibi no. & hoc, quãdo fideiuſſit animo donãdi, aliàs diſtinguit: aut ſi fideiuſſor poſſit vti exceptione. creditor perderet debitũ ſuũ, qa nõ eſſet aliqs ꝯ quem poſſet agere, & tũc nõ põt vti, & iſte eſt caſus hic, & in d. l. qđ dictũ. Aut nõ perderet creditũ ſuũ: qa eſt aliquis cõtra quẽ põt agere, & tunc ſecus, vt patet in fideiuſſore mulieris intercedẽtis, licet enim cõpetat exceptio. Velle. tam mulieri, ꝙ etiam fideiuſſori, nõ tamẽ cõpetit principali, & ſic creditor non pdit creditũ ſuũ, licet mulier, & fideiuſſor eximãtur ab oblõne, & ꝑpterea fideiuſſor mulieris ẽt ſi fide iuſſit aĩo donandi, põt vti exceptione Vell. & iſte eſt tex. cum gl. in d. l. ſi mulier. §. ſi ab ea. de qua gl. hic. quæ incipit immo. opponit, & non bene ſoluit, ſed remittit ad ibi no. & melius.

3 ¶†Itẽ. no. ꝙ quãdo aliquis fideiuſſit pro filio de volũtate patris, ceſſat ſenatuſconſultum, intellige tam quo ad patrem, ꝙ quo ad filiũ. ꝙ quo ad fideiuſſorem: qa non hẽt locũ, quãdo pris voluntas interuenit, & hic cẽſet totũ ꝯriũ approbaſſe, multò magis ſi ipſemet pr fideiuſſit ꝑ filio, vt ĩ. ĩ qui. cau. pig. ta. cõtra l. ſi gratuitã. §. fi. tunc. n. videreẽ ratificaſſe ẽt oblõnẽ pignoris factã per filiũ de re pris, qđ dic, vt ibi. & l. dictũ ĩ. qđ

4 iuſſu. ¶†Vltimò no. in fi. regulã, ꝙ nõ omnis tutus exceptione perpetua ſoluendo repetit, ſed ille demũ, qui nõ liberatur ab oblõne inducta odio, vel in pœnam creditoris, ille enim non. repetit. vt l. qui in pœnç. in prin. de condi. inde. ¶Quærit gl. ſi fideiuſſor ſoluat, non repetit ab eo cui ſoluit, ſed an repetit a filio, dicit, ꝙ non: quia imputet ſibi qui ſoluit, cum eſſet tutus exceptione perpetua, contra quam gl. opponit, videtur ſibi non imputari, cũ iſta exceptio cenſeatur eſſe turpis: quia concernit duntaxat odium creditoris, ergo &c. vt l. idemque. §. & generaliter. ĩ. man. ſolue, illud procederet quando eſſet talis exceptio turpis, quia ipſe principalis non poſſet vti, ſed ſolus fideiuſſor, aliàs ſecus, vt patet ex illo tex. ſed hic poterat vti ipſe filius principalis.

LEX XIIII.

1 *Licet ſoluens ſibi præiudicat in exceptione Macedoniani, ſi tamen eam non opponit, & permittit ſe condemnari, ſibi non præiudicat, quominus poſſit poſt ſententiam opponere.*
2 *Exceptioni Macedoniani poteſt renunciari per patrem quantum ad ſe, & idem in fideiuſſore, & quid in filio.*
3 *Exceptioni Velleiani quando poſſit renunciari.*
4 *Ratio quare exceptio Macedonia. & Velleiani poſſit opponi poſt ſententiam, & quæ aliæ exceptiones poſſunt oppo. poſt ſententiam.*
5 *Statutum ſi dicat, quod bannito, vel non ſoluenti onera communis non reddatur ius, quod talis exceptio poſſit opponi in quacunq; parte iudicii ad ea, quæ reſtat fienda, non ad facta, ſicut exceptio excõmunicationis.*
6 *Per ſenatuſcon. Macedo. non tollitur naturalis obligatio, nec ciuilis, nec actio impeditur naſci.*

1 **Tamen ſi non.** ¶†Licet ſoluẽs ſibi præiudicat in exceptiõe Macedoniana, ſi tamẽ eam nõ opponit, & permittit ſe cõdẽnari, ſibi nõ præiudicat quominus poſſit poſt ſñiam opponere. h. d. cum l. ſeq. & ſe. ſatis no. & vr procedere iſtud dictũ tã in filio, ꝙ in patre, ꝙ ẽt in fideiuſſore, quib. competat, vt poſt ſñiam poſſint cã opponere, ſi prius nõ oppoſuerunt, ſed ſi oppoſuerũt, & ſuper ea fuit cognitum, & ea non obſtante fuerunt condẽnati, & ſñia trãſiuit in rẽ iudicatã, nõ poſſent in executione opponere ſecũdum Guil. de Cug. & bene, q [illegible] tacite, cenſeatur ẽt ſuper illa pronũtiatum, ꝙ non competat, & hoc. p ea ꝙ habetur in l. fi. C. de fide inſtru. in exceptione tali, & l. quod in diẽ. §. ſi rõnẽ. de cõpen. qđ no. pro'to, qđ dixi. in l. eũ qui. §. ſi mulier. & §. fi.

2 de iureiur. ¶†Quæritur primò, an exceptioni Macedoniani poſſit renuntiari: dic, ꝙ per patrẽ ſic, quãtũ ad ſe, ſiue fili' adhuc eſt in poteſtate, ſiue ſit emãcipatus. vt ſup. eo. l. ſed & Iul. §. pe. & tã tacitè, ꝙ expreſſe, & idẽ vr in fideiuſſore filij, ipſe autẽ filius nec tacitè, nec expſſe põt renũciare tpe quo eſt in poteſtate patris, poſtea ſic, tã expreſſe, ꝙ tacite, vt d. l. ſed & Iul. in fi. videtur aũt tacite quãdo incipit ſoluere, & ſic pp aliquod factum, ſed pp non factũ, puta ſi non oppoſuerũt exceptionẽ, non videnẽ renunciare, vt eſt caſus in hac l. tamẽ ſi. ꝙ loq

3 tur indiſtinctè, & ſic ẽt ĩ caſu quo poſſent renunciare. ¶†Itẽ quæriẽ, qđ in exceptione Velle. gl. dicit, ꝙ ei bene põt renũciari. Tu dic, ꝙ iſtud nõ eſt verũ indiſtinctè, ſed ſolũ in iudicio, niſi poſt renũciatione trãſiret bienniũ, quod dic vt in l. fi. §. fi.

4 ĩ. ad Velle. & C. eo. l. ſi mulier, & in l. fi. no. ¶†Tertio qro. quæ ſit rõ, ꝙ exceptio Mac. & Velle. poſſit opponi poſt ſñiam cũ rra ſit in ꝯriũ, vt l. peremptorias. C. ſñiam reſ. nõ poſſe; rñdeo ĩ exceptio. Maced. ẽ rõ: qa illa opponiẽ magis ꝯ pſonã creditoris, ꝙ cõtra ĩtẽtionẽ, cũ ſit ĩuẽta pp illi' odiũ ſm Gul. de Cu. cõtrariũ aũt ꝑcedit ĩ exceptionib. ꝙ opponunẽ cõtra intẽtionẽ, nam intẽtio, ſeu actio per ſñiam alteratur, & roboratur, ſed

ſed perſona non mutatur nec odium,ſecūdū eum.quę verba
5 ſunt notāda.¶†Nam ex eis patet,ſi ſtatutum dicat, ꝙ banni
to,vel non ſoluenti onera cōis nō reddatur ius,iſta exceptio
cōcernit perſonam agentis,non intentionem,& iō in quacū
que parte iudicii, & ēt poſt ſnīam talis exceptio p̄t opponi ad
ea q̄ reſtant fienda,non aūt ad ea quæ facta ſunt, ſicut excep
tio excōicationis,vt in c.primo,de except.li. 6.niſi ſit talis ex-
ceptio perſonā ꝯcernens,cuius vitium purgetur in cōteſtatio.
lit. vt eſt exceptio ꝓcuratoria, tu non potes eſſe procurator,
quæ poſt litem conteſtatā nō p̄t opponi,vt in l.ita demū. C.đ
procurato.& ita declarat Bar. licet Gul. hic non allegeť. ſ̄.de
condi.indeb.l.eleganter.§.ſi poſt in exceptione vero Velleia.
quare poſſit opponi poſt ſnīam declarat Bar. in l.prima.C.de
iur.& facti ignoran.quia ſi non opponeret,cēſeretur noniter
intercedere, & in oī interceſſione iuraret. Sūt & aliæ plures
exceptiones,q̄ poſſint opponi poſt ſentētiam,de quib. gl.hic
6 tangit, & plenius ī d.l.j.¶†Vltimo no.ꝙ ꝑ ſenatuſcōſultū nō
tollitur naturalis obligatio, ſed certe ciuilis, nec ēt actio im-
peditur naſci,vt no.ſ̄.e.l.j.in gl.ver.petitio.

LEX XIIII.

**L.Si tamen.** Sola patientia patris facit ceſſare ſena
tuſconſultum,& reuocatio iuſſus,vel
mandati, quæ non venit in notitiam aduerſarii.ſibi non præ-
iudicat,& filius qui ſe obligat pro mutuo alteri facto non iu
uatur Macedoniano.h.d.cum l.ſeq.

LEX XVI.

1 *Senatuſconſult. quod loquitur in filiofam.habet etiam locum in nepotibus cōſtitutis in poteſtate aui, & ad hoc per ſenatuſconſultum non ſufficit uoluntas patris,ſed requiritur uoluntas aui, in cuius eſt poteſtate.*

2 *Senatuſcon.Maced.licet non extendatur de pecunia ad alias res numerabiles,nec de contractu mutui ad alium contractum, tamen extenditur de perſona filii,ad perſonam nepotis.*

3 *Verbum familias,adiectum filio importat ideſt,in patris poteſtate.*

4 *Qui non eſt legitimus a ſe,ſed indiget ab alio legitimari,non poteſt alium legitimare.*

5 *Si conceſſi tibi rem in emphyteuſim,vel feudum,et tu eodem modo alteri, & ſecundus vult uendere, ꝙ ſit requirendus conſenſus meus,non tuus, & ego debeam recipere commodum laudationis,non tu.*

1 **Filium habeo.** † Senatuſconſultum quod loqui
tur in filiofa. hēt ēt locum in ne-
potibus cōſtitutis in p̄tāte aui,& ad hoc per ſenatuſconſultū
non ſufficit voluntas patris,ſed requiritur volūtas aui,in cu-
2 ius eſt p̄tāte.h.d.¶†Not.ex primo dicto,ꝙ licet ſenatuſconſul
tum non extendatur de pecunia ad alias res numerabiles. vt
ſ̄.eodem,ſed lu.§.mutui.nec de ꝯtractu mutui ad aliū ꝯctum
vt ſ̄.eo.l.ſi filius.§.j.bene tamen extenditur de perſona filii ad
perſonam nepotis.Sed ꝯ de l.ſi vero.§.viro.ſol.mat.vbi conſti
tutio odioſa,vel cōtra ius commune non extenditur de per-
ſona ad perſonam.Sol.dicit Bal.C.eo.l.pen.ꝙ illud iō eſt, q̄a
ſenatuſconſultum loqť de filio cū adiectione qualitatis,dicē
3 do filiofa.† qđ verbum familias importat, ideſt in patris p̄tā-
te conſtituto,nam patria poteſtas eſt cauſa,vt habeat locū ſe-
natuſcō.& in hoc principalr fundať.Cū ergo iſta qualitas repe
riať in nepote,nō dr̄ extenſio de ꝑſona ad perſonam, ſed po-
4 tius idētitas,q̄ rō eſt pulchra, & ſubtilis.¶†Ex ſcđo dicto no.
tex.in fi.ꝙ ille qui non eſt legitimus a ſe,ſed indiget ab alio le
5 gitimari,nō p̄t aliū legitimare,cōcor.ſunt in gl.†& inducitur
per Gul.de Cu.vt ſi conceſſi tibi rē in emphyteuſim,vel ī feu
dum,& tu eodē modo alteri conceſſiſti, & ſecundus vult ven
dere,ꝙ ſit requirendus conſenſus meus, qui fui primus dator
non ꝯſenſus tuus,& ego debeo recipere commodū laudatio
nis,non tu.ĩ.de ſer.expor.l.ſi Titius.poſt princi. ibi potior ha-
bendus.

LEX XVII.

1 *Si aliqua ciuitas ſit læſa in aliquo contractu,vel ſententia,vel in præſcriptione,vtrum competit ſibi reſtitutio in integ.*

1 **Nihil intereſt.** † Allegatur iſta l. cum gloſſ. ad q.
ſi aliqua ciuitas ſit læſa in aliquo
contractu,vel ſnīa,vel in præſcriptione, vtrum competit ſibi
reſtitutio in integ.per l.reſpublica.C.ex qui.cau. ma.& allega
tur ꝙ non,q̄a reſpublica nō dr̄ eſſe penes ciuitates, quæ reco-
gnoſcunt ſuperiorem, quia loco priuatorum habetur,vt pa-
tet ex iſta l.cum gl. & habetur loco maiorum, non loco mi-
norum, vt patet hic iuncta l.iij.§.fi. facit l.eum qui vectig. de
verb.ſigni.dicitur ergo reſpublica penes Imperiū, & dicebať
olim penes vrbem Romanam. Itē penes ciuitates, q̄ non re-
a cognoſcunt ſuperiorem,[a] vt ſunt Venetiæ,& Florētia, q̄ dicū
tur habere fiſcum,& iura fiſcalia ex ſtatutis eorum,nō aūt pe
nes ciuitates eiſdem ſubditas, in quibuſdam tn̄ habent priui-
legium tales ciuitates ſubditæ,vt in caſu l.fina.de ſacroſan. ec-
cle.de dicta q.vide pleniſſime per Cy.& alios in d. l.reſpubl.

ADDITIO.

a ¶Ciuitates quæ non recognoſcunt ſuperiorem.Adde Alber.in l.hoſtes.de captiuis.

LEX XVIII.

1 *Si recipis aliquam literam in qua continetur aliquid,quod tendit in tui p̄iudiciū,ad hoc,vt non videaris conſentire,requiritur,qđ ſtatim exp̄ſſe cōfitearis,ꝙ nō cōſentis,alias recipiēdo,& tacēdo videaris cōſentire.*

2 *Si conſtitui te abſentem procuratorē,& mitto tibi inſtrumentum procurationis,& recipiendo non contradicis, cenſeris recepiſſe officium.*

3 aliter intelligi. †Idem iſte tex. in fi. facit ꝯ illud, quod ego ibi dixi. ſ̃m Doc. in d. l. ſi pecuniã, q̄ ſi promittis mihi ſub ꝯdõne animo nouandi, quod mihi debebas pure, & interim agere non poſſim, quaſi videatur hoc tacite actũ inter nos, ad hoc, vt exiſtente ꝯdõne ſecunda ſtipo habeat, quid nouet, nã vr̃ ꝯrium per iſtũ tex. in fi. quia cum in oẽm euentum ſis mihi debitor, vr̃ q̄non debeat expectari ꝯdõnis euentus. Sed reſpõdeo, illud procedit, quod ibi dixi, qñ ſperatur nouari cũ effectu, & non dari actionem reſtitutoriam, ſed hic ſperabatur nouari ſine effectu, & loco directæ quæ veniebat tollenda reſtituit vtilem, ideo non expectatur euentus.

LEX XIIII.

1 **L. Si mulier.** †Actio reſtituit ꝯ principalem debitorem, & fideiuſſores eius. h. d. Et etiã ꝯ correum. vt ſ. e. l. quamuis. §. quanquam. Et cõtra pignora, vt ſ. l. proxi. §. de pig. & ꝟ. e. quidam voluit.

LEX XV.

1 *Si mulier ſe obligat pro eo, quod recipit, non iuuatur Velle.*

2 *Si debitor pro quo mulier interceſſit, conſeruat eam indemnem tradendo ſibi pecuniam, quam pro ea promiſit, non habet mulier exceptionem Velleiani, & quid ſi eam aliter conſeruat indemnem.*

3 *Mulier ſi recepit precium pro interceßione, qualiter perdat exceptionem Velliani.*

1 **Si mulieri.** ¶†Si mulier ſe obligat pro eo,quod reci
pit,non iuuatur Velle.h.d.cum prin.l.ſe-
quē.& cum l.ſi mulier dederit.ĩ.eo.In iſta tamen prima.l.nō
fuit interceſſio , quia nō obligauit ſe creditori pro debitore,
ſed debitori pro ſeipſa,vt s.e.quamuis.§.j. cum ibi no. & ĩ.e.
l.tutor.ſed in prin.l. ſeq. & l.ſi dederim. bene fuit interceſſio,
quia ſe obligauit creditori pro debitore. Tamen ideo nō iu-
uatur,quia debitor eidem tradidit pecuniam ſoluendam cre
ditori pro quo interceſſerat , & ſic not.ꝙ ſi debitor pro quo
2 mulier†interceſſerat , conſeruat eam indemnem, tradendo
ſibi pecuniam,quam pro ea promiſit, non habet mulier ex-
ceptionem Vellia. Quid ſi alio modo conſeruaret eam indē
nem,vt quia faceret ſibi promitti per bonum campſorē , ꝙ
quicquid ſoluet pro interceſſione , reſtituet ſibi ? Rñdeo,ꝓ
hoc non perdit exceptionem Velleian.ſm Bal.C.eod. l.j.qui
allegat ad hoc.l.quidam voluit.ĩ.eo.Sed illa.l. adhuc plus di-
cit,ꝙ etiam ſi ſecurauit eã dandi pignora, & ſic non poterat
periclitari,adhuc exceptionē Velle.habet, qđ perpetuo tene
mēti:ſed creditori inſtituit,vel reſtituit ius , in illis pignorib.
3 ac ſi fuiſſent ſibi obligata,vt eſt caſus no.in d.l.quidē .¶† Itē
quid ſi recepit precium pro interceſſione,vt quotidie,fit,reci
piat duo,vel tria vel x.& faciat promiſſionem pro alio de cē
tum,& quotidie practicatur Florentiæ per cãpſores, qui no-
lunt facere promiſſiones niſi aliquo recepto,an ꝓ illud mu
lier perdat exceptionem Velle. ſed iſte caſus non erat termi-
natus iure iſto,ſed terminatur per l.antiquo. C.eo.ꝙ perdat,
& no.s.eo.l.j.in gl.qualiter autem illud ibi intelligatur , vide
ibi per Cy.& Bal.qui ꝯdicit Cy.in intellectu illius legis.

LEX XVI.

1 *Per Velleianum ſubuenitur mulieri, & etiam fideiußori, licet non habeat contra eam regreſſum.*

2 *Exceptio competens principali, quando competit eam fideiuſſori.*

## L.Similiter contra.

1 **§.Si ab ea.** †Per Velleianum ſubuenitur mulieri, &
etiam fideiuſſori,licet nō habeat ꝯtra eã
regreſſum.h.d.no.tex.cum gl.& dicit Bal.in l.j. C.eo.quòd ali
bi non habetur illud,quod hic dr̃ in text.& gl. nam commu-
2 niter iura dicunt,† ꝙ exceptio competēs principali , cōpetit
etiam fideiuſſori eius,qñ ſi non competeret , fideiuſſor hē-
ret regreſſum contra principalem, & ſic in effectu non pro-
deſſet principali,niſi ēt prodeſſet fideiuſſori.Si aũt regreſſum
non hēt,tũc ceſſat rō prædicta,& iō talis exceptio non trãſit
in fideiuſſorem,ut hic habetur.l.quod dictum. ſupra de pac.
& ad Macedo. l.ſed ſi pater.§.non ſolum.ſed in caſu huius §.
ēt ſi non haberet regreſſum ꝯ mulierem,pro qua interceſſit,
vt ſi fideiuſſit animo donandi,etiam ꝯ voluntatem mulieris
exp̄ſſe prohibentis.vt ĩ.l.ſi pro te.nihilominus exceptio com
petēs mulieri competit etiam fideiuſſori,cuius ratio ponitur
hic in gl.quæ eſt bona,& notabilis:quia licet mulier , & eius
fideiuſſor ab obligatione ſubducantur : creditor tamen non
perdit ius ſuũ , cum poſſit agere contra principalem debito-
rem,qui nullam exceptionem habebit:ſed in ll.allegatis ĩ ꝯ-
trarium non ſic : immo non perderet ius ſuum , quia princi-
palis debitor habebat exceptionem,vel erat inefficaciter ob-
ligatus,& adde,quod dixi in §.nō ſolum.¶In tex. ibi.[aduer-
ſus mulierē non hēat,]ſupple,nec actionem nego.geſt. vt qa
fideiuſſit animo donandi , vel contra expreſſam prohibitio-
nē,vt d.l.ſi ꝓ te.ſi aũt animo donãdi, nec ꝯ expreſsã ꝓhibitio
nē, licet me ignorante fideiuſſiſſet , haberet actionem nego.
ge.l.vt fideiuſ.s.de ne.geſt.& l.ſed videamus.

LEX XVII.

1 *Mulier, an iuuatur Velleiano, quando delegatur tanquam debitrix , cum non ſit.*

2 *Creditor debet eſſe diligens , & curioſus quando contrahit cum perſona prohibita contrahere in cauſam regulariter prohibitam, licet in certis caſibus permiſſam, quia non ſufficit, ꝙ credat, ſed ꝙ debeat inueſtigare in cauſam regulariter permiſſam .*

1 **Vir vxori.** †Si mulier delegatur tanq̃ debitrix cũ nō
ſit,iuuatur Velle.etiam ſi creditor credat
ipſam debitricem,ſecus,ſi principaliter contraxit,licet ad cō
modum alienum creditore fraudem non participante. h.d.
¶In tex.ibi [venditionem nullius momenti eſſe,] & ſic mu-
lier non erat obligata viro ad precium.ideo non potuit dele
gari tanquam obligata,vt s.eod.l.quamuis.§.ſi mulier. & ibi
allegatur iſte tex.per glo.ratio autem.quare non valet,eſt,qa
fuit facta fraus de contractu donationis, qui prohibitus eſt ĩ-
ter virum, & vxorem,ad contractum venditionis,poſtquam
non fuit vendita iuſto precio,ſed viliori . ſi autem foret vere
debitrix,poſſet delegari, & non haberet exceptionem Velle.
ſi vt debitrix promiſiſſet,quia liberaretur a delegante,vt ĩ.e.
ſi debitrix.in prin.& plene dictum eſt in dicto.§. ſi mulier. In
tex.ibi[nec id contrarium videri.]opponi.inquantum dixi,ſi
creditor credebat ipſam eſſe debitricem , hoc ſibi non pro-
deſt,nam immo videtur prodeſſe,ut in caſu ſequen. j. & ſol-
uit.¶In tex.ibi [ab initio contrahat]ſupple colore non quæ-
ſito,& creditore fraude non participante,alias ſecus , puta ſi
erat contracturus cum alio & recepturus mulierem in fide-
iuſſorem,ſed timore ſenatuſconſulti actum eſt , ut principa-
liter cum muliere contrahat.vt s.eo.quamuis. §.ſi cum eſſē.
& l.ſi mulier tanquam.¶In tex.ibi in fin.[diligentiorem eſſē
2 debere.]¶†Not. ergo caſum in quo creditor debet eſſe dili-
gens,& curioſus,ſcilicet, quando contrahit cum perſona ꝓ-
hibita contrahere in cauſam regulariter prohibitã , licet in
certis caſib.permiſſam,nam non ſufficit, ꝙ credat ſe contra
here in cauſam permiſſam,ſi ita non eſt, ſed debet inueſtiga-
re,an ita ſit: & ſi hoc non facit , cum ita ſciat illam regulari-
ter prohibitam , eſt quod ſibi imputetur, vt hic in primo ca-
ſu , in quo mulier ſe obligauit pro alio, & hoc bene ſciebat
creditor, ſecus quando contrahit in cauſam regulariter per-
miſſam,ut in ſecundo caſu,qñ cum muliere principaliter ꝯ-
hente, & non obligante ſe pro alio.nam non habet creditor
ſe ĩueſtigare,quid velit facere de pecunia,vnde etiam ſi ſciat,
quod velit alteri tradere , & ipſam contrahere non ad com-
modum ſuum,ſed alterius,nō eſt,quid ſibi imputetur,ſi frau
dem non participauit,nec dēt eſſe curioſus,vt hic.& l.doli.§.
diuerſum.ĩ.de noua.& C.eo.l.ſi fenebris. & hic in gl. ſup ver
bo[ ignorauerit. ] qñ aũt agitur de obligando alium ex cōtra
ctu alterius,ſemp dēt eſſe curioſus,ꝙ pecunia in vtilitatem il-
lius conuertatur,nec ſufficit credere,ꝙ conuertatur, ſi ita nō
eſt.vt s.de in rem verſo.l.tertia.§.ſed & ſic accipit. in fin.l.ciui
tas.s.ſi cer.pet.& in auth.hoc ius porrectum.in fin.de ſac.ſan.
eccl. niſi ille cum quo contrahit habuiſſet ſpeciale mãdatũ.
qa tunc ſufficeret illum aſſerere recuperare ad vtilitatem al-
terius,vt ſupra de exercito.l.j.§.vnde quærit Ofilius , & tetigi
in d.l.ciuitas .

2 *Qui patitur rem ſibi obligatam alteri obligari, tanquam non obligatam, cenſetur velle ius ſuum remittere, niſi ſit mulier, & creditor ſciat hoc. & num.1.*

3 *Mulier ſi conſentiat rem viri ſibi obligatam alteri uendi, vel donari, non videtur per hoc remittere ius hypothecæ, niſi iuri hypothecæ renũciet.*

1 **§.Si mulier.** †Mulier quæ patitur rem ſibi obligatã
alteri obligari tanquam nō obligatã,
iuuat̃ Velleia.ſi creditor hoc ſciebat , ſecus ſi ignorabat.h.d.
ratio huius ſecundi dicti eſt,quia tunc decipit creditorem;er-
go &c.vt in l.ſi decipiendi.ĩ.eod.& C. eod. l.ſi ſine.ratio autē
primi eſt,qa vr̃ intercedere,ſicut cũ obligat ſe,vel rem ſuam:
& eſt caſus hic,qui non eſt alibi: & eſt ſingularis,ſecus qñ re-
nunciat iuri hypothecæ. vt C.eo.l.ēt,& l.iubemus.& l.quam
uis,in princ.nam qñ renunciat, incipit a remiſſione, & dimi-
nutione iuris ſui,ad quod mulieres nō ſunt faciles : vnde nō
videtur feciſſe ex fragilitate ſexus,vt s.e. ſed ſi ego. & l.quam
uis ergo.§. interdum. ver.plane , ſed qñ patitur,vel conſentit
rem ſibi obligatam, alteri obligari tanquam nō obligatam,
non vr̃ ius ſuum remittere,ſed velle illi poſtponi ĩ tēpore, ad
quod mulier de facili poteſt induci , cum non ſit multum ꝑ-
iudiciale:iō reputat̃ interceſſio,vt hic eſt caſus ſingularis , &
2 ſi dicatur,†immo ēt tunc cenſetur velle remittere ius ſuum:
vt eſt caſus in l.Paulus.ĩ.quib modis pign. vel hypothe. ſolu.
reſpondeo, verum eſt ĩ alio q̃ muliere conſentiente rem ſibi
obligatã alteri obligari:ſecus in muliere. Caſus eſt hic ſingu-
3 laris,q non eſt alibi, & limitat illã l.& oēs alias ſimiles. † Idē
videtur ſi mulier conſentiat rem viri ſibi obligatã alteri ven
di,vel donari,ut non videatur, ꝑ hoc remittere ius hypothe-
cę.nec ob.l.ſicut.§.ſi voluntate.quib.mod.pig. vel hypo.ſolu.
qa loquitur,in alio q̃ in muliere.nec etiam obſtat.l.iubemus
C.eo. quia loquitur qñ expreſſe renunciauit iuri hypothecę.
Sis ergo cautus,qñ facis cōtractum cũ marito,ꝙ facias vxo-
rem conſentire, & ponatur in inſtrumento,ꝙ renũciauit iu-
a ri hypothecæ, [a] ſed ſi hoc non ponitur, ſed ſolum, ꝙ conſen-
ſit,non videtur iuri hypothecæ renunciare ꝑ iſtũ §. quē ꝑpe-
tuo tene menti in cuius intellectu Cyn.multum ceſpitauit in
d.l.iubemus, & in auth. ſi qua mulier. & ex p̄dictis patet ver⁹
intellectus,quem etiam gl.quæ incipit. [enim] videt̃ ſenſiſſe.
¶In tex.ibi[ſi mulier dixiſſe,]ſcilicet, cum maritus,quodam
nunc autem facto diuortio, vellet obligare alteri rem ſuam,
vnde fuit proteſtata,ꝙ ille non reciperet,cum eſſet ſibi obli-
gata pro dote, & re vera erat ſibi obligata ꝓ pecunia mutua
ta,de illa tñ non fecit mulier mētionē.|Creditor aũt procura
uit illã rē liberari ab obligatione dotis,faciēdo,ꝙ marit⁹ ſibi
reſti-

ADDITIO

a ¶Iuri hypothecæ poſſit renunciari. Vide per gl.& Cyn.in l.cum lex. C.de rei vxor.act.Spe.in ti.de ob.§.j.ver.ſed pone.& per Bar.in l.Seia.in fi.inf. ſo.mat.ꝑ gl.& Doc.in c.cum contingat.ex.de iureiu.& in c.licet.e.ti.& in dictis locis cō cluditur,ꝙ ſic,ſi vir remãſit ſoluēdo,alias nō,ita Bal.in l.iubemus.C.e.ti. Cur.

reſtitueret dotem,& poſtea rem ſibi obligauit, tanquam nō
obligatā mulieri,cum ad hoc eſſet obligata cōſentiente mu-
liere tacitè , vel expreſſe , pro illa obligatione poſtea agebat
mulier Seruiana,ɔ̃ creditorem, qui excipiebat de conſenſu ,
& illa replicabat,ꝙ non nocebat ſibi conſenſus , quia vr̃ in-
terceſſiſſe,vnde quæritur.an poſſit replicare, & rñdetur cum
diſtinctione,vt ſequitur , qñ autem mulier remittit expreſsè
ius hypothecæ,aut remittit ipſi viro, & generaliter cenſet̃ re-
miſiſſe,& ideo qñcunq; ɔ̃hit.cum eo ſeruo ɔ̃hit,vt not. Bald.
ſm Nico.mat.in l.ēt. C. eo. aut remittit in certo ſpeciali con-
tractu,quem vir facit, quo caſu cenſetur remittere illi , cum
quo vir contrahit,& tunc non cenſet̃ remiſiſſe quo ad aliū ,
& ideo ſi res reperiretur apud alium non habentem ab illo
cām, nō prohiberetur mulier per hypothecariam auocare ,
vt eſt caſus no.in d.l.iubemus. alias autem qñ mulier cōſen-
tiendo rem ſibi obligatam alteri vendi , vel obligari,etiā ius
hypothecę cenſetur remittere,quo ad omnes,& generaliter.
vt no.ſ̃.qui po.in pig.ha.l.creditores.§.ſi tecum. licet contra-
rium notetur.C.de remiſ.pign.l.ſi ignorant. ſed prima verior
per dictam l.Paulus,quib.mod.pign.vel hypo.ſolu.ita not.in
additione Spec.de obliga. & ſolutio. ſuper rubrica poſt prin-
cipium,vbi omnino vide .

1 *Mulier dicitur intercedere in cauſam propriam, & non iuuatur Velleia*
*no,quando ſimul cum alio intercedit,& quomodo .*

2 *Licet ex interceſſione mulier ſentiat lucrum , ſi tamen non immediate ex*
*interceſſione,tamen iuuatur Velleiano .*

3 *Ex duobus reis debendi qui pariter,& inſolidum obligatur, an alter pro*
*altero dicatur interceſſiſſe,vt conueniatur non ſolū ex ſua perſona,tan*
*quā prīcipalis,ſed ēt vt fideiuſſor pro correo, & quis effectus reſultet.*

4 *Fideiuſſor poteſt petere,vt excutiatur principalis,ſumptu, & periculo ip*
*ſius agentis,non fideiuſſoris,& quid in correo.*

5 *Argumentandi,& diſputandi modus remiſ.*

§.Mulier, Si mulier vna cū alio tanquā duo rei ac-
cipiunt mutuū,& in cām cōem,vr̃ inter
cedere pro correo . quatenus negotium illū concernit , non
tñ iuuatur Velle. ſi maius damnū euitat, ſecus ſi non euitat
damnum , licet ſentiat lucrum mediante ſua negociatione.
1 h.d.no. Et iſta duo dicta non ſunt alibi in hoc tit. ¶†Not. ex
primo caſu, ꝙ mulier dr̃ intercedere in cauſam propriā , &
non iuuatur Vell.nō ſolum qñ intercedit pro alio,qui ſi ſol-
ueret ab ea repeteret,vt ſ̃.eo l.3.& aliqñ in princ.ſed etiam ſi
non expectaret,ſi tñ euitat maius dammum ſupple,vel æqua
le,puta ſi recepit vna cum alio viginti mutuo pro reficiēdo
domum,quæ valebat 50.vel 40. quæ ſi nō fuiſſet refecta , fuiſ-
ſet diruta,& ſic ſenſiſſet damnu in 25.vel in 20.certum eſt,ꝙ
ſi correus reſtitueret x. quæ tangūt ipſum nō repeteret a mu-
liere , & tñ mulier poterit conueniri cū effectu pro 20. & ſic
ad x.pro ſe.& x.pro correo,poſtq̃ euitauit maius, vel æquale
damnū,intellige tñ,ꝙ poterit repetere.x.quæ pro correo,ſol
uit iuxta l.j.C.de duob.reis.hic caſus nō hr̃ in hoc ti.niſi hic.
2 ¶†Ex ſecūdo dicto not. ꝙ licet ex interceſſione ſentiat lucrū
mulier,ſi tamen hoc venit non immediate ex interceſſione,
ſed mediante ſua interceſſione, nihilominus iuuatur Vellei.
puta recepit vna cum alio.20.pro emendo rem, quæ valebat
40.& ſic habet vtilitatem de 20.nihilominus non tenebatur
20.reſtituere,ſed x.duntaxat.Sed ɔ̃.ſ̃.eod.l.ſi mulier. ſolue,ibi
lucrabitur immediatè ex interceſſione, hic autem mediante
ſua negotiatione, quæ debet eſſe proficua . Iſtum intellectū
tenet hic gl.mag.in ver. [ita quid ſi hic plus valet,] & ſic etiā
iſte caſus non eſt in hoc titulo.item ead.gl.in ſeq.ver.qui inci
pit.[Item]qui limitat primū dictū, niſi color fuerit quæſitus,
quia cū vellet ſe obligare,vt fideiuſſor colore quæſito ſe obli
gauit,vt principalis,quæ limitatio non placet.nam ēt ſi ut fi-
deiuſſor obligaret.non iuuatur Vellei. quia fideiuſſit in cām
propriam cum euitauit malū,vel æquale damnū , ſic dr̃ in l.
3 aliqñ in fin.prin.ſ̃. eo. ibi aūt pro fideiuſſore ſuo &c. ¶†Hic
eſt vna gl.quę examinat vnam q.de qua fuit contentio inter
antiquos gloſſatores.ſ.ſi ſunt duo rei debēdi pariter, & in ſo-
lidum quilibet obligatur , an talis ꝓ altero dicatur interceſ-
ſiſſe,vt ſi conueniat̃ non ſolū ex ſua perſona tanquam prin-
cipalis,ſed ēt,vt fideiuſſor pro correo?Effectus huius.q. eſt du
plex.primus,quia ſi dicatur pro correo interceſſiſſe,ſi poſtea
ſoluat totū eatenus repetit a correo , quatenus īterceſſiſſe vr̃
pro eo,ſed ſi non dicatur interceſſiſſe nihil repetit.Secundus
eſt effectus antequam ſoluat, quia ſi dicatur interceſſiſſe , &
conueniatur ad ſolidum,habebit hodie beneficiū de fideiuſ-
ſorib.vt poſſit peti,ꝙ principalis excutiatur , vt C. de fideiuſ.
auth.præſente,qđ nō eſſet, ſi pro reo non diceretur interceſ-
ſiſſe , quia duo correi habent beneficiū excuſſionis, licet ha-
beant beneficiū diuiſionis , niſi conuentus dicat ad alterum
correum totam pecuniam perueniſſe, & petat ipſum excuti
periculo,& ſumptu ipſius petentis, qui ēt de iure veteri vide-
batur audiendus per.l.vnde quæritur.ſ̃.cōmo. & quæ ibi not.
4 †Bart.ſed fideiuſſor pōt petere,vt excutiatur prīcipalis ſum-
ptu, & periculo ipſius agentis non fideiuſſoris. Et in hac qō-
ne gl.recitat tres opiniones . Prima fuit Io. ꝙ non dicatur al-
ter pro altero intercedere,vel fideiubere,niſi ſint ſocij,vel ni
ſi qñ color fuit quæſitus.quia cum alter eſſet ſe obligaturus.
& alter fideiuſſurus,fuit actū in fraudem, vt quilibet ſe obli-
garet inſolidū,& ita loquitur iſte.§. & adducit iſtas multas le
ges pro ſe.Secunda fuit opi.Math.qui tenuit per illum.§.ēt ſi
non ſint ſocij,cenſetur alter pro altero intercedere, & addu-
cit etiam multas.ll.& dicit Bal.ꝙ iſta gl.docet melius diſputa
5 re,†& qualiter argumenta debeant fieri , quam ſit in corpo-
re iuris.Tertia fuit opi.Azo.quam gl.tenet, ut ſi vtilitas con-
tractus peruenit ad vtrunq; , cenſetur alter pro altero fideiu-
bere,eatenus,quatenus ad alterum eorū peruenerat, & eate
nus ſi ſoluit,pōt repetere,ſi peruenerit ad alterum tm̃,tunc il
le non dr̃ intercedere pro altero,& ſi ſoluit , poteſt ab altero
repetere, ſed econuerſo alter dr̃ fideiubere pro illo, & ſi ſol-
uit totum ab illo repetere.Poſſet etiam cōtingere,ꝙ ad neu-
trum iſtorum peruenit vtilitas contractus,& ſi ſe obligaſſent
animo donandi viginti,quilibet eorū inſolidum, & tunc al-
ter pro altero fideiuſſiſſe non dr̃ , & quicquid alter ſolueret ,
ſuo nomine tm̃ vr̃ ſoluiſſe,& nihil repeteret , & iſta eſt vera
opi.quantum ad primū effectum repetendi , quantum uero
ad ſm effectum,an habeat beneficiū de fideiuſſorib.nō tan-
git hic gl.ſed Bar.in l.reos.ſ̃.de duob.reis, vbi examinat hanc
q.& dicit,ꝙ ſi alter ipſorum erat perſona prohibita fideiube-
re,vt mulier,cenſeatur color quæſitus, & facta fraus ſenatuſ-
conſulto,& ſic erit perinde,ac ſi fideiuſſiſſet , & ſe principali-
ter non obligaſſet, & per conſequēs habebit beneficiū de fi-
deiuſſoribus.alias vero ſecus,vt etiam pro parte, vel etiā pro
eo, pro quo vr̃ interceſſiſſe pro correo , quia peruenit ad ip-
ſum vtilitas,nihilominus quia ſe obligauit vt prīcipalis, per-
dit beneficium excuſſionis,& habet neceſſe recurrere ad be-
neficium de duobus reis,ſcilicet, diuiſionis ſi ſunt ambo ſol-
uendo,quia ſe obligando cenſentur renunciare beneficio ex
cuſſionis,& ita tenet Gul.in l.ſed & Iul.in prin. ſupra ad Ma-
ced.& ibi dixi,dic ut ibi.

## LEX XIX.

2 *Mulier quæ indemnitatem promittit,ſi alloquitur debitorem, non iuuatur*
*velle.ſecus ſi creditorem.& qualiter hoc ſit.*

3 *Promiſſio indemnitatis qualiter intelligatur .*

1 Tutor pupilli. †Si mulier alicui de propria obli-
gatione indemnitatem promiſit,
non iuuatur Velleiano , quia non vr̃ intercedere , ſecus ſi de
obligatione alterius.h.d.Bar.vſq; ad §. cum haberes , & iſtud
vltimum qñ de obligatione alterius,hr̃ in vltimo verſicu.ibi
quid ergo &c. [ vſque illuc proſequitur primā partem ſum-
2 marij,vel ſic ſecundum†Iac.But. ſi mulier quæ indemnitatē
promittit,alloquitur debitorem,non iuuatur . Velleia. ſecus
ſi ad creditorem,hoc dicit, vſq; ad illum ver. loquitur de pri-
ma parte ſummarij ibi,de ſecunda, vel plenius diuide literā,
quia primo loquitur de illo,qui mandato mulieris adiuit hæ
reditatem damnoſam,& determinat , quod ſi aliquod dam-
num patitur in ſoluendo creditoribus hęreditariis,recuperat
a muliere, quæ ſibi indemnitatem promiſit , quia non vr̃ in-
terceſſiſſe pro eo,apud eundem,non enim ſe obligauit credi
tori pro debitore , quo caſu propriè eſt interceſſio , qui pro
vno apud alium obligauit ſe debitori pro ipſomet debitore .
Vnde ſi eſſet interceſſio,diceretur obligata pro eo,apud eun
dem, & hoc vſque ibi [ nec diſſimilem ] ſecundo adducit de-
terminationem Iul.in caſu ſimili de illo,qui pupillum ſuum
abſtinuit ab hæreditare lucroſa mandato mulieris,vt ſi aliqđ
damnum ex hoc patiatur conuentus a pupillo , recuperat a
muliere ead.ratione,quia non vr̃ interceſſiſſe, & ſic Velleia.
non iuuatur vſq; ibi [ in propoſita] tertio reddit ad primum
caſum de illo , qui hæreditatem damnoſam adiuit mandato
mulieris,vt ab eo poſſit recuperare damnum,ꝙ ſentit, ꝙ de-
bitores hæreditarii ſint non ſoluendo.determinat,ꝙ non.qa
mulier,quæ indemnitatem promiſit, cenſetur ſenſiſſe de dā-
nis contingentibus in habendo ſoluere de ſuo,puta, credito
ribus hæreditarijs,non de eo,quod conſiſtit in non acquiren
do,vt in caſu propoſito, ſi creditores hæreditarij ſint non ſol
uendo , & ad hoc inducit caſum ſimilem in verſi. [denique]
quarto loco in ver.[quid ergo]limitat determinationem pri
mam,vt habeat locum, vt mulier teneatur cum effectu , qñ
promiſit ipſi debitori pro ſeipſo,vt dictum eſt,ſecus ſi ꝓ alio,
vt ſi dubitabat adire , quia debitores hæreditarii non erant
idonei , nec ſoluendo . & mulier pro eis indemnitatem pro-
miſit.tunc enim ſe obligat creditor pro debitoribus,ideo nō
eſt locus ſenatuſconſulto,& adde.l.quamuis.§.j. qui §. decla-
3 ratur per iſtam l.& etiam glo.ibi poſita,† Et not.præcipue in
ver. ſi magis. qualiter intelligatur promiſſio indemnitatis,
quia intelligo de damnis conſiſtentibus in petendo de ſuo ,
non autem in non acquirendo de alieno . facit l. qui autem
in prin.quæ in frau.cre.

1 *Mulier, quæ iam interceſſerat, ſi delegauit aliquem non debitorem ſuũ, talis delegatus antequam ſoluat, habeat exceptionem velleia. & poſt quã ſoluit, & quid ſi delegatus ſit a muliere, quæ erat interceſſura. & num. 1*

3 *Delegari non dicitur ſolum, ille cui mulier iuſſit, vt promitteret, ſed etiã ille cui iuſſit, vt ſolueret, & quando iuuetur velleiano.*

1 **§. Cum haberes.** ¶†Si mulier interceſſura pe
nes te ꝓ Titio mãdat mihi, vt
tibi ſoluã pro eo, ego aũt ꝓmittam tibi antequã ſoluã, ha-
beo exceptionem ſicut haberem, ſi pro muliere, quæ iam in-
terceſſiſſet, ſi ego intercederẽ. vt ſ. e. l. mulier. §. fin. poſtquam
vero ſolui, repetam ab ea, non a te, quia ceſſat ſenatuſconſul
tum, ſicut ceſſaret, ſi ſtatim principaliter ↄxiſſem mutuando ſi-
bi, & ipſa poſtea tibi traderet non participata fraude. vt ſ. e. l.
ſi mulier tanquam. h. d. in effectu, & eſt valde difficilis in tex.
a & male declaratur. Primo format q̃õnem de muliere, [a] quæ
pro Titio debitore volebat penes te intercedere, vel fideiubẽ
do, vel promittendo animo nouandi, & cum tu nolles eam
recipere timore ſenatuſconſulti, requiſiuit me, vt ſibi mutua
rem pecuniam, quam tibi tradere volebat, certum eſt, ꝙ ſi ſi
bi mutuaſſem, & ipſa poſtea tibi tradidiſſet, ceſſaret ſenatuſ-
conſultum, tam quo ad me, quia teneretur mihi reſtituere, ſi
fraudem nõ participaui, vt ſ. eo. l. ſi mulier tanquam, & l. vir
vxori. uer. nec id, q̃ quo ad te: quia nõ incepit a promiſſione,
ſed a ſolutione, ut l. ſed ſi ego. ſ. eo. & l. quamuis. §. interdum,
ſed ſi ego ſibi non ſolui, ſed promiſi mutuare, ipſa promiſit
mihi reſtituere, & antequam ſibi ſoluerẽ, mandauit mihi, ꝙ
tibi ſoluerẽ, & ſic ego incepiſſem a ſolõne, perinde eẽt, ac ſi
ſoluiſſem ſibi, & ipſa poſtea tibi, & ſic eẽt idẽ, quod in caſu p̄
cedẽti, ſed ego non incepi a ſolõne, ſed a promiſſione, quia
tibi promiſi, & poſtea ſolui, quæritũ an ſit idẽ, ꝙ poſſim repe-
tere ab ipſa muliere, ac ſi ſibi mutuaſſem, & ipſa poſtea tibi
ſoluiſſet, attẽta poſtea forma ſui mãdati, q̃a mandauit, vt ſol
uerẽ tibi, an aũt poſſim a te repetere, & hoc vſque ibi [ rñdi]
ibi arguit, ꝙ poſsẽ repetere a te, & ñ ab ipſa, q̃a ſi ipſa primo
interceſſiſſet penes te, & poſtea ego pro ead. intercederẽ pro
mittẽdo, antequã tibi ſoluerẽ, haberẽ exceptionem, vt ſ. e. l. ſi
mulier ꝗ. §. ſi ab ea. poſtq̃ ſoluiſſem, quia erã tutus exceptio-
ne fauorabili, repeterẽ a te, nõ ab ea, vt ſ. l. quãq̃. & l. quãuis.
§. interdum. idẽ vr̃ in caſu iſto, attẽto ꝙ ĩcipiã nõ a ſoluẽdo,
ſed a promittẽdo, & hoc vſq; ibi [& hæc paulo expeditus] Iu-
riſconſultus in iſto ver. fatetur, ꝙ in caſu iſto añquam ſoluã,
habeo ↄ te exceptionẽ, ſicut hẽrẽ, ſi ꝓ muliere, quæ interceſ-
ſiſſet, ego intercederẽ. Sed poſtquam ſolui, ꝙ repeterẽ a te, &
non ab ea, non vr̃ idẽ, quod in dicto caſu attẽto maxime, ꝙ
ipſa nõ interceſſerat, & ꝙ mandauit mihi, vt ibi ſoluerẽ, nõ
aũt, ꝙ promitterẽ, & ſic ſi ſeruaſſem formam mandati non
repeterẽ a te, ſed ab ea. quia ſoluẽdo tibi de mandato ſuo, vi
deor ſoluiſſe ſibi, & ipſa poſtea tibi, vt l. ſi ſolutã. ĩ. de ſo. & ſic
vr̃, ꝙ repetã ab ea, ſicut ſi principaliter ſecum ↄxiſſem, vt ĩ. e. l. ſi
mulier tanq̃, & hoc vſq; ibi [quod quidẽ.] vbi decidit pro iſta
parte, ꝙ ceſſet ſenatuſconſultũ hoc caſu, ſicut ceſſaret, ſi ego
eſsẽ debitor ipſius mulieris, & ipſa me tibi delegaſſet, vt ĩ. eo.
l. ſi debitrix. in princ. & hoc uſq; ibi [quẽ poſtea] ibi reprobat
hanc ſimilitudinẽ, q̃a ſi eſſem eius debitor, & ab ea delegat⁹
non ceſſat, quia ipſa me delegando nõ obligat ſe mihi in ali
quo, ſed ego ab ipſa liberor, ſed caſu noſtro, quia non eram
debitor, ſed de mãdato ſuo ſolui, ipſa ſe mihi obligat ꝓ alio,
quod ſenatuſconſultum fieri uetat, & ſic vr̃, ꝙ ab ea non re-
peterẽ, quaſi penes me interceſſerit, & h. d. totus tex. An aũt ꝑ
hoc videatur iuriſcõſultus recedere a determinatione. ſ. di-
cta poſita in uer. quod quidem. gl. hic dicit, ꝙ non, ſed ſtandũ
eſt illi determinationi, quæ eſt Aphricani. & illud quod reſul
tare vr̃ ex reprobatione huius ſĩitudinis. quam reprobatio-
nẽ facit Iulianus, non in hoc. §. ſed poſt princi. l. ibi dum dicit
ſimiliter ſe rñdiſſe. Iulia. ait nõ eſt verum, quia innuit, ꝙ poſ-
ſum ab ea repetere. Dicit tñ gl. ꝙ iſtud poſſet procedere, ſi po
neretur, ꝙ fuiſſet color q̃ſitus, quia ego participaſſem in frau
de, & tunc non eſſet uerum, & videor ſecum principaliter ↄ-
traxiſſe ſibi mutuando. & ipſa poſtea tibi, & ſic reſponderet
ad arg. quod facit iuriſconſultus in verſ. an vero, & ex his re-
2 manet clarus iſte tex. cũ gl. Intellige in effectu, † ꝙ mulier, q̃
iam interceſſerat, delegauit aliquẽ non debitorem ſuum, ta
lis delegatus anteq̃ ſoluat, habet exceptionẽ Vell. & hoc ha-
betur. ſ. e. quamuis. §. interdum, ver. ſed ſi is. poſtquam vero
ſoluit, repetit ab eo cui ſoluit, non a muliere, & hoc probat
hic in ver. rñdet. Si vero a muliere, quæ non interceſſerat ſed
erat interceſſura, delegauit non ſuum debitorẽ, talis debitor
habet exceptionẽ Velleia. & hoc probatur in §. interdum. in
ver. fin. & hic in uerſ. & hoc paulo expeditus poſtquam vero
ſoluit, repetit a muliere, non ab eo, cui ſoluit. & hoc ſingula
riter habetur in hoc. §. qui in effectu ad hoc ſolum proban-
dum tendit, ut hic patet in uer. qđ quidẽ magis. iuncto verſi.
præcedẽti, vbi ponitur ratio, & ſic declaratur hic ille. §. inter-
3 dum. in ver. ſi. ¶†Vltimo recollige, ꝙ delegari non dicitur ſo
lum ille, cui mulier iuſſit, ꝙ promitteret, ſed etiã ille, cui iuſ-
ſit, ut ſolueret, ſi ipſa ĩcepit a promiſſione, vt ſic habeat exce
ptionem tanquam delegatus añquam ſoluat, ſi autem ince-
piſſet a ſolutione, non diceretur ſoluiſſe, vt delegatus, & ceſ-
ſaret Velle. per ea quæ ſupra dixi.

A D D I T I O.

a ¶De muliere. Quæ pro Titio. Adde gl. & Doc. in c. ex reſcripto. de iureiu.

L E X   X X.

**Si pro vno.** ¶Actio reſtituitur contra omnes, qui ex interceſſione mulieris liberati ſunt. h. d. concordat cum eo. l. quamuis. §. quanquam.

L E X   X X I.

**Si pro aliquo.** In hac l. cum ſequenti ponunt̃ tres caſus in quib. ceſſat Velleia. q̃ñ mulier interceſſit in cauſam propriam, vel quando incepit a ſolutione, vel quando conſeruata eſt indẽnis a debitore per traditionem pecuniæ, ad quam ſe obligauit, de hoc ultimo dic, vt ĩ. l. ſi mulieri ſoluero.

L E X   X X I I.

1 *Mulier ſi confitetur ſe hæredem eſſe cum non ſit, an iuuetur Velleiano.*

2 *Interceſſio dicitur eſſe illa quæ fit quaſi contrahendo.*

3 *Mulier intercedens obligatur mero iure ciuiliter, & naturaliter, & oritur actio, ſed iuuatur exceptione.*

4 *Confeſſio falſa quando poſſit reuocari.*

1 **Si mulier.** ¶†Mulier, quæ confitetur ſe hęredem eẽ,
cum non ſit, & ſic obligatur, ac ſi eẽt, vt ĩſ.
de inter. actio. l. fina. & per totum, ſi ſciebat ſe non eſſe hære-
dem, non iuuatur Velleia. quia decipit, ſi vero ignorabat, iu-
uatur, quia intercedit, cum ſuſcipiat in ſe obligationem ue-
2 ri hæredis, vel hæreditatis. hoc dicit. †Et ſic no. quod interceſ-
ſio dicitur illa, quæ fit quaſi contrahendo, non enim in iſta
confeſſione cõtrahitur, ſed quaſi. Quid autem ſi adiuit hære-
ditatem damnoſam ante? Dic, vt l fin. in prin. infra eodem ti.
iſtos duos caſus multum not. Bald. in d. l. j. C. eodem. dicens ꝙ
ſunt mirabiles. In tex. ibi, [ſe hæredem eẽ.] ſupple, cum nõ eſ-
ſet, nec eſſe poteſt. quia hæreditas non erat ſibi delata. Vnde
decepit actorem, qui uolebat eam conuenire tanquam hęre
dem, q̃a ſi reſpondiſſet, & quæſiuiſſet pro vero hærede, vnde
ſi iuuaretur Vellei. remaneret actor illuſus, & fruſtratorie liti
gaſſet, propter hoc emanauit titulus, de interro. actio. vt in-
terrogetur quis, an ſit hæres talis, quando quis uult eũ cõue-
nire tanquam hæredem, ne iudicium ſit eluſorium, quia ſi
nõ interrogaretur, & poſtea appareret eũ non eſſe, fruſtrato
3 torie litigaſſet actor. ¶†In text. ibi, [in eam actionem quidẽ
dari.] iſte text. allegatur, quod mulier intercedens obligatur
mero iure, ciuiliter, & naturaliter. & oritur actio, ſed iuuatur
exceptione, & ſic interceſſio non eſt per ſenatuſconſultum
omnimodo prohibita, quia tunc nulla obligatio oriretur, vt
l. ſi non ſortem. in principio. de condict. ind. vel dic, quod im-
mo erat prohibita, ut ſupra eodem. l. prima. tamẽ prohibitio
emanauit in fauorem eius, in quo caſu non prohiberet̃ ori-
ri obligatio, ſecus ſi ratione turpitudinis, vel in fauorẽ alteri⁹
contractus eſſet prohibitus, ut dixi in d. l. i. & ſic loquitur. l. cũ
4 l. de fideiuſſo. ¶†Sed opp. contra hanc. l. quia confeſſio falſa
poteſt reuocari, vt ſupra de interroga. actio. l. de ætate. §. fina.
& ſic non tenetur mulier, etiam ſi eſſet maſculus, cuius con-
trarium innuit hic in ſecundo caſu. Sol. tunc poteſt reuoca-
ri, quando per errorem emanauit, vt d. l. de ętate. §. pe. ſecus ſi
ex certa ſcientia, tunc enim etiam ſi per mulierem nõ poteſt
reuocari, vt hic no. habetur. Item quãdo per errorem adhuc
põt reuocari, ſi nulla captio eſt actoris, vel ſi eſt, tamen lis nõ
eſt cõteſtata, ſecus ſi eſt conteſtata, vt habetur in d. §. fi. in tex.
& gl. tunc enim, ſi eſt maſculus, non poteſt reuocare, nec mu
lier de iure communi: ſed de iure ſpeciali iuuatur Velleia. vt
hic. De hoc articulo, an talis conceſſio præparatoria iudicii
reuocari poſſit, vide per Barto. in d. l. non fatetur. de confeſſis.
& in l. ſi is obtulit. in princ. ſeq. ſupra de rei vend. quas omni-
no uide.

L E X   X X I I I I.

1 *Si mulier debitrix delegatur, non iuuatur Velle. ſecus ſi aliquid, promittat creditori, ne recipiat ſuam delegationem.*

**Debitrix mulier.** ¶ Si mulier debitrix delegat̃, non iuuatur Velleia. ſecus ſi aliquid promittat creditori, ne recipiat ſuam delegationem. h. d. Et primus caſus loquitur, quando fuit delegata, ut debitrix, quo caſu in nullo læditur: quia licet uni obligetur, tñ liberatur ab illo. ſecus ſi eſſet delegatus tanquam non debitrix, quia non liberaretur a delegante, & hoc modo habet locum opin. Marcelli. poſita. ĩ. eo. l. quamuis. §. ſi mulier apud.

Item

Item procedit,quando erat debitrix efficaciter, alia indiſtincte iuuatur,etiam ſi vt debitrix fuit delegata:vt d.§.ſi mulier, & l.vix vxori.Ratio ſecundi dicti eſt,quia per promiſſionem illius pecuniæ,& ſolutionem,nõ liberatur a ſuo debitore,& ſic recipit damnum.Et ſi datur, ipſa principaliter contrahit, nec ſe obligat pro alio,ſed pro ſeipſa,ergo non debet iuuari: reſpondetur verum eſſe attenta veritate, quòd non intercedit,tamen fingitur intercesſiſſe, quia hoc fecit,vt interceſſionem euitaret.

1 §.Si ſenatus. ¶†Actio reſtituitur in veterẽ debitorẽ non exceptio, ꝙ mulier vtatur bñficio Velleiani.hoc dicit. Dubium erat, quia mulier poterat non vti, & ſoluere, & non repetere,vt ĩ.eo.l.penulti.vnde ſi creditor volebat agere reſtitutoria contra veterem debitorẽ, videbatur,quòd poſſit ſe defendere,& dicere:age contra mu
2 lierem,quia forte non vtetur beneficio Velle.[a] contra.hic dicitur,quia creditor non habet ſe ponere in hoc dubio, nec expectare,ſed poteſt ſtatim agere contra veterem debitorem reſtitutoria.¶In tex.ibi[ſolutum condicat]ſupple,vel conuẽta excipiat.

ADDITIO.

a ¶Non utetur beneficio Velleia. Adde gl. in Auth. quomodo oportet Epiſcopos.in §.igitur. Alber.de Roſ.in l.2.C.de hæ.

1 *Actio reſtituitur eiuſdem qualitatis,cuius erat priſtina ſublata, & eiuſdem temporis.*

2 *Quando quis reſtituitur ad curſum præſcriptionis, & ſic ad actionem primam talis actio ſibi reſtituitur,qualis erat prima.*

1 §.Si pro eo qui. †Actio reſtituitur eiuſdem qualitatis; cuius erat priſtina ſubla-
2 ta,eiuſdem temporis,hoc dicit.¶†Et not. hic ad materiam.l. ab hoſtibus.§.ſed ꝙ ſimpliciter.quib.ex cau.ma.quando quis reſtituitur ad curſum præſcriptionis, & ſic ad actionem primam:quia talis ſibi reſtituitur actio,qualis erat prima: & ibi allegatur iſte tex.facit ad hoc l. cum poſt mortem.in princ.ſ. quando ac.de pec.eſt annalis, & omnino vide per eum qui format vtilem quæſtionem.

LEX XXV.

2 *Mulier quando obligatur pro alio ex diſpoſitione legali ceſſat ſenatuſconſ. Velleia.& nu.1.*

1 Si domina ſeruo. ¶†Mulier poteſt obligari pro alio efficaciter actione pretoria tanquam iubens, non actione ciuili tanquam fideiubẽs, ratio eſt primo caſu,quia actio non oritur ex ſuo contractu, ſed ex diſpoſitione legali per contractum ſerui:ſecundo caſu obligatur ex proprio contractu,quod ſenatus vetat.Et ſic no-
2 ta, †quòd quando mulier obligatur pro alio ex diſpoſitione legali,ceſſat ſenatuſconſultum. caſus eſt hic.

LEX XXVI.

Si mulier. Idem dicit iſta l. quòd ſi mulier. ſupra eodem,licet in terminis differat,nam ſicut ille,qui in iure confitetur ſe hæredem,cum nõ ſit,nec eſſe poſſit,obligatur,acſi eſſet,ne actor in iudicio fruſtretur,ita ille,ꝗ confitetur ſeruum eſſe ſuum, qui damnum dedit, cum non ſit ſeruus,tenetur noxaliter,ſicut ſi eſſet ſuus, & ſi nõ poteſt dare pro noxa, debet emendare damnum. Si ergo mulier ſcienter confitetur, quia ſuſcipit in ſe obligationem veri domini.

LEX XXVII.

2 *Color quæſitus non dicitur,niſi quando creditor participat fraudem vna cum muliere,& debitore.*

1 Bona fide. ¶†Si creditor non participauit fraudem, licet inter mulierem, & debitorem fraus ſit commiſſa,ſibi nocet.h.d.caſus iſte eſt.nota ergo,ꝙ nõ dici
2 tur†color quæſitus,niſi quando creditor participat fraudem vna cum muliere,& debitore.

1 *Si mulier intercedit apud ſeruum, obſtat domino agenti ex contractu ſerui exceptio Velleia.*

2 *Seruus in his, quæ quæruntur, poteſt præiudicare domino non quærendo.*

1 §.Cum ſerui. †Si mulier intercedit apud ſeruum, obſtat domino agenti ex cõtractu ſerui exceptio Velleia.hoc dicit, per ſeruum ergo acquiritur domino actio,cum ſua cauſa,ſuisq; vitijs,quæ ſibi ineſſent,ſi actio acquireretur ipſi ſeruo exiſtẽti libero.facit, quod haben-
2 tur.ſ.de pac.l.ſin autem dominicam,in tex.& glo. ¶†In textu ibi[nec vſ.]reſpondet tacitæ obiectioni, quia per ſeruum nõ poteſt effici cõditio domini deterior,vt l. ſi ſeruus.C.de pact. ſed verum eſt in iam quæſitis domino, ſed in his quæ quæruntur per ſeruum bene poteſt ſeruus præiudicare domino, non quærendo, ergo,& inutiliter, vel vitioſe quærẽdo,quia non dicitur deterior fieri conditio per alium, quãdo mihi ꝑ ipſum non acquiritur:vt hic,& ĩ l.fi.C.de acq.poſ.ſed ſolum cum aufert mihi de acquiſitis.

§. Vxor debi. Nõ videtur mulier intercedere cũ propriũ negotium gerit. hoc dicit Iacob.But.

LEX XXVIII.

1 *Confeſſio vnius alteri non præiudicat.*

2 *Non creditur verbis notarii,aſſerentis inſtrumentum per eum confectum eſſe falſum,ſeu vitioſum.*

3 *Non creditur teſti dicenti ſe falſum teſtimonium dixiſſe.*

4 *Mulier ſi principaliter contraxit recipiendo pecuniam mutuo,& vir fideiuſſit poſtea vir aſſerat re vera ſe eſſe principalem,non tamen iuuabitur mulier velleiano,niſi creditor participaſſet fraudem.*

5 *Debitor ſi confitetur rem,quam mihi pignorauerat prius pignoraſſe tibi, ſi aliter de hoc non appareret,iſta confeſſio mihi non nocet.*

6 *Non ſtatur verbis iudicis aſſerentis ſe dediſſe ſententiam per pecuniam, & ad præiudicium eius pro quo eſt lata.*

7 *Confeſſio vnius præiudicabit ei,qui poſtea haberet cauſam ab illo.*

1 a Seia mancipia ¶†Confeſſio vnius[a] alteri non præiudicat, & ad hoc ſemper allegatur, vt habetur in Spec. de inſtru.edi.§. poſtremo, verſi
2 [nunquid]vbi dicit per hanc.l. quòd nõ † crederetur verbis notarii aſſerentis inſtrumentum per ſe confectum eſſe falſum, vel vitioſum: poſtquam habet formam inſtrumenti,
3 & eodem modo† non crederetur teſti dicenti ſe falſum teſtimonium dixiſſe.facit: quod habetur in l.ſi quis in graui.§.
4 j. ad Syll.dicit autem iſta lex, † quòd ſi mulier principaliter, contraxit recipiendo pecuniam mutuo, & vir pro ea fideiuſſit, poſtea vir aſſerat re vera ſe eſſe principalem, & pecuniam ad ſe principaliter perueniſſe: & hoc facit ad finem,vt mulier,licet principaliter contraxerit,tamen habeatur pro ſi deiuſſore: & ſic gaudeat beneficio Velleian. non prodeſt vxori, neque nocet creditori, ſi de hoc aliter non appareret: ſed ſi appareret,& creditor participaſſet fraudem, bene eſſet verum,quòd ipſe haberet,ꝑ principali:licet vt fideiuſſor ſe obligauerit,& hæc habentur in l.ſed & Iulia.in princ.§.nõ ſolum,& ibi no.in glo.ſupra ad Macedonia.ſecus ſi creditor non participaſſet fraudem, licet vir,& mulier fraudem excogitauerint,& poſſet hoc probari,vt in l.præcedenti.ĩ prin. fac t etiam ad ea:quæ no.per Cyn.C.qui pot.in pig.hab.l.aſſi
5 duis.& de iure do.l.vbi adhuc.in 12.q.† ꝙ ſi debitor cõfitetur rem,quam mihi pignorauerat,prius pignoraſſe tibi, ſi aliter de hoc non apparet:iſta confeſſio non nocet mihi:facit Au
6 thẽ.de æqua.do.§.primũ qui de.¶†It em,ꝙ non ſtetur verbis iudicis aſſerentis ſe dediſſe ſñiam per pecuniam,& ad præiu-
7 dicium eius,pro quo lata eſt: adde † ꝙ confeſſio vnius præiudicaret ei,qui poſtea haberet cauſam ab illo,vt l.ſi ſuperatus.§.fin.infra.de pig.& quod no.C.eo.in l.præſes.

ADDITIO.

a ¶Confeſsio vnius.Adde,& quid de confeſsione vnius latronis contra alium.vide pe: cano.in c.1.de confeſ.

1 *Mulier quando accepit pecunias mutuo pro ſua vtilitate,licet poſtea vertatur in rem viri,vel alterius:non iuuatur Velleiano.& quid ſi pro vtilitate alterius.& nu.1.*

1 §.Fundum. ¶† Mulier recipiens pecuniam mutuo,vt ſoluat ei apud quẽ interceſſit, obligando,ſe vel rem ſuam ei apud quẽ interceſſit, iuuatur, Vell.aduerſus mutuantem,ſi mutuans hoc ſciuit.h.d. multum ſingulariter.¶Et per iſtum.§.limitantur plures leges huius ti.C.eo.ti.dicentes,ꝙ quando mulier principaliter contraxit recipiendo pecuniam mutuo,licet hoc faciat ad vtilitatẽ alterius ſi tamen non fuit color quæſitus:quia creditor non participauit fraudem,non iuuatur Velleia.vt in l.præcedenti in princ.ſupra eo.& l.mulier tanquam.& l.vir vxori. ver. nec id etiam,ſi creditor hoc ſciebat,vt in l.ſi fœnebris.C.eo.dummodo non participauerit fraudem,vt dixi:ita omnia iſta iura intelliguntur,niſi receperit.vt ſoluat ei apud quem interceſſerat:quia tunc iuuatur, licet creditor non participauerit fraudem:dummodo ſciret, ꝙ in hanc cauſam volebat conuertere.Caſus eſt hic, & iſto modo ſoluitur contrarium de d.l.ſi fęnebris,ſignatum in gl.tunc autem diceretur participare fraudem:quãdo fuit requiſitus ab alio,vt mutuaret, ſi nõ eſt mulier,& ille volebat dare mulierem in fideiuſſorem, & ille voluit,ꝙ inſtrumentum cantaret principaliter in perſonam mulieris,ad hoc,vt fraudaret ſenatuſconſultum: vt tũc iuuaretur.Velleia.ſupra e.l.quamuis.§.ſi cum eſſem,& no.gl. in l.immo.ſup.eo.ſimplex autem ſcientia creditoris nõ facit videri fraudem commiſſam,nec colorem quæſitũ:niſi quando mulier recepit,vt ſolueret illi pro quo interceſſerat:vt eſt caſus hic:nec eſt alibi in hoc.¶In tex.ibi (fundum obligauit Sempronio.) ſupple conſentiente vxore,vel ea patiente: & ex hoc reſultat interceſſio,quæ dicitur non ſolum, quando mulier obligat perſonam ſuam pro alio: ſed etiam quando

rem

rem ſuam,vt s̃.eo.quamuis.in prin.vel patitur eam obligari,
vt hic,& idem ſi rem ſibi obligatam,vt l.vir vxori.§.j. alias.2.
s̃.eo.¶In tex.ibi,in fi.[forte ſenatuſconſultus &c.] ſic ergo re
pellet ſm creditorem,qui ſibi mutuauit:dic,ꝙ tenebitur ſibi
cedere condi.indeb.quam habet contra illũ,cui ſoluit,apud
quem prius interceſſerat patiendo rem ſuam obligari , quia
cum aduerſus eum eſſet tutus Vellei. ſoluendo per errorem
habet condictionem indebiti, quam tenebatur cedere huic
ſecundo creditori mutuanti.arg.eius,quod hr̃ in ſimili , in l.
cum fundus.§.ſeruum tuum,ſi cert.pet.& l.ſi vendidero.§.Ti
tius.j̃. de fur. alias iſta mulier lucraretur , quia repelleret ſm
creditorem mutuantem , & a primo cui ſoluit . repeteret,ꝙ
eſſe non debet,vt s̃.eo.l.ſi mulieri ſoluero,in fin. hodie vero
pro marito ipſo iure non poteſt obligare ſe,vel rem ciuiliter
& naturaliter, & ſic non habet opus exceptione ſenatuſcon
2 ſulti,vt C.eo.auth.ſi qua mulier.¶†In glo.mag.ibi, [ſolu.hic
iam erat res eius obligata.] hæc vera:& idem, ſi eius perſona
erat obligata,& reciperet,vt ei ſolueret,cui erat obligata: &
diſtingue,quando mulier accepit pecuniam mutuo: aut pro
ſua vtilitate,& tunc, licet ex poſtfacto vertat eam in rem vi-
ri,vel alterius,non iuuatur Velle.vt l.ſi aduerſarius.& l.ſi fœ-
nebris. C. eodem ſecundum vnum intellectum , aut ab ipſo
principio accipit,vt vertat in rem alterius.& tũc,aut fuit co-
lor quæſitus,& fraus participata cum creditore,iuuatur Vel-
lei.vt s̃.eo.l.quamuis.§.ſi cum eſſem hic.Secundum vnum in
tellectum in fi.gl.aut non fuit color quæſitus,tunc ſi recepit,
vt ſolueret apud quem non interceſſerat,non iuuatur Velle.
etiã ſi creditor hoc ſciuit , vt l. ſi fœnebris.aut ei,apud quem
tunc interceſſerat,& tunc,aut creditor ſciuit,& tunc iuuatur
aut ignorauit.& tunc ſecus,vt in hoc.§.not.

1 *Mulier licet fuerit ſecuta ab illo,pro quo interceſſit taliter,quod non reci peret damnũ et per dationem pignorũ, tamẽ habet exceptionẽ Velle.*
2 *Qualiter poſſet apparere , quod color fuit quæſitus eo caſu , quo creditor principaliter cum muliere contraxit .*

1 Quidam voluit. † Si mulier a principio ſuſce-
pit in ſe obligationem, quam
alius erat ſuſcepturus colore quæſito, ea de medio ſubducta
reſtituitur actio vtilis contra illum , qui ſuſcepturus erat , &
etiam pignora,per illum data mulieri.Hoc dicit, & hoc vlti-
mum de pignoribus additur per hanc.l.ad l.quamuis.§. ſi cũ
eſſem.s̃.eo.nam veriſimile eſt,ꝙ ſi creditor contraxiſſet cum
2 illo,illa pignora ſibi tradidiſſet, ſicut tradidit mulieri . ¶†In
tex.ibi[& ab his pignus accepit ] Bal.multum no. iſtum text.
in l.j.C. eo. quod licet mulier fuerit ſecura ab illo , pro quo
interceſſit taliter.ꝙ non reciperet damnum,& etiam per da
tionem pignorum,nihilominus habet exceptionem. Velle.
hic videbatur contrarium, quia per ſenatuſcõſultum ſuccur
ritur mulieribus,quando poſſunt periclitari:non aliter, vt s̃.
eo.ſi pro aliquo.in fi.& l.2.& dic,ꝙ licet habeat pignora ad-
huc incommodatur , quia forte non poterit de facili vende-
re,& magis ſibi expedit habere pecuniam , & eodem modo
ſi debitor eam ſecuraret per promiſſionem idoneam , quia
melius eſt,pecuniam non ſoluere,quam ſoluere,& repetere.
in.j̃.ti.j.l.3.ſed ſi ſecuraret eam tradendo ſibi pecuniã, quam
pro eo promiſit,non habet exceptionem,vt s̃.eo.l.ſi mulieri
dederim,& tetigi in l.ſi mulieri ſoluero . idem forte ſi habe-
ret promiſſionem cuiuſdam boni campſoris, a quo ſine diffi
cultate poſſet exigere,ar.eius quod habetur.j̃.de in diem ad-
dic.l.item Iul.§. melior. in glo. ſuper ver.facilior.quæ dicit,vt
per bonos campſores. his diebus fui interrogatus de iſto ca-
ſu : quia quædam ex forma ſtatuti tenebatur dare fideiuſſo-
rem,ſi volebat proſequi appellationem : non reperiebat ali-
quem,qui volebat fideiubere,niſi quandam mulierem : ipſe
nolebat eam aſſecurare, & aduerſarius nolebat eam recipe-
re,dicens,quod eſſet tuta Velleia. quærebatur , an deberet eã
recipere,vt ex prædictis patet , reſpon. ꝙ pp aliud non tene-
batur eam recipere,quia etiam ſi non haberet exceptionem
Vell. non ſic de facili poſſet exigi pecunia ſicut a maſculo ,
quia non poteſt incarcerari, vt hr̃ in auth. ſed nouo iure. C.
3 de cuſt. reo. ¶†In tex.ibi [ſi creditor cum contrahere vellet .
[¶No.iſtum tex.qui declarat qualiter poſſit apparere , ꝙ co-
lor fuit quæſitus,eo caſu quo creditor principaliter cum mu
liere contraxiſſet,& tunc apparet de colore.qñ probatur per
teſtes.ꝙ creditor , volebat contrahere cum alio , & recipere
mulierem in fideiuſſorem , ſed euitato illo contraxit princi-
paliter cum muliere, & ſic participauit fraudem, alias nõ da
retur exceptio,licet inter mulierem,& debitorem commiſſa
eſſet fraus,vt in l.bona fide.in prin.¶In glo.j.ibi[ſed non ſolũ
committenti]ſed nonne committit dolum in eo ipſo, quod
in fraudem ſenatuſconſ.facit,nam fraus nihil aliud eſt , quã
dolus,vt in l.iuriſgentium.§.ſed ſi fraudandi.de pact. dicas,ꝙ
gl. intellexit de dolo commiſſo in inducendo mulierem ad
ſic faciendum:cum alias non eſſet factura, vt infra eodem.l.
fin.in princ.& in l.ſi Titius quam glo. allegat,vel inducendo
illum creditorem .

LEX XXX.

1 *Mulieri,quæ decepit creditorem,non datur exceptio .*
2 *Mulier quando interceſſit qualiter dicatur decepiſſe creditorem,vt non iuuetur Velleiano .*

1 Si decipiendi. ¶†Mulieri quæ decepit creditorẽ
2 non datur exceptio.h.d. † Et dicit
decepiſſe,quando induxit creditorem ad credendum aliquid
quod ſi eſſet verum, non daretur ſibi exceptio , puta , quod
a erat maſculus induendo ſe veſte virili,[a] vt in glo.vel quod in
ſuam cauſam intercedebat,vt ſupra eod.l.ſi mulier, in iure ,
vel paſſa eſt obligare rem ſuam tanquam non obligatam ,
vt ſupra eo.l.vir vxori.l.ſi mulier.

ADDITIO.

a ¶Induendo ſe veſte virili.Adde an veſte virorum mulieres poſsint vti , & quid econtra.vide in c.ſi qua.31.diſtin.

1 §.Procurator. †Etiam maſculus intercedens mã
dato mulieris habet exceptionem
hoc dicit ſic.j̃.eo.ſi mulier.§.antep.& plenius.s̃.eo.ſi fideiuſ-
ſores.cum l.ſeq.¶In tex. ibi [pro alio interceſſerit, ] ſcilicet
penes creditorem ſcientem, quod hoc facit mandato mulie
ris,alias ſecus,vt dictis.ll.¶In text.ibi [ nec alias ] expone.i. ſi
maſculus intercederet non de mandato mulieris , actio quæ
daretur contra eum ſi intercederet , ideſt non efficeretur in-
vtilis per exceptionem ſenatuſconſul.gloſſ. tamen aliter ex-
ponit , ſed iſta eſt melior .

1 *Si mulier, quæ interceſſit , non vtitur auxilio Velleia. poteſt ab eo , pro quo interceſſit repetere .*

1 §.Si mulier. ¶†Si mulier, quæ interceſſit non vti-
tur auxilio Velleian.poteſt ab eo , pro
quo interceſſit repetere.h.d. Sed nonne ille poteſt eam repel
lere , dicendo tu habebas exceptionem , quare non fuiſti ea
vſa,& non recuſaſti ſoluere? reſpon. non , quia illa exceptio
concernebat perſonam tantum mulieris . & nõ competebat
debitori.Vnde nõ poteſt debitor ſibi imputare , quia nõ fuit
ea vſa,vt j̃.manda.l.ſi fideiuſſor.§.fin.& l.idemq;.eo. tit.& ibi
allegatur iſta l.in gl.& ibi melius,quam hic.¶In textu ibi [no
luit repetere]ſcilicet ab eo,cui ſoluit per condictionem inde
biti,ſed ab eo , pro quo ſoluit per actionem mandati , vt ſe-
quitur.¶In tex.ibi,& cauere de indemnitate,ideſt, quod nõ
repeteret ab eo,cui ſoluit,& ſic illa ſolutio cedet in ſolutum
quia liberauit debitorem,quod prius non erat , cum eſſet re-
tractabilis,& ſic non habebit debitor duobus ſoluere . Idem
ſi taliter ſoluiſſet,quod ſi vellet,non poſſet repetere , puta ex
certa ſcientia non errando in iure,nec in facto , ſed tunc nõ
eſſet neceſſe cauere de non repetendo,vt ſupra l. quamuis.§.
ſi mulier poſt interceſſionem .

LEX XXXII.

2 *Tres caſus , in quibus mulier principaliter contrahens ad commodum alienum,licet eſſet inducta per creditorem, non iuuetur Velleiano.*

1 Si mulier hæredita. †Mulier adiens hæredita
tem damnoſam non iu-
uatur Velleia. niſi ad hoc fuerit inducta fraude creditorum,
2 ſed minor benè reſtitueretur indiſtincte.h.d. † Sic ergo not.
hic caſum in quo mulier quaſi contrahens principaliter, pu
ta adeundo hæreditatem iuuatur Velle.idem videtur, ſi prin
cipaliter contraheret , & fuiſſet ad hoc inducta per credito-
rem, & limitantur omnes ll.iſtius titu. dicentes contrarium ,
quod quando mulier principaliter contrahit ad commo-
dum alienum non iuuatur Vell.etiam ſi creditor hoc faciat,
vt C.eo.l.ſi fenebris. & s̃. eo.l.ſi mulier tanquam, & l.vir vxo
ri,ver.per id,alius caſus ponitur.s̃.eo.l.Seia.§.fi.Adde tertium
quando obligaret ſe ſimul cum marito, videlicet,principali
ter contrahendo , & maritus fideiubendo:præſumitur color
quæſitus , id eſt , quod principalis ſit maritus , & ipſa fideiuſ-
ſor . & ſic hodie ipſo iure non tenebitur,vt C.eo.auth.ſi qua
mulier,& ibi not. Bal. ſecundum Nico.de Mat.

1 *Non debet eſſe quis melioris cõditionis,quam author ſuus, vel ille,a quo cauſam habet,& quod aliquando plus iuris habeat .*

§.Si mulier rem. ¶†Mulier,quæ intercedendo
dedit pignora,poteſt ipſa vna
cum fructibus,& omni deterioratione repetere,tam a credi-
tore, quam etiam ab alio , qui habet cauſam ab eo. h. d. &
dic,quod repetit per pign.act.quæ competit etiam,vbi pigno
2 ratio ſit nulla.s̃.de pig.act.l.ſolutum.§.j.¶†Et not. hic in fin.
text.quem pluries allegaui, quod non debet eſſe quis melio-
ris conditionis,quam author ſuus vel ille, a quo cauſam ha-
bet.Aliquando tamen contingit contrarium,quod plus iuris
habet.j̃.de acqui.rer.dom.l.non eſt nouum,& adde.j̃.de cui.
ſi per imprudentiam.§.non mirum

§.Item

1 **§.Item ſi mulier.** † Etiam qñ incipit mulier a diminuēdo patrimonium,
iuuatur Velleia.ſi fuit color quæſitus.h.d.& ſic limita, ꝙ hr̄.
s̄.eo.ſed ſi ergo.& l.quamuis. §.interdum. verſi.planè. vbi dr̄
contrarium glo.opponit,& non ſoluit.Tu ſolue,vt dixi. ꝙ li
mitantur per hunc §. qñ fuit color quæſitus: quia erat inter-
ceſſura,& inceptura a promiſſione, ſed fraude creditoris in-
cipit a diminutione,& venditione rei ſuæ, & iſto etiam mo-
do poteſt ſolui hoc contrarium glo. d.l.ſenatus. C.eod. ¶ In
tex.ibi [exceptio quidem opponitur] .ſ.mero iure:hodie ſi ꝓ
viro hoc faceret.non opponeretur exceptio: ſed ipſo iure eſ-
ſet tuta,vt in auth.ſi qua mulier. C.eo.vel poteſt dici,quòd il
la quando a promiſſione incepit ipſo iure,illa ſit nulla.Si ve
rò vendidit, & tradidit,videtur intercedere pro viro:tunc po
ſito,quòd venditio ſit nulla, per venditionem transfertur do
miniū;& ſic mero iure obſtat exceptio ſi replicaretur. Hoc
tamē an ſit verum,quòd ex contractu nullo transferatur do
minium,dic,vt l.eleganter.in princ.s̄.de dolo, & in l.contra-
ctus.C.de fide inſtr.in illa gl.vulgari præceſſit venditio, vel in
forma ſecuta eſt traditio, vt in firmanda.

1 *Maſculus intercedens pro alio mandato mulieris, quando iuuetur Velle.*
2 *Mulier ad hoc,vt iuuetur Velleiano, quando requiratur, quod creditor participauerit fraudem, & quando requiratur ſolum ſcientia creditoris,quod mulier intercedat ad commodum alterius.*

1 **§.Si mulier ne.** ¶ † Maſculus intercedens ꝓ alio mādato mulieris, iuuatur Vell.
ſicut ipſa mulier,ſi interceſſiſſet,ſi creditor participauit frau
dem:aliàs ſecus.h.d.Certè etiā ſi non participauit fraudem,ſi
tamen ſciuit,ꝙ de mandato mulieris hoc faciat, iuuatur ille
2 Velle.vt s̄.ea.l.ſi fideiuſſores. † aliquando ergo requiritur, ꝙ
creditor inducat fraudulenter ad ɔ̄hendum, ad hoc, vt ſibi
obſtet exceptio: nec ſufficeret ſola ſcientia,puta ſi mulier cō
trahit principaliter,vt C.e.l ſi fęnebris,vel quaſi cōtrahit, vt
in principio huius l.interdum ſufficit ſola ſciētia creditoris,
vt quando mulier intercedit, & creditor non ɔ̄hit cum mu-
liere principaliter,contrahit tamen ad finem ſoluendi apud
quem interceſſerat,vt s̄.e.l.Scia.§.fundum. in ſi. interdum ēt
ſi nec induxerit,nec ſciuerit,ob.exceptio Vellei.vt ſi cōtraxit
cum muliere verè intercedente, creditor autem credebat, ꝙ
licèt ſe obligaret pro alio, non eſſet interceſſio: quia ſe obli-
garet in cauſa propria, non enim ſufficit hoc credere, poſtq̄
videbat ſe contrahere cum muliere,& eam obligare ꝓ alio:
quia dēbat inueſtigare, ſi in illa cauſa poterat.s̄.eo.l.vir vxo-
ri.in prin. Sed qñ contrahit cum maſculo, non eſt quid ſibi
imputetur,ſi ignorat hoc facere de mandato mulieris:& iſto
modo reducuntur ad concordiam iſta iura,quæ vidētur con
trariari ad inuicem,& ſatis inuoluta.

1 *In veterem debitorem non reſtituitur actio, ſi mulier parata eſt iudicium ſuſcipere ſuper interceſſione,& cauere de non opp.excep.Vell.*
2 *Debitor primus poteſt ſe iuuare,ne in ipſum detur vtilis actio,quando conſtat,quod mulier,quæ interceſſit animo donandi,non vult vti Velleia. & quid ſi non conſtaret.non poſſet dicere, expectemus, quouſque videamus,an mulier velit vti Velleiano.*
3 *Senatuſconſulto Velleiano pōt renunciari in iudicio,& in quibus caſib.*
4 *Renunciatio innititur conſenſu renuntiantis tantum,ſed pactum, ſeu promiſſio cum ſint contractus,innituntur conſenſui duorum.*
5 *Promiſſio de non vtendo exceptione Velleiani, quod poſſit fieri extra iudicium, & an valeat ſicut ſimplex renuntiatio.*
6 *Renunciatio ſenatuſcon.Velle. debet fieri in ſcriptis præſentibus tribus teſtibus, & an requiratur eorum ſubſcriptio.*
7 *Omnia iura, quæ de ſubſcriptione teſtium loquuntur in inſtrumentis publicis, per contrariam conſuetudinem ſunt abolita, & ſufficit notarium atteſtari de eorum interuentu.*
8 *In renuntiationibus quando requiratur certioratio, & ſic quando renuntiatio non extendatur ad ignorata.*

1 **§.Si mulier pro eo.** ¶†In veterem debitorem nō reſtituitur actio ſi mu
lier parata eſt iudicium ſuſcipere ſuper interceſſione, & ca-
uere de non oppo.except.Velle.h.d.not. ¶Alius caſus poni-
tur in l.quamuis. §.ſi mulier.s̄.eo.quo nō reſtituitur actio in
veterem debitorem.l.ſi mulier ſic ſoluit,vt repetere non poſ
2 ſit:idem ſi nolet repetere,vt s̄.l.prox.¶†Nota.ergo, ꝙ primus
debitor poteſt ſe iuuare,ne in ipſum detur vtilis actio,quādo
ɔ̄ſtat,quod mulier,quæ interceſſit animo donandi, non vult
vti Velle. Si autem non conſtaret, non poſſet dicere expecte
mus quouſque videamus,an mulier velit vti Velleia.vel nō,
3 vt s̄.e.l.ſi debitrix.§.j.¶† In gl.quæ incipit [ſi mulier non vſu-
ra] no. ꝙ renuntiari pōt huic ſenatuſc.ſ.in iudicio: & ita lo-
quitur hic ſecundum Doct. propter præſentiam, & auctori-
tatem iudicis.C.ſi ma.vel mu.inde.promi.l.j.& fin.vbi patet,
ꝙ decretum iudicis facit ceſſare hanc exceptionem. Hoc pla
cet per ea,quæ ibi not.per iſtum text. quia hic non loquitur
de renuntiatione,ſed de cautione de non opponendo exce-
ptionem,quæ potuit fieri etiam extra iudicium. Et ſi produ-
catur in iudicio habet locum, ꝙ hic dr̄: nam iſta cautio ma-
ioris eſt effectus,q̄ ſimplex renūciatio: quia ſe obligat credi-
tori: ſed renuntians nō obligat ſe,ſed abdicat a ſe ius ſuum.
4 †Hic dr̄, ꝙ renuntiatio innititur conſenſui duntaxat renun-
tiantis.iuxta not.in l.j.de pac. & per Innoc.in c.ſuper hoc. de
renun.ſed pactum ſeu promiſſio cum ſint ɔ̄ctus, innituntur
conſenſui duorum, vt in l.j.s̄.de pac. Vr̄ ergo,quòd ꝓmiſſio
5 † de non vtendo exceptione Velleia.valeat,etiam ſi facta ſit
extra iudicium:& ſi non ſeruatur,poterit ex ea conueniri ad
intereſſe.An aūt valeat ſimplex renuntiatio?dicas, ꝙ in iudi
cio ſic,vt dictum eſt. Item etiā in caſu in quo neceſſario mu
lier ſe obligabat,vt recipiat tutelam filiorum.quia renuntiat
authoritati legis,vt in Auth.vt ma.& auiæ.& in corpore vn̄
ſumitur,qñ mu.tu.offi.fun.poteſt.Item quando poſt lapſum
biennij renunciaret, vt ī l.ſi mulier perfectè.C.eo.extra iſtos
caſus non valet renuntiatio Velle.quia qua facilitate interce
dit,ea facilitate renuntiaret,vt in l.doli.§.diuerſum, & ibi eſt
caſus.j̄.de noua.& adde,quod no.per glo.in auth.qūo opor.
epi.poſt prin.in gl.quæ incipit[no.hic] iſta tamen renūtiatio
tunc prodeſt,qñ mulier mero iure erat obligata.ſecus ſi ipſo
iure obligatio non tenuit,vt ſi interceſſerat pro marito,vt in
auth.ſi qua mulier.C.eo.vel etiam pro alio ſi tñ ſine ſcriptis.
6 †vel ēt cum ſcriptura,in qua non ſunt ſubſcripti tres teſtes:vt
eſt caſus ſingularis limitans oīa iura vetera in l.antiq;.§.ſi.C.
eo.dicit tñ Bal.no.in l.j.eo.tit.ꝙ iſta ſubſcriptione teſtium in
inſtrumentis publicis hodie non vtimur.vn̄ ſufficit, ꝙ nota-
rius atteſtetur tres teſtes interfuiſſe:& de hoc etiā eſt vna glo.
in auth.de hær.& fal.in §.hinc verò nobis.in verſi.ſi verò ab-
ſunt,ſuper ver.ad hoc.& in Auth.de inſtr.cau.& fide.quæ idē
dicit in ſimili,& iſto caſu iſto anno habui conſulere Floren-
tię:quia in cauſa decem millium florenorum producebatur
inſtrumentum publicum in quo ſufficiens numerus teſtium
erat:opponebatur,ꝙ non valebat: quia ſe non ſubſcripſerāt
ſm ꝙ requiritur in debito tantę quantitatis,vt in l.ſi.C.ſi cer.
pet.& auth.ibi poſita,& in corpore vnde ſumitur. Ego cōſu-
a lui [a] contrarium.† Quia omnia iura,quę de ſubſcriptione te
7 ſtium loquuntur in inſtrumentis publicis per contrariam cō
ſuetudinem ſunt abolita:& ſufficit notarium atteſtari de in-
teruentu eorum,& allegaui illas glo.& Bal.in d.l.j.requiritur
ergo hoc caſu,qñ ipſo iure obligatio eſt nulla,ꝙ in inſtrumē
to dicatur renuntiauit exceptioni Velle.& cuilibet alteri au-
xilio ſibi competenti,ſm Bal.in d.l.j.auth.ſi qua ſi mulier. ſic
vr̄ renuntiaſſe exceptioni nullitatis.Ego miror de hoc, nam
ſi ipſo iure nō eſt obligata: iſta renunciatio non obligat eā,
& hoc eſt clarum,& ſic videtur, ꝙ ſit dare remedium, not.
iſtud: quia veriſſimum eſt. ¶ In gl. ibi [ſecus in Macedonia-
no.] quia illa exceptio eſt introducta in odium creditoris,
cui nō poteſt alius renuntiare:ſed iſta fauore renūtiantis, cui
8 quis rl̄r renuntiare:poteſt vt l.pen.C.de pac. ¶ † In glo.ibi[&
hoc accipe ſi eſt certiorata de beneficio] hoc ideo dicit glo.
quia cum iſta exceptio conſiſtat in iure,& mulier ius præſu-
matur ignorare:vt in l.cum de indeb. circa medium infra de
probatio.& renuntiatio non extendatur ad ignorata:vt l.cū
acqu.ſupra de tranſactio.non poteſt valere:ſecus in maſculo
maiore.25.annis.qui præſumitur ſcire cum ſcire deberet:in l.
lege.C.de legib.ideo non requiritur quòd certioretur quan-
do renuntiat:intellige tamen glo.niſi renuntiet cum iuramē
to:quia illud extenditur etiam ad ignorata: vt no.per Archi
dia.& Ioan.And.in c.2.de pac.lib.6.tetigi in l. ſi duo patroni.
b §.idem Iul.ſupra de iureiurand. vbi Barto. [b] tenet, quòd mi-
nor,qui præſumitur ignorare iura, quādo ſe obligat cum iu-
ramento, non requiritur. quòd certioretur de beneficio re-
ſtitutionis:& ibi tenui hoc dictum non per rationem ſuam,
ſed per id,quod dixi.& ita tenui in auth.ſacramenta puberū,
licèt ante quam viderim Ioan.Andr.tenuerim ſemper in cō
trarium cum Dyn.& Cyn.in l.ij.C.de reſcindend.vendi.repe-
rio etiam quendam notabilem docto. dominum Franc.de
Albergotis de Aretio, qui habetur Florentiæ in magno pre-
cio, & eius ſcripta, qui fuit diſcipulus Bal. tenere, quòd iſta
certioratio requiritur, quando ſimpliciter renuntiat: ſecus
ſi per pactum promittendo non vti illa exceptione: quia
dicit ipſe, quòd etiam tale pactum extendatur ad ignorata
per l.

ADDITIONES.

a ¶Ego conſului.Adde quod eſt in conſi.230.alias 223.& Adde quod hoc idem tenent Innoc.& Io.An.in c.cum dilectus.& ibi de hac conſuetudine de fid.inſtrum.& Pan.in c.cum Io.eo.tit.plenè per Ale.de Imo.in l.iuriſgen.§.quod ferè.ſupra de pact.Cur.

b ¶Vbi Bar.tenet.Adde,quod hanc opi.Bar.dicit eſſe communem, & quod conſuetudo eam approbauit Io.de Imo.in l.ſciendum.j̄.de uerb. obl.& in rep.c.cum contingat.extra.de iureiu.& Adde Ale.de Imo. in d.l.ſciendum.& in d.§.Iul.hic per Pau.alle.Panor.in c.j.de emp.& vend.& eundē Ale.de Imo.in conſi.29.col.4.& in conſi.42.col.7.in j.vol. in conſil.127.col.fi.& in conſi.222.per totum.& ibi melius,quam alibi. in 2. uol. Cur.

per l.emptor.§ Lucius.ſ.de pac.& dicit Iaco.de Be. hoc tene-
re,& hoc ipſe domi.Franc.dicit in l. tametſi.ad Macedo.¶In
gl.ibi[ſed forte,hic ſecus]dic ſine forte , quia iſta eſt ſolenni-
tas extrinſeca, quæ nō præſumitur,niſi probetur,vt in l.quæ-
cunque.ſ.de publ.& no.in l.ſciendum.de verb.oblig.

LEX PRIMA.

1 *Diffinitio compenſationis ponitur in hac lege.*
2 *De non liquido ad non liquidum non obiicitur compenſatio.*
3 *De ſpecie ad ſpeciem,uel de ſpecie ad quantitatem,uel econuerſo non fit cō penſatio.*
4 *Exceptio compenſationis quam uim habeat , & in quo differat ab aliis peremptoriis.*
5 *Non poſſum cogi ad ſoluendum propter hoc ſolum , quod poſtquam ſolui poſſum repetere.*

## *De compenſationibus.* *Rub.*

1 Compenſatio. ¶†In hac.l. ponitͬ diffinitio cōpenſa
tionis, ī l.ſeq. declaratͬ qs ſit effectꝰ ī l.3. po
nitͬ pp qd fuerit īuēta.h. d. ¶In hac.j.l. dū
dicit,[debiti,& crediti.]ſubaudi liqdi, & in
qtitate debiti,vel in gñre cōſiſtētis hincin-
2 de.†Nā de nō liqdo[a] ad nō liqdū,vel ad li
qdū multo magis nō obiicitͬ ↄpēſatio,vt C.eo.l.fi.¶†Itē ſi ď
ſpecie ad ſpeciē,vel de ſpecie ad quantitatem,vel econuerſo,
ſimiliter non obiicitur compenſatio, vt in l. ſi conuenerit.ſ.
3 de pig.ac.& no.in d.l.fi.¶†Itē dū dicit, [inter ſe contributio.]
dic,ꝙ interdum ſumitur cōpenſatio improprie,vbi eſt hinc-
inde cōtributio debiti,& crediti,& tūc potius dicitur compu
tatio,quam compēſatio,vt ĵ.de le.2.l.vnum ex familia. §. ſed
4 ſi vno.in tex.& gl.circa l.2.†erat dubiū, qa exceptiones ꝑēpto
riæ,ꝑ quas actor repellitur ſolēt eſſe tales,ꝑ quas vel tollātur
ambę oblīones,vt exceptio ſolōnis,vel altera tm̄ , puta nālis,
vt pacti de nō petēdo,vel ciuilis,vt rei iudicatæ,vel ꝑ q̄ ambę
elidantͬ,licet neutræ tollantͬ,vt Mace. vel Vell.ſed ꝑ exceptio
nē ↄpēſationis neutra tollitͬ,vel eliditͬ.Si.n.debeo tibi x. & tu
mihi x.licet habeā ↄ te exceptionē cōpēſationis , & econuer-
ſo vtrūq;,tm̄ debitū ſubſiſtit ī eſſe ſuo, qđ patet , qa ſi tibi ſol-
uo tua x.poſſū agere ad mea,ergo illud debitū nō erat eliſū:
& ſic ecōuerſo,vt ĵ.rerū amot.l. ſi cū dos.nihilominus ꝑ hāc
exceptionē poſſum te reppellere,ſicut per alias tollētes oblīo
nes,vel eligētes oblīonē,ut hic dͬ,& dic , ꝙ in hoc differt iſta
exceptio ab aliis,ꝙ aliæ tollunt,vel elidunt,etiam antequā ī
iudicium deducantur,ſed iſta non,niſi fuerit oppoſita , tunc
tollit ipſo iure , quando fit de liquido ad liquidum.ĵ.eod.l.5.
5 ¶†Vltimo not.illud,quod dͬ in l.3.ſic.& alibi hͬ,ꝙ nō poſſū
cogi ad ſoluendum propter hoc ſolum , ꝙ poſtquam ſolui,
poſſum repetere. ĵ. de aqua pluuia arcen.l. ſupra iter.§.apud
Ferocen.

ADDITIO.

a ¶De non liquido.Adde Abb.in c.fi.in pe.col.de depoſi.

LEX IIII.

1 *Fideiuſſor cenſetur acceptus ſuper illo tantum,quod debetur cum effectu, & non tenetur ipſo iure in eo , quod exigi non poteſt.*
2 *Compenſatio an fiat ipſo iure,antequam opponatur.& nu.4.*
3 *Qui agit ante diē male agit,nō mulier,ſed ante cōditionis euentū mulier.*

1 Verum eſt quod. †Fideiuſſor acceptus ſuper
eo,quod alius debet cēſetͬ ,
acceptus ſuper illo tantū , ꝙ debet cum effectu , nō obſtāte
exceptione etiam compenſationis.Iō ipſo iure nō tenetur in
eo,quod exigi nō p̄t obſtāte exceptione , licet reus ipſo iure
2 teneatur h.d.cū gl.¶†In gl.mag. circa prin.ibi [vñ patet,ꝙ ip
ſo iure non fit compenſatio].ſ.ex eo, ꝙ hic dicit,cum totum
peto,male peto,ex quo ſequitur,ꝙ aliquo modo peto , licet
3 male,ſicut & alibi dͬ,†ꝙ qui agit añ diem,[a]male agit,nō au
a tē mulier agit,quia nata eſt obligatio ciuilis,& naturalis, &
interdum actio in l.1.ſ.qñ di.le.ce.in fi.Sed ille , qui agit ante
conditionis euentū,nulliter agit,quia nulla ſubeſt obligatio
4 vt ĵ.de ædil.edic.l.boue.§.ſi ſub conditione.†Si ergo facta eſt
compenſatio iure,añquam opponeretur,nō male peterem,
ſed nulliter,& hoc vult dicere gl. In ea.gl.ibi[quia verba cū
b effectu[b] ſunt accipienda,]& ꝑ hoc vide bonū tex.cum gl. ſ.
de iureiu.l.eius qui.§.ſi mulier iurauerit.

ADDITIO.

a Qui agit ante diem.Adde tex.in l.cedere diem.de verb.ſig. c.pernicioſam.18.
q.2.c.conſuluit.de offi.del.Fed.de Sen.conſi.72.
b ¶Verba cum effectu.Adde l.i.§.hæc verba.ff.quod quiſque iuris.& tex.in c.fin.
de ſpon.gl.in c.qualiter.de pac.

LEX V.

1 Si quidā a fide. †Not.hic caſum,in quo poſſum
tibi obiicere compenſationem
de eo, qđ nō dēs mihi,ſed alteri,vt ſi ſim fideiuſſor Titii, &
conuenis me tanquam fideiuſſorem,poſſum obiicere com-
penſationem de eo,quod debes Titio, etiam ſi nihil mihi de
bes.Sunt & alii caſus,quos gl.in princ. hic enumerat, in qui-
bus hoc ideo poſſum facere , quia ad inuicem contingimus
nos in illo debito,regulariter autem ſecus, quando nos non
cōtingimus, vt ĵ.e.l. in rem.§.fi.C.e.l.eius.Et e.modo nō poſ-
ſum tibi obiicere de,eo quod tu non debes mihi,ſed alius,vt
ĵ.e.l. ſi cum militi in prin.

LEX VI.

1 *De debito in diem poteſt obiici compenſatio,licet ante diem peti nō poſſit*
2 *Dies vbi apponitur a lege,datur tēpus debitori ad ſoluendum, vt quatuor menſes iudicatis , & annus ad exigendum dotem , & decem dies cō ſtituto,& indulgetur miſerationis gratia.*

1 Quod in diem. ¶†De[a] debito in diem poteſt
a obiici compenſatio , licet ante
diem peti nō poſſit. h.d.& iſta erat ratio dubitandi quia , qui
exceptionem compenſationis obiicit,quodammodo petere
videtur.Sed verum eſt,non tamen per omnia. vt no.in l.am-
plius non peti.rem ra.ha.& intellige hanc l.de die appoſito a
2 ↄhentibus.†Si autē a lege datur tp̄s debitori ad ſoluendum,
vt quatuor menſes,qui dantur iudicatis, & annus , qui datur
ad exigendum dotem,vt l.vnica.§.exactio.de rei vxo. ac.& x.
dies,qui dantur in conſtituto,vt ſ.de conſt.pe. l.promiſſor.§.
j.tale tempus dicitur indulgeri miſerationis gratia, & de ipſa
dic,vt ĵ.l.ſi cum militi.§.ſi cum intra.

ADDITIO.

a ¶De debito. Fallitur hic Paulus,vult enim Iuriſcon.vt quod in diem debitū ſit,
nō veniat in compenſationem , niſi dies a lege miſerationis gratia indultus ſit,
iuxta l.ſi cum militi.§.cum intra inf.eod.

2 *Quando eſt aliquod ius,quod poteſt in iudicium deduci per modum excipiendi,vel agendi,ſi fuit deductum per modum excipiēdi,& ſuccubuit excipiens , poteſt in alio iudicio deduci per viam agēdi, & quando nō & num.1.*
3 *Quod in iudiciū deduci non poteſt,niſi per modū excipiendi,qualitercūq; quis ſuccumbat in exceptione,non poterit in alio iudicio deduci, etiam ſi ſuper ea non ſit expreſſe pronunciatum.*
4 *Sententia lata ſuper exceptione parit exceptionem rei iudicatæ,ſicut lata ſuꝑ actione,& an præſcriptio interrūpatur per exceptionis obiectionē.*
5 *Pronūciatio facta ſuper aliquo iudicio ſummario,& executio non præiudi cat,ſi illud idem deducatur in alio ordinario.*
6 *Si in eo,quod deduxi per modum agendi ſuccubui,an poſtea poſſim deduce re per modum excipiendi.*

1 §.Si rationem. ¶†Si in exceptione cōpēſationis
reus ſuccumbit,nō prohibetur de
bitum , in quo obiecit in alio iudicio per modum actionis
deducere,niſi exceptio illa fuit expreſſe reprobata,tanq̄ debi
tum nō ſubſiſtat.h.d.no.idem habetur in l.ſi in autē. §.fin.ſ.de
2 ne.ge.& ſꝑ allegātur iſti tex.† ꝙ qñ eſt aliquod ius , qđ poteſt
in iudicium deduci per modum excipiēdi,& per modū agē-
di,ſi fuit deductum per modum excipiendi, & ſuccūbit exci-
piens,pōt in alio iudicio deduci ꝑ viam agendi,niſi fuerit ſuꝑ
exceptione pronunciatum ex cauſa, q̄ tangit ēt actionē . ita
intelľr iſte tex.puta,pronuntiauit non eſſe locum compēſa-
tioni,quia debitum,de quo fuit oppoſitum, non erat verum
debitum.Ita intelľr iſte tex.nam ſi hoc eſt,nec ēt per modum
agendi pōt deduci,ſecus ſi ex alia cā, quæ actionem non tan
git,vt ſi dixi nō eſſe locum cōpenſationi , quia debitum de
quo fuit oppoſitū, nō erat liquidum,vel erat tale,de quo nō
poterat obiici cōpenſatio,iuxta no.in l.ob negociū.ĵ.e.talis
enim pronunciatio nō impedit , quominus poſſit in iudiciū
deduci,quia non veniretur ↄ ſn̄iam,ſed in præcedēti caſu ſic,
3 iuxta no.per†Bar.in d.l.ſi in autē. §.fi. qñ vero eſt tale qd , qđ in
iudicium non pōt deduci,niſi per modum excipiendi,quali-
tercunq; quis ſuccūbat in exceptione,ēt ſi ſuper ea nō ſit ex-
preſſe pronunciatum , non poterit in alio iudicio deduci:vt
l.ad perēptorias.& ibi ꝑ Cyn. C.ſen.reſcin. nō poſſ.iſtā etiam
diſtinctionem tangit glo.ĵ.de euic.l. ſed & ſi exceptio. quam
oīno vide. ¶In text. ibi[ſi iudex non habuerit . ]quia noluit
admittere exceptionem , vel admiſit , & non examinauit,&
nō plene , vel plene,ſed nō pronuntiauit expreſſe,vel tacite,
ſed ea nō obſtāte ↄdēnauit reū, vľ ꝓnūtiauit reprobādo , iō
tm̄ tanq̄ debitum non ſubſiſteret . in oībus.n. iſtis caſibus lo-
cū habet,qñ hic dͬ,ꝙ in alio iudicio poſſit deduci per modū
agendi,ſed vͬ, ꝙ pronuntiando ſuper principali, & reum cō
demnādo nō obſtāte obiectione exceptionis,tacite videatur
pronuntiaſſe ſuper exceptione,vt l.j.& l. 2.cum ibi not. C. de
ordi.cog.Sol.ibi non poterat eſſe verum illud,qđ pronuntia
batͬ ſuꝑ principali,niſi eſſet falſum illud,quod in exceptione
fuerat deductum.Si petebas a me hæreditatem tanq̄ liber hō
& filius teſtōris.& ego obiiciebam, ꝙ nō eras liber , vt filius,
& iudex hoc nō obſtante cōdēnauit me ad reſtituendum ti
bi hæreditatem , certe declarauit te eſſe liberum,& filiū ; &
per ↄñs nō eſſe verum illud,de quo excipi , & tm̄ de ipſo non
poſſum obiicere exceptionē compenſationis , vt in caſib. de
qb.no.ĵ.e.l.ob negotium nō ergo ſequitur, ↄdēnauit ergo ꝓ
nuntiauit

nuntiauit non eſſe debitũ, cum condẽnatio poſſit ꝑ ſe ſubſi
ſtere, abſq; iſta tacita pronuntiatione. Requiritur ergo expſ-
ſa. In tex. ibi [ſi reprobauerit compẽſationem.] hoc põt intel-
ligi, uel per interlocutoriam latam ſuꝑ exceptione, licet nõ
eſſet ferenda, quia ſuper incidenti non eſt pronũtiandũ ne-
ceſſario. vt d. l. j. de ordi. iudi. licet poſſit, ſi velit. vt l. viro atq;
vxore, & ibi no. ſo. ma. & iſto caſu poterit iſta interlocutoria
reuocari, vſq; ad diffinitiuam. l. q̃d iuſſit. de re iudi. ſi tñ non
a reuocatur, tranſit in rem iudicatam [a] poſt decem dies, & fa-
cit p̃iudicium, & parit exceptionem ſicut diffinitiua. vt in c. di
lecti. in fin. de electione. poteſt ẽt intelligi, ꝙ reprobauit ĩ ipſa
diffinitiua ſñĩam ꝯdẽnando reum non obſtante exceptione:
q̃a debitum de quo fuit oppoſita, nõ erat debitum, & tũc nõ
4 poterit reuocari, vt l. iudex poſtq̃. de re iud. ¶ † Sic ergo nota,
ꝙ ſñĩa lata ſuꝑ exceptionẽ parit exceptionẽ rei iudicatę ſicut
lata ſuꝑ actione, & ꝑꝑ hoc dñt quidam, ꝙ ſicut interrũpitur
pręſcriptio, ſi debitum deducatur in iudicium agẽdo, ita etiã
ꝑ modum excipiẽdi, vel cõpenſandi: & fuit qõ diſputata per
D. Fran. accur. de qua Bart. tangit in d. l. ſinaũt. §. ſi. & tãgit in
addi. Spe. ti. de empt. & ven. §. nunc dicendũ. & ꝑ Spec. in tit.
de præſcrip. ver. no. ꝙ per exceptionem. & ꝑ Inno. de ord. cog.
c. j. ſuper ver. nullatenus. quas ꝯcor. Bar. non alle. ¶ Sed oppo.
extra gl. ꝙ licet ſit pronunciatum, non impediatur in alio iu
dicio deduci ꝑ modum agẽdi, vt l. ſi quis a liberis. §. ſi vel pa-
rens. de lib. agno. & l. pe. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. Solut.
ibi qñ fuit appoſita exceptio in iudicio ſummario, & ſic non
plene diſcuſſa: hic in ordinario, & ita ſentit gl. in d. l. pe. tex. tñ
illi re vera loquuntur, qñ non fuit ſuper ea pronũciatum: &
innuũt ſecus, eſſe ſi fuit pronũtiatum, ut expreſſe hr̃. in d. §. ſi
vel parens. opi. tñ gl. approbatur cõiter per Doc. & Bar. plene
no. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. ob. & facit, q̃d idem
not. in l. j. añ fi. C. qñ prouo. non eſt ne. & in l. a diuo Pio. §. ſi
5 ſuꝑ rebus. de iudi. vbi † pronunciatio facta ſuꝑ aliquo iudicio
ſummario, & executiuo, nõ pręiudicat, ſi illud idẽ deducatur
in alio ordinario. ¶ Vltimo opp. de l. vendicantem. cum ſe. ĵ.
de euic. vbi dr̃, ꝙ ẽt ſi ſit pronuntiatum in iudicio ordinario,
nõ noceat, ſi deducatur in alio per modum agẽdi. Doct. dñt,
ꝙ cõpẽſatio ſi deducatur per modum agendi, videtur dedu-
ci ad eundẽ finẽ, ad quẽ fuit deducta per modũ excipiẽdi, iõ
obſtat exceptio. Sed illa exceptio de qua ibi. ſ. [ quẽ de euict.
tenet actio &c.] videt̃ deduci ad illum finem, iõ nõ obſt. exce
ptio. Tu dic, ꝙ ibi non fuit pronũciatum ſuper illa exceptio
ne: ſi autẽ fuiſſet pronuntiatum, & expreſſe reprobata ex cã,
quę tangeret actionem, puta, quia euictio non debebatur:
idem eſſet ibi, q̃d hic, vt poſſit obiici exceptio inter eaſdem
6 perſonas, vt ibi colligitur, ſi bene inſpiciatur. † Quid econtra,
ſi in eo, quod deduxi per modum agendi, ſuccubui, & poſtea
volo deducere per modum excipiendi, an poſſum? tetigi in l.
Iul. verum debitorem. ſ. de condi. inde. allegando Imo. in c. ſi.
de or. cogn.

ADDITIO.

a ¶ Tranſit in rẽ iudicatam. An interlocutoria tranſit in rem iudi. vide Lud. Ro.
in repe. rubr. ff. de arb. Floria. in l. abſolutionem. C. de rẽ. iud. Io. de Imo. in l. 4.
§. ſi quis condemnatum. ff. de re iud. Ant. de Butr. in c. gratum. in ul. colũm. de of
fi. delega.

LEX VII.

1 Etiam quod natura. ¶ † Debito naturali ꝑ exceptionem non eli
ſo poteſt obijci compẽſatio. h. d. & tunc dicitur per excep. nõ
eliſum, qñ nunquam fuit coniunctum cum ciuili, vt ſi aliqs
per pactum nudum promiſiſſet. Si uero aliquando fuit con
iunctum cum ciuili, & ſic peperit actionem, ſi ex aliquo po-
ſtea ſuperueniente affectu fuit inanæ: puta, per præſcriptio-
nem, vel ſententiam abſolutoriã per quas tollit̃ ciuilis obli-
gatio, tunc naturalis remanet inefficax, quantum ad agen-
dum, & eodem modo, licet quantum ad compenſandũ, q̃a
qui compenſat, agere videtur, & iſte eſt caſus. in l. quęcunque
ĵ. eodem cum. gl. ¶ Licet per ſententiam iniuſtam naturalis
obligatio nec tollatur, nec elidatur ſecundum Bar. l. Iulia. de
cond. inde. tamen iſtud eſt verũ quantum ad effectum retinẽ-
di, ſi ſolutum eſt, vt ibi, ſed ſi non eſt ſolutum, & agit̃ ad aliud
debitum, bene videtur eliſum quantum ad effectum com-
penſandi, vt no. in gl. in d. l. quæcunque, & etiam tetigi in d. l.
Iulia. ratio dubitandi erat in hac l. quia naturale debitum pe
ti non poteſt, ſed ille qui compenſat, petere videtur. vt ſupra
dictũ eſt. Breuiter, licet illud ſit verum alio reſpectu, vel alio
caſu, quo obiicitur compenſatio cum debito ciuili, & natu-
rali, quãtum tamen ad caſum huius l. non eſt verum, vt hic
patet, quia licet non poſſit peti, poteſt in compenſationem
deduci, & adde, ꝙ iſtud eſt verum, quando iam eſt in eſſe de
ductum. Si autem non eſt: ſed ſeparatur deduci per reſtitutio-
nem in integrum, non poteſt deduci in compenſationem, an
tequam ſit deductum. i. reſtitutio conceſſa. vt in l. fina. ſupra
de condi. indeb. in text. & gloſſ. ¶. Et per iſtam l. & præceden-
tem, ſemel dicebam Florentiæ non eſſe verum, quod mul ꝗ
credunt poſſe obiici compenſationem, niſi debito iam liqui
dato per ſententiam diffinitiuam, quæ tranſiuerat in rem iu-
dicatam, vel liquido per inſtrumentum guarentigiæ, contra
q̃d non poſſit opponi exceptio, & ita intelligunt. l. ſi. C. eo. in
neutra iſtarum erat liquidum modis prædictis. Nam, quia
hic lis pendebat, & in præcedenti. l. nec pendebat, nec pende-
re poterat, quia non poterat peti, & tamen obiicitur compẽ
ſatio. Dico ſufficere, quod poſſit ſtatim liquidari, & hoc totũ
arbitrio iudicis, ſicut in ſimili infra ad Trebel. l. ille a quo §. ſi
de teſtamento. cum ibi nota. in gloſſ. & facit iſta l. ad id, quod
no. in c. ſi. de ordi. per glo. opti. facit l. ſi. C. eod. tit. in princ.

LEX VIII.

1 *Debitum, quod quis deduxit in iudicium per modũ agendi, etiam lite pen-
dente poteſt quis in alio iudicio deducere per modum excipiendi ad cõ
penſandum.*
2 *Nõ debet quis eſſe deterioris conditionis ex eo, quod diligentior fuit, quã
ſi non fuiſſet.*
3 *Non debet eſſe quis deterioris conditionis ex eo, quod plus iuris habet,
quam non haberet.*
4 *Non debet eſſe melioris conditionis ſtultus, quam ſapiens, & negligens
pluſquam diligens.*

1 In compenſatione. ¶ † Debitum, q̃d quis de-
duxit in iudicium per mo
dum agendi etiam lite pendente poteſt quis in alio iudicio
deducere per modum excipiendi ad compenſandum. hoc di
cit. videbatur contrarium, quia poſtquam eſt deductum in
uno iudicio, videbatur poſſe obiici exceptio litis pendentis, ſi
deducatur in alio. l. vbi cæptum. ſupra de iud. & tetigi in l. Iu-
lia. de condi. indeb. ſed hoc eſt, verum ſi vellet deducere ĩ alio
per modum agendi, & ſic ad eundem finem, ſcilicet ad impu
gnandum, ſed hic ad alium, ſcilicet ad ſe defendendum, li-
cet alio reſpectu videatur tendere ad eundem finem ſcilicet,
vt illud debitum conſequatur: & ita intelligitur, quod nota.
Docto. in l. ſi autem. §. ſi. ſ. de neg. geſt. & quod dixi in l. in diẽ
2 §. ſi rationem. ¶ † No. rationem, quæ ponitur ĩ fine, quod nõ
dẽt eſſe q̃s deterioris conditionis, ex eo, ꝙ diligentior fuit, q̃
3 ſi non fuiſſet. ſic & alibi † non debet eſſe quis deterioris con-
ditionis ex eo, quia plus iuris habet, quam ſi non haberet, v
ĵ. de iureiur. l. ſed ſi vnus. §. ſeruus, & l. ſi quis in bello. §. ſi qui
4 ſeruum. inf. de ca. & econuerſo. † non debet eſſe melioris con
ditionis ſtultus, quam ſapiens, & negligens, plus quã diligẽs.
vt inf. quod vi aut clam. l. ſeruus, & in capit. 1. de eo qui mitti.
in poſſ. lib. 6.

LEX XI.

2 *Caſus in quo obiicio tibi compenſationem de eo, quod alius mihi debet. &
num. 1.*
3 *Caſus in quo poſſum obiicere compenſationem de eo, quod debetur alteri,
quam mihi licet regulariter ſecus.*
4 *Licet non poſſum recipere debitum quod patri debetur ex alio contractu,
quam meo, etiam ſi vellem cauere de rato, licet poſſim agere ad compẽ
ſationem fiendam tanquam coniuncta perſona præſtita cautione, fictam
tamen ſolutionem bene poſſum recipere.*
5 *Compenſatio ſimilis eſt ſolutioni.*

1 Si cum filio poteſt. † Si pater agat ex contra-
ctu filii, ſibi obiicitur cõ-
penſatio de toto, in eo in quo filius tenetur, licet ipſe nõ poſ-
ſit conueniri, niſi de peculio. Itẽ ſi filius conuenitur ex contra
ctu ſuo, poteſt obiicere compenſationem de eo, quod agens
2 debet patri præſtita tñ prius cautione de rato. h. d. † Et ſic not.
ex primo dicto caſum, in quo obiicio tibi compenſationem
de eo, quod alius mihi debet, vt filius tuus, nam etiam tu il-
lud dẽs, vſq; ad vires peculii, & ſic participatis de eadẽ obli-
gatione, & hoc, ſi agis ex contractu filii: alias vr̃ ſecus, per re-
gulam quæ eſt. ĵ. e. l. ſi cum militi. in prin. ꝙ de eo, quod alius
3 mihi debet, non obiicio compenſationem. ¶ † Item not. aliũ
caſum in quo poſſum obiicere compenſationem de eo, q̃d
debetur alteri, quam mihi, puta patri meo, regulariter ſecus,
vt ĵ. eo. l. in rem. §. fin. & C. eod. l. eius. Sed hic contingit iſtud,
a quia pater, & filius [a] eandem perſonam repręſentant, & iſtud
dictum procedit, etiam ſi cõuenias me ex uno contractu, &
ego obiicio compenſationem de eo, quod debes patri meo
ex alio contractu celebrato inter te, & ipſum, quod patet, q̃a
hic dicitur, quòd debes cauere, quod pater ratum habebit.
4 ¶ † Et ſic nota. ꝙ licet non poſſum recipere debitum. quod
patri

ADDITIO

a ¶ Pater, & filius eandem perſonam. Adde l. fina. C. de impu. & aliis ſubſt. & glo.
in c. ſuper eod. el [illegible] de teſta.

pătri debetur ex alio contractu,q̃ meo etiã ſi vellem cauere
de rato,vt in l.ſi vnus.circa prin.ſ. de pact & l.non ſolum.qđ
ibi not.ſol.mat.licet bene poſſim agere ad compenſationem
fiendam,tanquam coniuncta perſona præſtita cautione,ut l.
exigendi.C.de proc. fictam tñ ſolutionem bene poſſum reci-
pere,videlicet deducendo in compenſationem id quod debe
5 tur patri: † nam compenſatio ſimilis eſt ſolutioni, vt ĩ.q po.
in pi.hab.l.3.in fin.

LEX X.

2 *De culpa ad culpam,de dolo ad dolum, vel de dolo,ad culpam fit compen ſatio ipſo iure:ideo ſolutum per errorem repetitur,ſecus quando non ſit compenſatio ipſo iure.*

1 Si ambo. †¶Mutua delicta[a] pari compenſatione tol-
2 luntur,ad hoc poteſt allegari,& ad hoc ĩ.ſo.
2 ma.l.viro atque vxore.†vel ſic de culpa ad culpã , de dolo ad
dolum,vel de dolo ad culpam fit compenſatio ipſo iure , &
deſinit ipſo iure hincinde deberi : ideo ſolutum per errorem
repetitur.h.d.ſecus quando non ſit compenſatio ipſo iure:vt
ſ.de cond.indeb.l.qui inuicem,& re.amo.l.ſi cum dos , & vi-
de quod no.Dy.in c.pari.de reg.iur.& quod no.in d.l.viro at-
que vxore.

ADDITIO.

a ¶Mutua delicta Adde c.pe.de comp.& gl.in c.ſuper.de conceſ.præben.

1 *Agenti ciuiliter de crimine poteſt obiici compenſatio.item ſimiliter de eo, quod debetur iud.of.nobili.*

2 *Condictio furtiua eſt maleficium .*

3 *Compenſatio poteſt obiici de eo, quod non debetur iure actionis, vel obligationis , ſed officio iudicis nobili,vel mercenario,quando competit ad rem,vel pecuniam.*

1 §.Quoties. ¶†Agenti ciuiliter de crimine pôt obij
ci compenſatio.item ſimiliter de eo, qđ
2 debetur iud.offi.nobili.h.d.¶†No.hic tex.expreſſum,ꝙ con-
dictio furtiua eſt maleficium:licet gl.in l.ſi pro fure , §. fin.ſ.
de cond.fur.dicat eſſe ex variis figuris cauſarum,ſed Doc. rep
3 hendunt per hunc tex.¶†Item no.in fin.poſſe obiici compẽ
ſationem de eo,quod non debetur iure actionis, uel obliga-
tionis,ſed offic. iu. nobili,vel mercenario, vt ĩ. eo.l.ſi pecun.
& hoc eſt verum,quãdo competit ad rem , vel pecuniam:ſe-
cus ſi ad remouendum obſtaculum, ut eſt officium iud.quã-
do petitur reſtitutio:nam antequam ſit conceſſa,non poteſt
obiici compenſatio de illo,vt ſ.de cond.inde.l.fi.in fin. & ibi
no.ſic etiam poteſt accedere fideiuſſor non ſolum pro eo qđ
debetur iure actionis,vel obligationis:ſed pro eo,quod debe
tur iudi.of.etiam ſi competat ad reſcindendum, vt ĩ. de ſol.l.
cum quis.§.pro eo.& ibi no.

LEX XI.

1 Cum alter alteri. † De debito vſurarum hincĩ de fit compenſatio iſpo iure ad impediẽdum curſum vſurarum.h.d. Si ergo debeo tibi cẽtum ſub vſuris , & poſtea incipias eſſe debitor meus ĩ centũ, ſtatim vſuræ incipiunt currere , etiam antequam opponam tibi compenſationem odio vſurarum , & ſi inciperes debere quinquaginta,deſinerẽt currere: vſq; ad quinquaginta:& vr̃ eſſe verum hoc,ſiue vſuræ debeantur ex mora: quia non videor eſſe in mora, ex quo ſi ageres , poſſem te repellere p ex cep.nõ ſa.cõpenſationis, vt l.lecta.ver.dicebã.ſ.ſi cer. pe.ſiue non debebantur ratione moræ,vt in d.l.lecta. in fi. odio vſurarum.

LEX XIII.

1 Quod Labeo. †Debito de quo ſemel fuit oppoſita compenſatio , amplius non opponitur.h.d.intellige,qñ fuit appoſita, & ſuper iſta fuit obtentum in una lite,& tunc eſt ratio, quia vim ſolutionis habet, vt l.4.in fi.qui po.in pig.hab.ſed idem debitum nõ debet bis ſolui.Poteſt etiam intelligi,ꝙ non erat obtentum, ſed lis pendebat,vt ſi egiſti contra me ad x.ex vna cauſa,& ego obijcio compenſationem ex aliis x. in quibus teneris ex cã mutui lite pendente,iterum agis contra me ad alia x.ex alia cauſa .certe non poſſum obiicere compenſationem de eo,quod in alio iudicio oppoſui.nec obſtante ſup. eod.l.in compenſatione.quia ibi deduxeram debitum meum in iudicium agẽdo,& ſic in vnum finem , hic vero ad eundem finem uolebam deducere.

LEX XIIII.

1 *De debito inefficaci propter excep. perẽptoriã nõ poteſt obiici cõpenſatio.*

2 *Debitum ciuile,& naturale per excep.eliſum dicitur magis inefficax, cũ de ipſo non poſſit obiici compenſatio,quam debitum naturale tantum, quod nunquam fuit coniunctum cum ciuili,& de illo poteſt obiici.*

1 Quæcunq; †De debito inefficaci propter excep.per
emptoriam non poteſt obiici compen-
ſatio.h.d.declara,vt ſup.eod.l.etiam.& de quæſt.hic nota,per
2 Cy.C.eo.l.ex cauſa.& tetigi in l.Iulia.de condic.indebiti. †Sic
ergo no.hic,ꝙ magis dicit inefficax debitũ ciuile,& natura-
le per excep.eliſum,quia de ipſo non poteſt obiici compenſatio,vt hic,quam naturale tantum, quod nunquam fuit cõiunctum cum ciuili,& de illo bene poteſt obiici,vt ſ.eo. & ſimile.ſ.de cond.indeb.l.ſi non ſortem.§.indebitum,iũctis his quæ no.in l.j.eo.ti.vbi dixi in gl. ibi , ſed ibi de compenſatione nihil dicit,ſupple : ſed dicit retentione, quando debitum a quo fuiſti abſolutus,ſoluitur,& poſtea repetis per cõdictionem indebiti,nam poſſum retinere, & te repellere probãdo te eſſe debitorem,quod prius non probaui , ſed ſi illud non ſoluis,poſſum de illo compenſationem obiicere,ſi agitur ad aliud debitum,& hoc vult gl.iſta.¶In glo.ibi item contra.ĩ. rem ratam hab. ſupple ad id, quod ſ.dixi, qa ibi videtur probari contrarium,ꝙ a tali debito,a quo fuiſti abſolutus poſſit obiici compenſatio,ſed dicas,ꝙ ibi erat ſolutum.Vnde illud idem repetebatur,quod fuit ſolutum vni.ſ.procuratori , qui poſtea fuit abſolutus a principali,& nũc repetit ab illo pcuratore per cautionem rati . Vnde poteſt venire ad iudicium, & de illo obiicere compenſationem.

LEX XV.

*Sicut poſſum te conuenire in alio loco,quam in deſtinato , & ita tibi exceptionem compenſationis obiicere.*

2 *Compenſatio poteſt obiici de eo,quod debetur iure actionis,ſed officio iud. mercenario,vel nobili.*

4 *Quando agitur in alio loco de intereſſe actionis ſicut detrahitur intereſſe rei;ita,& cum excipitur.*

Pecuniam certo †Poteſt obiici compẽſatio nõ
ſolum de ſorte, ſed etiam de ĩ-
tereſſe,quod debetur iud.offi.mercenario , quod debetur rõ-
1 ne loci in arbitriis.h.d.¶†No.ꝙ ſicut poſſum te conuenire ĩ
alio loco quam deſtinato,ita & ibi excep.cõpenſationis obij
cere,ſi alibi conuenis me ad aliud debitum. ¶ † Item , ꝙ pôt
obiici compenſatio de eo,quod non debetur iure actionis,
ſed offi.iud.mercenario.Idem ſi nobili.ſ.e.l.ſi ambo.§.fi.¶Itẽ
ſicut qñ agitur in alio loco de intereſſe actionis detrahitur ĩ-
tereſſe rei,vt hr̃ in l.2. de eo, quod certo lo. & ita & cum ex-
cipitur de ipſo intereſſe.

LEX XVI.

1 Si cum militi. ¶†Non poſſum tibi compenſationem obiicere de eo , quod mihi debetur ab alio,quam a te.ſimiliter nec de eo , quod debetur a te alteri,quam mihi. niſi in illo ſim procurator in rem meã, vt ĩ.eod.l.in rem, in princ. §.i. ſimiliter ſi agis altero nomine non poſſum tibi obiicere compenſationem de eo, quod mihi debes tuo nomine,& idem videtur econuerſo.regulariter ergo poſſum obiicere de eo,quod tu debes mihi eo nomine quo contra me agis,& altero iſtorum deficiente nõ , vt patet ex prædictis.

2 *Tempus appoſitum a contrahentib.magis ineſt, & inficit , quam appoſitum a lege.*

1 §.Cum intra diem. †Dies qui humanitatis
gratia indulgeẽ ſolutio
ni a lege,non impedit compenſationem opponi.h.d.& ſp al
legatur,ſecus in die qui apponitur a contrahentibus,vt ſ.e.l.
in diẽ,in prin.& hoc uoluit tex.ibi;dũ dicit. [aliud eſt.n.&c.]
2 ſolue,contrarium de illa l.& ſic†tempus,quod apponitur a
lege, quia primum concernit ipſum obligantem, cum dies
talis tanquã ſumma pars ſit oblõnis, ut ſ.de edẽ.l.j.§.dic aũt,
ſed tempus legale concernit obligationem,ſed executionem
eius,ſ.ſolutionẽ;iõ tñ ineſt,nec inficit,quominus ĩ.illum diẽ
poſſit obiici compenſatio de tali debito,& tex.hic ponit exẽ-
plũ de quadrimeſtri tempore,quod datur iudicatis ad ſoluen
dũ. Sũt & alia tempora legalia,vt annus,qui datur ad reſtitu
tionem dotis,vt C.de rei ux.acti.§.exactio. & x. dies qui dan
tur in cõſtituto,vt ſ.de conſti.pec.l.promiſſor.§.i.de nã huius
temporis legalis,quod dicitur dari miſerationis gratia , vide
plene per Bar.& no.ĩ.de uer.ob.l.ita ſtipulatus.in j.q.princ.

LEX XVII.

1 Ideo condem. †Cõdẽnatus ad pœnam ex negligentia commiſſa in of. annonæ non dr̃ debitor ex cauſa annonę,ſed propter ipſum , & ideo poteſt obiicere ad compẽſationem , ſi ad illud conueniatur. h.d.ſec⁹ ſi condemnetur ad ſortẽ,ut ĩ.eo.l.negotium,& iſtud tene mẽti. Nã nos habemus aliquas cauſas, uel oblões ſeu actiones priuilegiatas,ut creditor in eis præferatur aliis,quib. debeẽ ex alia cauſa,ut patet in toto ti.de priuil.cre.¶Quæro quid ſi teneatur ad pęnam in tali cauſa priuilegiata, an in illa pęna creditor habebit priuilegium?certe non , per hanc l. & hoc etiam patet,quia ſi fiſcus habet priuilegium tacitę hypothecę in ſuis contractibus,ut in l.fiſcus,de iur.fiſ.& non tñ habet in pęnis,ut in ti.C.de pęn.fiſ.li. x.& no.ſ.de pac. l.reſcriptum,in prin.in gl. ſuper uer. hypothecas.

LEX XVIII.

1 *Procurator in rem ſuam,quod poſſit reuocari,& quid ante lit. conteſta.*

In erm

**In rem ſuam.** De eo quod alteri debetur, q̃ mihi, nõ poſſum tibi compenſationem obijcere, niſi in illo ſim procurator in rem meam. h.d. concordat l. eius.
1 C.eo. ¶† In tex. ibi, {poſt litis conteſt.} gl. dicit, ꝙ ideo. h.d. quia ante conteſt. poteſt reuocari procurator in rem ſuam. Hoc non placet per l. illam. C. de do. & s̈. de procur. l. quæ omnia. in fi. & not. in
2 l. ante litem. in j. gl. † ꝙ procurator in rem ſuam non poteſt reuocari. Nec ob. l. 3. de noua. quia ibi non dicitur: ꝙ credens poſſit reuocare ceſſionem: ſed benè dicitur, ꝙ cum apud ipſum remanſerit actio directa, poteſt ipſam intentare, niſi in tribus caſibus, de quibus ibi, & etiam hic ponuntur per glo. Sed certè aliud eſt agere poſſe, & aliud eſt reuocare ceſſionem, vt patet cuilibet: ideo ſubaudi hic, maximè, nam etiam ante conteſt. factam per ceſſionarium ſuper actione poteſt de illa compenſatione obijcere multo magis: quia conteſtatio potius facit videri obijci non poſſe per rationem de qua s̈. eod. l. in compenſatione.

LEX XIX.

**Debitor ſi.** Soluens ſeruo creditoris liberatur a domino: ſed ſi ad debitum conueniatur a domino, compenſationem obijcere põt vſque ad vires peculij. h.d. Primum dictum procedit, qñ ſoluit ex ↄtu celebrato cum dño: & qñ ſeruus non habebat ad hoc mandatum ſi autem contraxit cũ ſeruo, ſoluendo ſibi liberatur, vt j. tit. proxi. l. quod ſeruus. & j. de ſol. l. quod ſeruus. & s̈. de pa. l. ſi vnus. poſt princ. ibi, {ſic enim idem ſi ſeruus habebat mandatum ad recipiendum,} vt l. ſi quis ſeruũ. j. de ſol. ratio ſecundi dicti eſt: quia ſeruus obligatur naturaliter ad reſtituendum poſtquàm non liberatur ſoluens: & per cõſequens etiam dominus vſque ad vires peculij.

LEX XXI.

**L. Poſtquam placuit.** Procurator obijciens exceptione. compenſationis iam factæ non tenetur cauere de rato. h.d. tex. ſecundum glo. ſecus ſi nondum factæ, vt s̈. l. cum filio. circa fi.

LEX XXII.

**Si debeas.** Si debetur alternatiuè ſpecies, vel quantitas, de tali debito poteſt obiici compẽſatio facta electione de quantitate. h.d. ¶ In text. ibi, {vtrum aduerſarius volet,} & ſic ex pacto poteſt pertinere electio ad creditorem: ſic & in vltimis volun. vt l. Lucio. cum ibi no. de leg. 2. adde j. de contrahen. emp. l. ſi ita ſtipulatur. cum ibi no. in glo. regulariter pertinet ad debitorem, vt l. plerunque. in fin. de iu. do.

LEX XXIII.

1 *Cum plura iura conueniunt in perſonam unius, idem debet cenſeri de uno, quod de pluribus.*

1 **Id quod.** † Agenti nomine alieno non obijcitur compenſatio de eo, quod debet nomine proprio.
2 hoc dicit. idem econuerſo: quia eadem eſt ratio. † Nam cum plura iura concurrunt in perſonã vnius, idem debet cenſeri de vno, quod de pluribus, vt j. de rebus dub. l. cum quis. ſed ſi agis nomine tuo, non poſſum tibi obijcere compenſationem de eo, quod alius debet, vt s̈. eod. l. ſi cum militi. in princ. ergo nec de eo, quod tu alieno nomine. h.d.

LEX XXIIII.

**L. Iuſsit impera.** Contra fiſcum obijcitur cõpenſatio, ſicut ↄ priuatum. h.d. & ſic iura loquentia in priuato regulariter hñt locum in cauſis fiſcalib. ut hic, & ſupra de petit. hæred. l. item ueniunt. §. ſi in priuatorum. & ibi not. in glo. quod no. intellige tamen hoc, qñ debentur ab illa camera fiſcali, cuius nomine agitur: ſecus ſi ab alia, ne inducatur confeſſio in actione fiſcali. vt C. eo. l. j.

## Depoſiti. Rubrica.

¶ Super rub. depoſiti, vel contra, id eſt de actione depoſiti directa, quæ datur deponenti pro reſtitutione rei, vel contraria, quæ datur depoſitario pro expenſis, quas feciſſet in re: vt ſi depoſui penès te equum, & ipſum nutriuiſti. ut j. eodem l. ſi quis ſeruum, verſi. ſi verò nihil aliud, quàm cibaria.

LEX PRIMA.

1 *Qui rem deponit, abdicat a ſe ex toto cuſtodiam, et in depoſitarium transfert.*
2 *Si dico pono hanc rem penès te, non dicitur propriè depoſitum.*
3 *Si ſcholaris ponit librum in camera alterius ſcholaris ipſo ſciente, & patiente non eſt depoſitum, & non tenetur de cuſtodia.*
4 *Depoſitum per quæ uerba fiat.*

1 **DEpoſitum eſt.** ¶† Qui rem deponit, abdicat a ſe ex toto cuſtodiam, & in depoſitarium transfert. h.d. not.
2 gl. ꝙ ſi dico pono hanc rem penès te, non dicitur propriè depoſitum: quia non abdico a me cuſtodiam.
3 † Et per hoc tenuit diſputando d. Lamber. de Rampo. vt refert Ioan. And. in addi. Spec. eod. tit. ꝙ ſi ſcholaris ponit librum ſuum in camera alterius ſcholaris ipſo ſciente, & patiente, non eſt depoſitũ. Ideo non tenetur de cuſtodia, & per ↄñs de lata culpa. Vnde ſi ille recedat de camera, & dimittit oſtiũ apertum, & liber ſubtrahitur, licèt iſta videatur lata culpa, & ſi fuiſſet depoſitum, teneretur: tunc tñ non tenetur, niſi feciſſet data opera, quia tunc eſſet in dolo. Secus eſt in illo, qui ex officio tenetur cuſtodire, vt nauta, caupo ſtabularius: nã ſufficit ponere ipſo ſciente, & patiente, vt ſupra nau. caup. ſtab. l. 2. in fi. Quid autem ſi ipſo ignorante, an teneatur, ſi res perdantur? dic, vt ibi not. per gl. & per Cy. C. loc. l. certi iuris, & in Spec. de fur. §. j. ver. quid ſi res immiſſæ.
4 ¶ † Sed quæro, per quæ verba fiat depoſitum? reſpondeo, per hoc verbum, depono, vel ſerua mihi hanc rem, vt j. ea. l. §. ſi veſtimenta. Vel cuſtodias. vt j. eo. l. ſi quis ſeruum cuſtodiendum. Itẽ pro concordantia iſtius gl. ꝙ aliud ſit ponere, aliud deponere, vide j. de iu. do. l. ſi ego. §. fi. ver. quid enim. per quod vr̃ limitari determinatio, q̃ ſupra dixi de illo, qui ponit librum in camera ſcholaris, aut enim fecit de mandato, & voluntate ſua: & tunc idem eſt, ac ſi depoſuiſſet, vt ibi. Aut ipſo ſciente, & patiente duntaxat: & tunc procedit determinatio, de qua ſupra.

1 *Actio depoſiti quando detur in ſimplum, & quando in duplum.*
2 *Actio depoſiti, quæ datur in ſimplum, quòd ſit duplex.*
3 *Actio depoſiti eſt perpetua contra ipſum depoſitarium.*
4 *Quòd magis ſubueniatur ei, qui facit actum ex neceſſitate, quàm ei, qui ex uoluntate.*
5 *Non dicitur aliquid factum ex aliqua cauſa, niſi quando illa ſola cauſa ſubſiſtebat.*
6 *Sententia non poteſt dici lata ex falſis atteſtationibus, niſi quando non fuerunt recepti niſi falſi teſtes.*

1 **§. Prætor ait.** † Actio depoſiti datur in ſimplum: niſi factum fuerit cauſa incendij, ruinæ, uel naufragij, quia tunc in duplum ↄ depoſitarium, & etiam hr̃dem eius ex dolo hæredis: ſed ex dolo defuncti in ſimplum. h.d. in effe-
2 ctu vſq; ad §. quæ depoſitis. ¶† In tex. ibi, {in ſimplum.} hæc actio, quæ datur in ſimplum, eſt duplex, vna quæ dicitur primitiua, quæ contrahitur ad reſtitutionẽ rei, altera quæ dicitur ſecundaria quæ ↄhitur rõne doli, vel culpæ ad æſtimationem damni, de quib. dic,
3 vt no. j. ea. l. §. ſi apud duos. & l. ſi duo. & gl. hic dicit, † ꝙ hæc actio eſt perpetua, quod eſt verum, ſi agatur contra ipſum depoſitariũ: ſecus ſi agatur contra hæredem eius ex dolo defuncti: quia tunc j. annum tñ, licèt detur in ſimplum, vt j. eo. tit. l. quod de eo. ſm j.
4 lect. ¶† Et no. in §. merito. magis ſubueniri ei qui actum facit ex neceſſitate, quàm ei qui ex uoluntate, ad hoc s̈. qui ſatiſd. cog. l. ſi fide
5 iuſſor. §. ſi neceſſaria. cum concor. ¶† Item not. diligenter in fin. ꝙ non dicitur aliquid factum ex aliqua cauſa, niſi qñ illa cauſa ſubſiſtebat: & ideo non poteſt dici ſententia lata ex falſis atteſtationib.
6 † niſi quando non fuerunt recepti niſi falſi teſtes. Si autem falſi, & veri: tunc ſecus, dummodo ſint tot illi ueri, qui ſufficiant: ut l. fin. C. ſi ex falſ. inſtr. & c. cum I. & A. de re iu. Sed contra iſtum text. facit j. qui ex cau. in poſſ. l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ver. quid ergo ſi duas. ubi uidetur actus fieri ex aliqua cauſa, licèt concurrat nõ ſolum illa, ſed alia. Collige ſolutionem per teipſum: ſed ibi actus non vr̃ fieri ex illa cã, niſi ex iudiciis probetur, vt ibi patet in glo.

2 *Pactum præter naturam ꝙ ualeat, & ꝙ non teneatur quis de lata culpa.*

1 **§. Si conueniat.** † Contractus ex conuentione legẽ accipiunt, ad hoc ſemper allegatur, vel ſic: licèt de natura depoſiti non ſit, vt veniat leuis culpa, poteſt tñ per pactum agi, ꝙ non ueniat dolus: qui de natura ↄctus ue-
2 nit. h.d. † valet ergo pactum præter naturam, non ↄ naturam, ut hic patet. facit l. paciſci. ſupra de pact. & l. cum præcario. j. de preca. bene tamen ualeret pactum, ꝙ non teneatur de lata culpa, ut colligitur hic a contrario ſenſu: licèt videatur contra naturam contractus: quia non ſic inducitur ad delinquendum.

1 *Depoſitum quando dicatur.*
2 *Dictio, duntaxat. non excludit illud, quod eſt de natura rei.*
3 *Caupo, nauta, & ſtab. tenentur de leui culpa, ſi non benè cuſtodiunt.*

1 **§. Si veſtimenta.** ¶ † Depoſitum dicitur, cum nulla merces p̨ cuſtodia datur, aliàs dicitur locatio. hoc dicit. Et in primo caſu uenit dolus, & lata cul-
2 pa tantum, in ſecundo uenit etiam leuis, ecce caſum. † No. in ver-
a bo, {duntaxat.} quòd dictio, duntaxat, [a] non excludit illud, quod eſt de natura rei, licèt enim hic dicatur, ꝙ dolus uenit duntaxat, venit etiam lata culpa, vt j. eo. l. ꝙ Nerua. & de ſignificatu dictio-
3 nis taxatiuæ vide Bar. in l. ſi conſtante. ſol. matr. ¶† In glo. j. ibi, uel fortè ſpeciale. eſt hæc uera, quia licèt capuo, nauta, & ſtab. non recipiant mercedem pro cuſtodia, recipiunt tamen pro alio, vt ibi habetur: ideo tenentur cuſtodire, & ſi non benè cuſtodiunt, tenentur de leui: licèt de cuſtodia nihil recipiant, hic uerò debet intelligi, quando non recipiebat nec pro cuſtodia, nec pro alio: ideo non tenetur niſi pro lata culpa, uel dolo.

ADDITIO.

a Dictio duntaxat. Adde l. nemo. C. qui teſta. fa. poſ. Archi. in c. ſtatutum. in §. in nullo. de reſcrip. lib. 6.

*2 Ex cuius parte dicatur conductio, & ex cuius locatio: & nu.1.*
*3 Contractus innominati iudicantur ſecundum naturam contractuum nominatorum, quibus aſſimilantur.*
*4 Non dicitur contractus locationis niſi conſtituã mercedem in pecunia, & quid ſi de pecunia nihil fuit conuentum, ſed dixi loco tibi domum meam.*
*5 Depoſitarius rei animatæ non tenetur præſtare cibaria: & ſi ſpontè præſtat, repetet per contrariam actionem depoſiti: quia nõ poteſt uti opera.*

1 **§.Si quis ſeruum.** ¶† Qui dat mercedem pro cuſtodia dicitur conducere operas recipientis, & ſic habet actionem ex cõducto, qui aũt recipit, dr̃ locare operas, & hẽt actionẽ ex locato, & ſi pecunia pro mercede non datur: ſed aliud, neque locatio, neque conductio dr̃: ſed ꝯctus innominatus, qui eis aſſimilatur, & ſic oritur actio præſcriptis uer. Si uerò nihil datur, dr̃ depoſitum, & in primis tribus uenit dolus, & leuis culpa: quia ꝯctus gratia vtriuſque eſt celebratus. Sed in ultimò caſu uenit tñ dolus, & lata culpa, niſi aliud ſit conuentum: quia celebratus eſt gratia dantis tñ h.d. in effectu, uſque
2 ad §.ſi te. ¶† In tex.ibi, {ex locato me agere poſſe.} quia uideor locaſſe operas ſerui, vbicunque tñ eſt locatio, ibi etiam conductio, quia ſunt correlatiua. Sed iſte tex. oſtendit ex cuius parte dicatur
3 conductio. & ex cuius locatio. ¶† In text.ibi, {quaſi genus locati, & conducti interuenerit.} iſte text. allegatur, ꝙ contractus innominati iudicantur ſm naturam contractuum nominatorum, quibus aſſimilantur, de quibus š. commo. l. cum qui. §. ſi rem. de præſcriptis ver. l. ſi gratuitam. §. j. & l. naturalis. §. ſed ſi facio. ibi {man-
4 datum quodammodo.} ¶ † In text.ibi {ſed quia pecunia non datur,} no. ꝙ non dicitur cõtractus locationis niſi conſtituam mercedem in pecunia: ſed quid ſi de pecunia nihil fuit cõuentum, ſed tãtum dixi, loco tibi domum meam, uel fundum meum? videtur non ualere, ſicut nec uenditio, ſi non conueniatur de pretio: ut ꝟ. loca. l. 2. in princ. quod eſt uerum, niſi ſit res, quæ conſueuit locari certa mercede: quia tunc cenſetur facta de eo, quod conſueuit locari, ut C. loca. l. 2. in ult. glo. & C. de agri. & cen. l. domini. per glo.
5 † In tex. ibi, {ſi nihil aliud quàm cibaria præſtabat.} videtur ergo, ꝙ depoſitarius teneatur præſtare cibaria, quando deponitur res animata. contrarium dic, quia non poteſt vti opera rei, niſi ſit conuentum: & hoc eſt, quod ſequitur {nec de operis &c. & ideo non tenetur præſtare: ſed poteſt præſtare ſpontè, & ita intelligitur hic, & repetet per contrariam actionem depoſiti, ſicut creditor cui fuit pignorata talis res, qui non poteſt uti opera, ut l. ſi neceſſarias. in principio, & ibi nota š. de pignoratitia actione: ſecus in commodatario, qui utitur opera, ut ſupra commoda. l. in rebus. §. poſſunt.

*1 Qua actione teneatur res perferens, & qua cuſtodiens.*
*2 Nuntius ſi non exequitur mandatum, uel facit contra fidem mandati, tenetur actione mandati ſicut procurator.*
*3 Ex contractu acquiritur actio illi, cuius nomine contrahitur, non illi, cuius eſt res, ſuper qua contrahitur, debet tamen ſibi actio cedi.*
*4 Contractus mandati debet eſſe plenior, quàm contractus depoſiti.*
*5 Contractus primus inſpicitur, quando duo contractus circa idẽ cõcurrunt.*

1 **§.Si te rogauero.** ¶ † Cui datur res perferenda, tenetur actione mandati, cui verò cuſtodienda, tenetur actione depoſiti, & ideo acquiritur actio ei, cuius nomine fuit depoſitum, licèt ad commodum alienum, cui tenetur illam cedere, & ſi vtrunque interuenerit, inſpicitur ille con
2 tractus, qui præcedit. h.d. vſq; ad §. idem etiam Pomp. † Not. primo, ꝙ nuntius ſi non exequitur mandatum, vel facit contra fidẽ mandati, tenetur mandati actione, ſicut procurator. Glo. opponit
3 de l. j. š. de proc. ſol. vt in ea. ¶† Item no. in ver. ſi verò, ꝙ illi acquiritur actio ex ꝯctu, cuius nomine ꝯhitur: non ille cuius eſt res, ſuper
4 qua ꝯhitur. debet tñ ſibi actio cedi. ¶† Item no. in verſ. {ꝙ ſi reus,} ꝙ contractus mandati debet eſſe plenior, quàm contractus depoſiti: nam mandatarius poteſt habere cuſtodiam rei, & etiam ad aliud poteſt mandatum extendi: vt ſi mando tibi, vt portes rem meam ad alium, & ſi ille nolit recipere cuſtodias, ſed depoſitum, non continet, niſi cuſtodiam. Aut ergo ab ipſo principio ſolum cuſtodiam tibi committo, & eſt contractus depoſiti, non mandati: aut committo aliud: ſed ex poſtfacto committo etiam cuſtodiam: & tunc eſt ꝯctus mandati, & non depoſiti habens etiam cuſtodiæ legem, ideſt id, quod eſt de natura depoſiti, & ſi id, quod eſt plenius obſiſtat ei, quod eſt minus plenũ, inſpicitur quod ple-
5 nius eſt, vt hic. & facit l. ſi te ſolum. de hær. inſt. ¶† No. in §. ſeq. idem Pompo. ꝙ inſpicitur primus contractus, quando duo contractus circa idem concurrunt, ſic ꝟ. ea. l. §. ſi ſeruus. in fi. vbi dicitur inſpici initium contractus. mandaui enim tibi, ut rem recipias a Titio. in hoc eſt contractus mandati, & poſtquàm receperis cuſtodias: & in hoc videbatur ꝯctus depoſiti: ſed quia primus ꝯctus poteſt cõprehendere etiam cuſtodiam, non erit ꝯctus depoſiti: ſed remanemus in primo, niſi fortè dictum eſſet ꝯtrium expreſſè, ꝙ teneres in depoſitum per tex. ꝟ. eo. tit. idemque. §. ſi quis Titio.

*2 Fideiuſſor non liberatur, licèt principalis decedat ſine hærede, ſi obligatio erat perfecta.*

1 **§.Idem Pomponius.** † Si rem apud alium depono tuo nomine, & tuo mandato, datur mihi contra te actio depoſiti, ꝯ illum nulla. ſi vero tuo mandato. ſed meo nomine, datur mihi ꝯ te mandati, ꝯ illum verò depoſiti. ſi verò nec tuo nomine, nec tuo mandato ꝯ te nullam actionem habeo, etiam ſi depoſui tuo cõſilio, ſi tñ pro fideiuſſore, teneris, etiam illo ſine hærede defuncto. h.d. vſque ad
2 §. an in pupillum. tex. cum ſuppletionibus neceſſariis. No. in fi. † ꝙ fideiuſſor non liberatur: licèt principalis decedat ſine hærede: ſed ſi non erat obligatus adhuc: ſed veniebat obligandus in futurum, & antequàm obligatio ſit contracta ille decedat ſine hærede, obligatio non contrahitur: quia non habet, ſuper quo fundetur. & hoc habetur in l. poſtquàm ꝟ. ut leg. no. caue. de qua glo. opponit: ſed poſtquàm eſt fundata, non fuit ex tali caſu.

*2 Pupillus in quibus caſibus, & qualiter poſſit conueniri.*

1 **§.An in pupillum.** † Pupillus ex depoſito facto ſine authoritate tut. poteſt conueniri in duobus caſibus. ſ. dolum commiſit in re depoſita,
2 vel ſi factus eſt locupletior. h.d. † extra iſtos caſus non poteſt con
a ueniri: ſed ſi eſt doli capax [a] vel proximus pubertati, obligatur naturaliter, tantum. vt in l. j. ꝟ. de noua. aliàs nec ciuiliter, nec naturaliter. Poterit tamen conueniri actione ad exhibendum, vel rei vendi. tanquam quilibet poſſeſſor, ſi rem habet, quæ actiones nõ oriuntur ex contractu, ut hæc habentur in l. j. §. fin. cum l. ſeq. ꝟ. commo. an autem poſſit conueniri de lata culpa? dic, ut per gl. & Doct. l. fin. §. fin. ꝟ. de præcar.

ADDITIO.

a Doli capax. Adde, quis dicatur doli capax, uide per Doc. in c. 1. & 2. de delictis puerorum.

**§.Si res depoſita.** Depoſitarius nõ liberatur, ſi reſtituit rem deterioratam, ideo poteſt conueniri, ac ſi non reſtituiſſet. Primum dictum intellige, qñ ignoranter recepit: quia deterioratio erat latens, ut not. in l. in hac. ſupra de tritica. in gl. ſuper uerbo. {liberari.} aliàs uidetur intereſſe remittere, ſi recepit ſine proteſtatione. dic, vt ibi dixi. Secũdum dictum intellige, vt poſſit iterum agi ad reſtitutionem rei, non ut ipſam conſequatur, cum iam habeat: ſed, ut conſequatur pretium deteriorationis, ut in l. 3. §. ſi reddita. ꝟ. commo. & quod dixi in l. 3. §. idem Iul. š. de eo, quod certo loco: & hoc in actionib. bonæ fidei, ut duret eadem actio: ſed in ſtricti iuris datur actio de dolo, uel in factum, ſi recepit ignoranter. Prima ergo ſublata eſt ut l. eleganter. §. non ſolum. š. de dolo, & C. ad exhibendum l. exhibitionis: ſed ſi deficeret aliquod ius circa tranſlationem dominij: puta, actionis præſtandæ, duraret eadem actio, & in ſtricti iuris actionibus quaſi non cenſeretur tranſlatum. ut l. Iul. §. j. de uerbo. oblig. l. fin. ꝟ. de condi. ob cauſam.

**§.Si ſeruus.** Ex depoſito facto per ſeruum datur actio domino. Item ex depoſito facto ſeruo non conuenitur ipſe liber factus, ẽt rõne doli in ſeruitute commiſſi, licèt ſecus in actionibus ex delictis: quia in illis noxa caput ſequitur h.d. cum l. ſeq. dolus autem cõmiſſus in re depoſita purgatur per actionem ex depoſito. ut ꝟ. eod. l. ſi hominem. §. datur, & actiones ex contractu non dantur contra ſeruum factum liberum ex his, quæ geſſit in ſeruitute, vt C. an ſeruus ex ſuo facto. per totum.

**§.Hæc actio.** Depoſitarius poteſt conueniri etiam ex cauſa ſuperueniente poſt litem conteſt. puta, doli cõmiſſi poſt, uel etiam, ſi poſt, incipit habere facultatem rei reſtituendæ, quam a prin. non habebat, & ſic fuit malè actum, & debuiſſet abſolui, ut ꝟ. eo. l. ſi rem. ſi ſine ſuo dolo malo uel culpa deſijt habere: ſed ſi lite pendente recuperat, fingitur bene actũ, & debet condemnari, ſicut in rei uend. ut l. ſinautem. §. j. ſupra. de rei uend. & hoc uult iſte §. nec obſtat l. non poteſt uideri. de iud. quia hic agitur ex contractu celebrato ante lit. conteſt. licèt cauſa ꝑꝑ quam debeat fieri condemnatio ſuperueniat poſt lit. conteſt. vnde non nocet, ut l. ſi rem. §. fi. de pig. action. ibi uerò ex contractu nondum celebrato: unde ſi celebratur poſt, non fingitur benè fuiſſe actum: ſed noua interpellatione opus eſt.

**§.Eſt autem.** Depoſitarius poteſt ſtatim conueniri: & hoc ipſo dolo malo facit, ſi rem nõ reſtituit, niſi facultatem rei reſtituendæ non habeat ſine ſuo dolo, uel lata culpa. h.d. ¶ Opp. ꝙ non ſtatim poſſit cõueniri, ut l. quod dicimus, ꝟ. de ſol. ſupra de conſti. pec. l. promiſſor. §. j. Sol. ibi loquit̃ in obligationibus dandi, in quibus creditor non debet ſtatim ueni re cum ſacco paratus: ſed dẽt habere debitor tp̃s cõgruum ad ſoluendum, uel arbitrio iudicis. quod eſt regulariter, ut d. l. quod dicimus, uel decem dies. ut in §. conſtituto. hic loquitur in obligatione rem reſtitui, in qua nullum tp̃s dari debet, ſi hẽt facultatem rei reſtituendæ: quia eo ipſo dolo facit, quòd non reſtituit.

*1 Dolus cõmiſſus in faciẽdo nõ purgatur, licèt res ĩ priſtinũ ſtatũ reducatur.*
*2 Feudatarius, uel emphyteuta ſi alienauit rem domino irrequiſito, & eam tradidit uerè, uel fictè: non euitat pœnam, licèt poſtea eam redimat, & quid ſi uenditio fuerit etiam ſimulata.*

*2 Dolus*

3 *Dolus commiſſus in faciendo facit quem teneri de caſu, licèt non ſit ordinatus ad caſum.*

1 **§.Si rem.** †Dolus commiſſus in faciendo,non purgatur: licèt res in priſtinum ſtatum reducatur. h.d. Et
2 facit iſte tex.† q ſi feudatarius,vel empyteuta [a] alienauit rem do-
a mino irrequiſito,non euitat pœnam:licèt poſtea eam redimat. de
hoc habetur in vſi.feu.in tit.quid iuris ſit,ſi vaſallus poſt alienatio-
nem feudi id recuperauit. & vide quod not.in Specu. de loca.§.
nunc vero aliqua.uer.xcvj.& hoc,quando vendidit, & tradidit,
ſi autem non tradidit,non videtur alienaſſe, & non incidiſſe ad-
huc in pœnam per id quod hic notat.& vide in d.§.verſic.96. quod
tamen eſt verum,ſi non tradidit verè,vel fictè: ſed ſi tradidiſſet ſal
tem fictè conſtituendo ſe illius nomine poſſidere.tunc quantum
in ſe fuit,alienauit:quia tranſtulit poſſeſſionem,& dominium: ideo
b videtur,quòd inciderit [b] in pœnam,& quòd eam non euitet re-
3 dimendo, niſi venditio fuerit ſimulata. ¶ † Not. hic quòd dolus
commiſſus in faciendo,facit quem teneri de caſu:licèt non ſit or-
dinatus ad caſum, id eſt,quia caſus propter ipſum dolum non e-
uenit:nam hic res non perijt,ex eo,quòd fuerit alienata per depo
ſitarium, in qua alienatione fuit dolus commiſſus, & nihilomi-
nus tenetur depoſitarius de caſu.Secus in culpa commiſſa in non
faciendo:quia non facit venire caſum, niſi quando eſt ordinata
ad caſum id eſt,quia caſus propter ipſam euenit, ut l. & in totum.
ſ.de impen.& tetigi s.ad l.Rho.de iac.l.ſi vehenda.§.j.

ADDITIONES.

a Si feudatarius,uel emphyteuta. Adde Doct. in c. potuit. de loca. Cyn.& Doc.in l.1.& 2.de iure emphyt.

b Quòd inciderit in pœnam.Adde,quòd hoc idē tenebat Iacob. de S.Geor. in ſuo trac.ſuper feudis,in uerbo,& cum pacto de non alienando colu. 12.& ibi dicit ſe ita in quæſtio.facti conſuluiſſe.Cur.

2 *Contractus initium inſpicitur,quando dubitatur,cui competat actio,idē quando dubitatur,an detur,vel quæ detur.*

3 *Idem in delictis,ut ſciatur ipſorum qualitas,& quæ pœna imponatur,& idem in iudicijs.*

1 **§.Si quis.** †Facit iſte tex. q ſi monachus vnius monaſte-
a rij [a] tranſeat ad aliud de licentia abbatis, acquiſi-
tiones tamen factæ per eum in primo monaſterio non tranſeūt,
2 ſed remanent apud ipſum. facit l. antepen. C. de vſufruc. ¶†Item
not.in fin. q inſpicitur initium contractus, quando dubitatur cui
competat actio,vt hic,& ſ.de verb.ob.l.ſi filius. ſic etiam, quādo
dubitatur,an detur vt ſ.ad Mace.ſi tamen ſciente. & s.de conſtit.
pec.l.item illa.§.proinde ſic.& quando dubitatur, quæ detur, vt s.
ea.l.§.idem Pompo.& infra mand.l.ſi procuratorem. in prin.l.in-
3 quantum detur,vt ſupra de negot.geſt.l.Pompon. negotijs.† ſic
in delictis,vt ſciatur ipſorum qualitas, vt ſ. de fur. l. qui in iure. in
princ.& quæ pœna imponatur, vt infra de pœnis.l. j. & de adult.l.
quod ait.§.fi.ſic etiam in iudicijs de foro compe. c. propoſuiſti.&
ſupra de iud.l.ſi poſtquam.& adde quod not.per Ioan. And.in re
gula in obſcuris.in mercu.

ADDITIO.

a Monachus unius monaſterij. Adde glo. quæ ſemper ad hoc ſolet allegari in c. quòd ad te.de cle.coniuga.

**§.Rem a ſeruo.** Depoſitarius qui non habet facultatem reſtituendi ſine dolo, & culpa,non tenetur depoſiti.hoc dicit.

1 *Ille uidetur depoſitum reddere, qui tanquam depoſitum reddit, non qui tanquam de ſuo ſoluit.*

2 *Non liberatur,qui debuit pecuniam accipientis facere. & ſoluit pecuniā ipſius accipientis,nec liberatur ab actione depoſiti, qui ſoluit tanquam ex cauſa alterius debiti ignoranti.*

1 **§.Eleganter.** †Ille uidetur depoſitum reddere,qui tan quam depoſitum reddit, non qui tanquam
2 de ſuo ſoluit.hoc dicit uel ſic.†Non liberatur qui debuit pecuniā
accipientis facere,qui ſoluit pecuniam ipſius accipientis, nec libe-
ratur ab actione depoſiti,qui ſoluit tanquam ex cauſa alterius de-
biti ignoranti.hoc dicit.Iaco.But.¶In tex.ibi,{ ſi pecuniam ſeruus
apud me depoſuit.} ſubaudi,quæ erat ipſius domini: & ſic ſtatim
fuit acquiſita actio depoſiti domino contra me depoſitarium.
¶In tex.ibi:{ ita ut domino pro libertate eius darem.} ſupple, &
ego dare promiſi,cum dominus nollet aliter eum manumittere,
& ſic ſum duplici obligatione obligatus.Quæritur ergo, ſi tradi-
di domino,& ipſe ſeruum manumiſit,an ſim liberatus ab utraq;
obligatione.Et reſpondetur cum diſtinctione, vt ſequitur, quòd
ſi dominum certioraui, q iſta erat pecunia ſua penès me depoſita per
ſeruum ob hanc cauſam,ſim liberatus ab vtraque obligatione, quia eā
reſtitui,vt depoſitam & quia dominus videtur fuiſſe contentus de ha-
bendo dictam pecuniam pro manumiſſione, imputet ergo ſibi
quare manumiſit.Si autem eum non certioraui, ſed ſolui pecu-
niam tanquam meam,non ſum liberatus,quia non videor reſtituiſſe
depoſitum,& glo.intelligit hoc uerum,ſi pecunia eſt conſumpta
per dominum,tunc cedit in ſolutum illius cauſæ,propter quam ſolui,& in
illam tantū conuertitur,non in cauſam depoſiti, unde remaneo ob
ligatus ex cauſa depoſiti, ſed ſi pecunia extat nō cedit in ſolutū illius
cauſæ quia debui dare,& non dedi,quia dedi tuam & ſic ſum obli-
gatus ex promiſſione,ſed ex cauſa depoſiti non potero conueni
ri,poſtquam habes apud te pecuniam,ita intelligo hanc l.& hæc uera.
ſi iam erat ſeruus manumiſſus.ſi autem manumiſſus non erat,
tunc indiſtinctè ſiue pecunia ſit conſumpta,ſiue non, ſi certiora-
ui te, q erat pecunia tua, uidetur,quòd ſim liberatus,quia tu non
remanes deceptus.potes enim non manumittere, niſi alia pecu-
nia tibi detur.Hoc tamen uerum,niſi promiſiſſem dare per ſtipu-
lationem:quia poſſes me compellere,dummodo impleres con-
ditionem,ut l.a Titio.de uerb.ob.

**§.Si pecunia.** Si deponitur pecunia cum proteſtante utendi,antequam incipiat uti,tenetur duntaxat ex cauſa depoſiti.hoc dicit poſtea verò tenetur ex cauſa mutui,quia depoſitum eſſet in mutuum conuerſum, quod dic,ut in l.certi condi.in fin.s.ſi cer.pet.

1 *Conuentio facit depoſitarium teneri de caſu,& ſpontanea obligatio facit ipſum teneri de culpa leuiſſima.& nu.4.*

2 *Caſus in quibus depoſitarius tenetur de caſu fortuito.*

3 *Periculi appellatione continetur leuiſſima culpa, non ſolum caſus fortuitus eueniens ſine aliqua culpa.*

1 **§.Sæpe euenit.** †Conuentio facit depoſitarium teneri de caſu, & ſpontanea obligatio fa-
2 cit ipſum teneri de culpa leuiſſima.h.d.†Et not.hic bonam gl. quæ
enumerat caſus,in quibus depoſitarius tenetur de caſu fortuito.
3 ¶†Item not. q appellatione periculi,continetur leuiſſima culpa nō
ſolum caſus fortuitus eueniens ſine aliqua culpa, de hoc in l.ſi quis
4 nec cauſam.s.ſi cer.per.¶†In tex.ibi,{ ſed etiam culpā.} ſcilicet leuē,&
dū ſubdit.{ & cuſtodiam.} ſupple,& teneatur de leuiſſima, ut no.
ſ.de iureiur.l.contractus.plus ergo facit conuentio, quia facit eum te-
neri de caſu circa oēm culpam contingentem,ut primo caſu qua
ſi ſpontanea obligatio,quæ facit eum teneri de caſu, dummodo
præceſſit culpa leuis,uel leuiſſima.hoc eſt quod ſequitur in fi.(nō
tamē caſus fortuitos &c.) & adde de iſta ſpontanea obligatione,
quod habetur ſupra in l.certo.§.interdum.in uerſi. ultrò.

**§.Si pecunia.** Si depoſitum eſt diuiduum uni ex hæredibus deponentis, reſtituendum eſt pro parte,ſi verò indiuiduum inſolidum.dummodo caueat,aliàs in æde ſacra deponitur h.d.primum dictum procedit, niſi maior pars hæredum repeteret,quia tunc etiam ſi eſt diuiduum, totum reſtituendum eſt eis,vt ſ.eo.l.ſi plures,& ibi. no. itē procedit iſte §.quando eſt certum,qui ſint heredes,ſi autem eſt contentio inter plures,dic ut ſ.proxi.§.

**§.Apud Iul.** Si duo contendunt de hæreditate depo nentis,ei debent reſtitui res depoſitæ qui cauit de indemnitate aduerſus alterum,ſi neuter uult cauere,neutri fienda eſt reſtitutio,ſed in æde ſacra deponitur. h. d. Et primo ponit,quando unus uolebat cauere,alter non,uſque ibi, q ſi ſecūdo quando neuter.Tertio,quando utriuſque.tangitur per glo.& loquitur iſte §.quando depoſitarius uolebat reſtituere,ne amplius haberet cuſtodire.ſi autem non curabat reſtituere,& alter iſtorum contendentium de hæreditate ageret, poſſet impediri per alterū,etiam ſi uellem cauere de conſeruando ipſum indemnē per excep.illam ne fiet præiudiciū petitioni,niſi ille,qui ageret,eſſet in poſſeſſione hæreditatis,& periculū eſſet in mora,ut s.de pet.her.l. ſi bonæ fidei. ¶Itē intelligo,quando iſte qui cauere uolebat faciebat etiam fidem, q erat hæres, aliàs depoſitarius non teneretur ſibi reſtituere.ut ſ.eod.l.ſi quis inficiatus, & s.de pet.her.ſi dentur.& no.Inn.in ſimili,quando contendunt de eadem prelatura duo, & alter ipſorū uult exigere a debitorib.prelaturæ,in c.quia in cunctis.de conceſ.præben.lib.6.in j gl.mag.in uerſic.ſi uero contra alios.Quid autem ſi aliqui uolunt agere quem ipſorum debent conuenire,dic,ut in l.fi.C.de pet.hære.& no.Bart.in l. cōtrouerſia.s.de tranſ.qui dicit quòd creditores hæreditarij poſſunt conuenire poſſeſſores,nec habent aliud quærere,quod no.diligēter.¶In glo.ibi.ad l.Falc.quid operetur iſta cautio, dic,ut plenè per Bart.in l.pe.s.de pet.hære.

**§.Si quis.** Qui tabulas teſtamenti depoſitas publicè legerit,depoſiti,& iniuriarum tenetur.h.d. & prima datur ad intereſſe,ſi quid intereſt. ſecunda datur, ſi non intereſt. ad æſtimationem iniuriæ.h.d.

1 *Etiam prædoni debet depoſitum reſtitui.*

2 *Furtum eſt delictum,quod committitur in rem ſubtractam, non in perſonam,ſed uiolentia committitur in perſonam.*

1 **§.Si prædo.** †Etiam prædoni debet depoſitum reſtitui, hoc dicit,facit s.de iu.l. non a iudice. & diſtingue aut prædo cōmittit ſuper re quam ſubtraxit, & tunc ſuper illo contractu actionem conſequitur,ut hic,aut non cōmittit, ſed delictum patitur,& tunc aut patitur delictū in perſonam ſuam.puta, uiolentiam, uel rapinam,& tunc idē,ut ex illo contractu cōſequatur actionem, ut in glo.Aut non patitur delictum in perſonam ſuam,ſed in rem.

puta,furtum:& tunc ex illo actionem non conſequitur: quia ex
improbitate ſua conſequeretur, & iſte eſt caſus in l.itaque. infra
2 de fur.† & ſic furtum eſt delictum,quod committitur in rem ſub
tractam,non in perſonam: ſed violentia committitur in perſo-
nam & hoc not.pro ſtatutis dicentibus de delictis perſonalibus,
qualiter intelligatur,dic,vt not.in l.licitatio.§. quòd,illicitè.per Bar-
to.& adde,quod hic not.C.de fur.l.manifeſtiſſimi. in princ. ibi ex
honeſta cauſa.

2 *Agens pro ſpecie conſiſtente in materia quando ſufficiat iurare ſe ignorare pōdus,vt admittatur libellus ſine ſpecificatione ponderis.& nu.1 & 4.*
3 *Certitudo maior requiritur in ſententia,quàm in libello.*

1 **§.Si quis.** †Agens depoſiti pro ſpecie conſiſtente in ma-
teria debet in libello ſpecificare ſpeciem, mate-
riam,pondus,niſi pondus ſe ignorare iurauerit.Si autem pro ſpe-
cie non conſiſtente in materia ſufficeret ſpecificare ſpeciē, puta,
bouem,vel aſinum,vel librum:quia bonitas iſtorum non conſi-
ſtit in pondere, vel menſura, nec conſiſtunt propriè in materia:
quia materia eſt proprie metalli,cuius vtilitas etiā in pondere con
2 ſiſtit,quod dic,vt l.ſi in rem.de rei ven.¶†Opp. pro declaratione
glo.q non ſufficit iurare ſe ignorare pondus, niſi probet, vt ſ. de
rei vend.l.item.Pompo.ſcribit,ſi ſi umentum.§.fi. vbi non poteſt
ferri ſententia incerta timore huius gloſ.hoc dicit, q iſtud, quod
hic dicitur,procedit quantum ad hoc,ut libellus recipiatur: ſed ſi
poſtea vult ſententiam obtinere, neceſſe habet probare quanti
3 ponderis erat illa ſpecies,quam glo. not. † quia ſemper allegatur,
quòd maior certitudo requiritur in ſententia,quàm in libello:cū
interdum admittatur libellus incertus,& tamen non debet ſequi
ſententia incerta.Aliquando tñ fallit, quia poteſt ferri ſententia
incerta,ut in caſibus,qui no.per glo. in l. non poſſumus.ſ. ſi pars
hær.pet.& vide Inn.in c.ſignificantibus.de libel.obla. vbi dicit ver-
4 ba,de quibus ſ.¶†Item adde, q interdum ſtaretur iuramento a-
ctoris de quantitate ponderis, ſi reus fuiſſet in dolo per l.in actio-
nibus.in fi.ſ.de in litem iuran.& per c fi. & quod ibi per Inno. ex-
tra quod me cau.de quo dicam ℑ.proxi.§.adde etiam, quod no.
Inno.in c conſtitutus.de reſti.in integ.

1 *Deponens ciſtas,vel ſacculum ſignatum poteſt cū repetit, repetere res,quæ ibi continentur,ſi vult, ſed ſi non vult, non cogitur, ſed ſufficit, quòd repetat ciſtam vel ſacculum ſignatum.*
2 *Deponens rem continentem videtur deponere res contentas.*
3 *Si deponitur ciſta clauſa,& redditur aperta:ſtatur iuramēto actoris de rebus, quas ibi dicit fuiſſe, ſi vero redditur clauſa,debebit actor plenè probare quæ res ibi erant.ſi non reperiantur.*

1 **§.Sic iſta.** †Deponens ciſtas,vel ſacculum ſignatum po
teſt cum repetit,repetere res,quæ ibi continen
tur ſi vult:ſed ſi non uult,non cogitur,ſed ſufficit, q repetat ciſtā
vel ſacculum ſignatum.h d.ſecundum vnum intellectum,{& pri-
mo ponitur reſponſio Trebatij diſtinguentis.Secundo ponitur
reſponſio Labeonis dicentis fore neceſſè, vt res ſpecificentur, vt
colligitur in uerbo,{ oportet.} vſque ibi { quid ergo .} Tertio po-
nitur reſponſio authoris dicentis, quòd poteſt, ſi vult:ſed ſi non
vult,non cogitur ſiue oſtendatur,ſiue non,& ita uidetur intellige
2 re.†Bar.& ſic no.hic,quòd qui deponit rem cōtinentem, videtur
deponere res contentas,& ſic patet, quòd non ſunt acceſſiones
rei conuenti,quia tunc non videtur eas depoſuiſſe,vt ſ.ea.l.§.quę
depoſitis.in fin.text.ibi,{ non multum facere. } hic vult author re
probare dictum Trebatij,qui diſtinxit,aut res non fuerunt oſten
ſæ depoſitario,& tunc in libello non ſunt ſpecificandæ, & dicit,q
etiam vel ignorantia depoſitarij non multum facit ad propoſitū,
poſtq̄ depoſitum ſuſcepit,ideo illa diſtinctio non eſt adhibenda,
ſed illa,de qua hic,ut ſiue oſtenderit,ſiue non,q poſſit ſpecificare,
ſi vult,ſi non vult,non tenetur,ut colligitur hic a contrario ſenſu
in ver.{ poſſe.} dicit tamen in glo.hic, quòd vtroque caſu habet
3 neceſſe probare,quæ res ibi erant,†dic ſi reſtituit ciſtam apertam,
cum receperit clauſam,ſtatur iuramento actoris de rebus quas
dicit ibi fuiſſe,& tunc non repetit,ut no.Inn.in c. fi. quod met.cā.
Sed ſi reſtituatur clauſa,ꝑut prius erat,neceſſè hēt actor oſtende
re plenè per teſtes,quæ res ibi erant,ſi nunc non reperiantur.& ſi
dicatur,qūo pōt hoc contingere?rñde, quòd potuiſſet cum alia
claui aperire, & poſtea claudere, de quo dolo non apparet, niſi
probetur plenè,quòd aliæ res ibi erant, quæ nunc non reperiun-
tur,ſed qñ redditur aperta,iam apparet de dolo. Ideo ſtatur eius
iuramento de rebus,vt l.ſi qñ C. vnde ui.& d.l in actionibus.in fi.
ℑ.de in litem iur.& quod ibi no.Bar. ℑ.de fur.aduc.na.l.j.

**§.Filiusfami.** †Ex contractu filijfami. durante patria
poteſtate poteſt conueniri tam filius
inſolidum,quàm pater d̄ peculio.hoc dicit.Et primo caſu ſi filius
condemnetur,an fiet executio in peculio? dic, vt l. ſi condemna-
tus.ſupra de noxa.& quod not.Bal.in l.Stichus. de peculio leg.&
in l.ſi filio.infra ſol.mat.& in l.ſi finita.§.ſi de uectigalibus.de dam.
infec.in ult. col. & in Spe. de ſenten.exc.§.ſequitur. verſicu. quid
ſi filius.

**§.Si apud.** Plures depoſitarij tenētur ad reſtitutionem
rei quilibet inſolidum, ſi hoc eſt actum, &
uno conuento non liberatur alter, niſi ſoluerit. hoc primo, ſed
obligatione ſecundaria,quæ contrahitur ratione doli,uel latæ cul
pę,quilibet tenetur inſolidum,etiam ſi non ſit actum,dummodo
quilibet commiſerit dolum,uel culpam, & uno ſoluente alter li-
beratur,quatenus eſt ſolutum,& hoc ſecundo,ſed ſi alter tātum
dolo commiſit,ipſe ſolus tenetur.Hoc tertio, & vltimo, dicit iſte
§.ſecundum intellectum glo.ſecundum quem diuiditur in duas
partes Primo loquitur de obligatione primitiua,quę contrahitur
ad reſtitutionem rei, & vult, q quilibet teneatur inſolidum, ſed
hoc eſt verum,ſi ita fuit actum,& ita debet hic ſuppleri, alias qui-
libet teneretur pro parte ſicut quilibet ex pluribus hæredibus v-
nius depoſitarii,ut l.3.§.ſi hæres.ſ.commo.& patet in l. cum appa
rebit.cum ibi no. ℑ.loc.& C.eo.ti.l.locati.l.ſi diuiſa.& l. eandem.in
prin. ℑ.de duo.re.& tunc eſſent verè duo rei debendi, & omnia
iura de duobus reis habebunt locum in his,& hoc uſque ad ver.
proinde.ubi loquitur de oblig.ſecundaria,quæ contrahitur ratio
ne doli ad intereſſe,& illa ſubdiuiditur,quia primo loquitur,quā-
do ambo commiſerunt dolum,uſque ibi,{ idemque } & tunc q.
libet tenetur inſolidum,etiam ſi aliter non ſit actū, & ſunt quod-
ammodo duo rei,non tamen proprie, quia non ex conuentio-
ne,ſed ex quadam neceſſitate,ideo iura de duo. reis proprie non
a habent locum in eis,vt mora[a] vnius noceat alteri, & præſcriptio-
nis interruptio contra vnum noceat alteri,& pactum, vel ſenten
tia pro uno proſit alteri, ſicut in duobus reis, ſed æquiparantur
pluribus tutoribus,ut hic dicitur not. & ſic iura, quæ loquuntur
de tutoribus,ut habeant inter ſe certa beneficia, de quibus plene
habetur in l.j.C.de tranſac.habebunt locum in eis, & iſta particu-
la debet limitari,vbi actum fuerit contrarium,q quilibet teneatur
pro parte,ut l.rem mihi.§.in exercitu.ſ.commo. Secundo in uer-
ſicu.{ idemque.} loquitur,quando unus ſolus commiſit dolum,
alter uerò,nec dolum, nec culpam non reſiſtendo cum poſſet,
quia tunc quilibet teneretur,unus ratione culpæ, alter ratione do
li,vt l.vnde quæritur.§.ſed ſi legis.ſ.com.¶Item habet locū,quod
hic dicitur,niſi fuiſſet actum expreſſè, q quilibet teneretur inſoli-
dum:nam tunc etiam ille qui non commiſit dolum.nec culpam,
teneretur ratione doli commiſſi per alterum, & eſſent duo rei,
poſſet tamen petere, q ille, qui dolum commiſit:primo conue-
niatur, ſicut in duob.tutorib. quorū vnus geſſit,alter non,vt no.
in d.l.j.de tranſac.& omnia iſta circa intellectū huius §. collign-
tur ex not.per Bar.in l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum.ſ.com-
mo.& ſunt neceſſaria.quare autem gl.intellexit primam partem
in obligatione primitiua?fortè ideo,ne ſecunda pars, quæ loquit
de ſecundaria,eſſet ſuperflua,ſi etiam primam intelligeremus in
ſecūdaria:ſed quia oportet ſubaudire,quòd fuit expreſſe actum,
quod eſt diuinare,magis placet,vt totus loquatur in obligatione
ſecundaria,in qua quilibet tenetur inſolidum, etiam ſi non ſit a-
ctio,& uno conuento non liberatur alter,ſi non ſoluit:& hoc di-
ctat prima pars.Sed ſi ſoluit, liberatur alter: & hoc dicit ſecunda
pars.Sed ſi vnus ſolus dolum cōmiſit,inſolidum tenetur: & hoc
dictat tertia pars,& tunc procedit magis clarè.

A D D I T I O.

a Mora.Adde Dy.in regula mora.de reg.iur.lib 6.

**§.Sed ſi duo.** Pluribus deponentibus eandem rem
fienda eſt reſtitutio ſecundum conuen
tionis formam.hoc dicit,ſi autem non apparet de forma,& tunc
aut depoſita fuit pecunia,& cuilibet reſtituenda eſt pars ſua,ut ſ.
eo.l.ſi pecuniā.ſi aūt fuit depoſita ſpecies, tunc non dēt reſtitui ſi
ne altero,vt l.ſi qs aliq d.§.inſtrumenta. ℑ. de pęn. ſed ſi ſint plures
hæredes vnius depoſitarij,dic,vt in d.§.ſi pecuniam.

1 *Deponens poteſt ſtatim mutando voluntatem rem depoſitam repetere.*
2 *Quando ex prima volūtate mea non ſum obligatus,nec eſt alicui ius quę ſitum,poſſum ad libitum eam mutare.*

1 **§.Si ſic depoſuero.** †Deponens pōt ſtatim mu
tando voluntatem rem de-
2 poſitam repetere.h.d. ¶†Et ſic not. quòd qñ ex prima voluntate
mea non ſum obligatus,nec eſt alicui ius quæſitum, poſſum ad
libitum eam mutare ſecundum Iac. But. quod facit ad q. de qua
tetigi ſ.de eo,quod certo loco.in l.bonæ fidei.in fi.ſecus ſi eſſet al
teri ius quæſitum,& ita loquitur ꝯrium gl.de l. in commodato.§.
ſicut.ſ.commo.cum enim depoſitum fiat gratia deponentis,nul
lum ius acquiritur depoſitario,ſed commodatario ſic,cuius gra-
tia fit commodatum,ſed quid in depoſitario ſi uelit mutare vo-
lūtatem,& rem reſtituere,cum eam accepiſſet, vt cuſtodiret cer-
to tempore,an poſſit ſe exonerare?dic,vt ℑ. eo. l.§.fina.

1 *Hæres depoſitarij, qui vendidit rem depoſitam, qua actione tenebitur reſtituere pretium, & ad quid teneatur.*
2 *Promittens mihi tradere, & transferre ius, quod habet in tali re: ſi poſtea vendat eam alteri cum pacto de retrouendendo, quod teneatur cedere mihi actionem.*

§.Quod

1 **§.Quod autem.** †Depoſitarius, vel hæres eius q facultatem reſtituendi non ha-
bet, nec dolo deſijt habere, non tenetur in plus, niſi vt reddat qc-
quid ex hoc conſecutus eſt, vel vt redimat, ſi poteſt, vel vt actio-
2 nem cedat, ſi eam habet. h.d. cum l.ſeq. vſque ad l.ei.† quæro qua
actione tenebitur reſtituere pretium. gloſ. hic videntur ſentire, ꝙ
vel actione neg. geſt. ſi deponens habet ratam venditionem in
ſubſidium re perempta, vel præſcripta, ſecundum l.fin.ſ.de nego.
geſto. vel condictione ſine cauſa ex æquitate l. ſi me & Titium. ſ.
ſi cer.pet. ſimiliter re perempta, vel præſcripta, ſi venditionem nõ
habeat ratam, ſecundum quod ibi no.tu.dic, ꝙ non requiritur, ꝙ
res ſit perempta, vel præſcripta, cum depoſitarius, vel hæres eius
habuerint cauſam a deponente, & expreſsè determinat gloſ. in l.
cum ſeruum. ſ.ſi cer.pet. tunc enim, illud requiritur, quando non
habet cauſam ab eo, & vendidit ſuo nomine. Vnde poſito, ꝙ de
ponens habeat rei ven. contra emptorem, nihilominus poterit
agere contra hæredem deponentis actione depoſiti ad reſtitutio
nem pretij, quod eſt mirabile: quia non fuit depoſitum pretium,
Sed certè non eſt verum: quia cum ſit actio bonæfidei, & habeat
amplam naturam, non ſolum competit pro eo, ad quod obliga-
tio a principio fuit contracta, ſed omne id, quod ex poſtfacto ac-
cidit, & æquum eſt venire, vt ſ.de condi. ob cau. l. fi. patet etiam,
ꝙ intereſſe ratione doli ad quod a principio non fuit contracta
contrahitur poſt. vt ſ. in §. ſi apud duos. verſi. proinde. ita hic con-
trahitur ad pretium, quia ſicut æquum eſt, ꝙ non teneatur ad rẽ
quam nec habet, ne dolo deſijt habere, ne verſetur in damno, &
officium ſuum ſit ſibi damnoſum. vt ſupra qui. ex cau. ma. l. va-
let. ita econuerſo, æquum eſt, vt teneatur ad omne id quod per-
cepit occaſione illius rei, ne verſetur in lucro de re aliena. Et ſic
erit caſus in quo pretium ſuccedit loco rei in particularibus, regu
lariter, contra, vt l. venditor. de hære. vel act. ven. dico tamen, ꝙ ſi
poſtea aget. contra poſſeſſorem ad recuperationem rei, debet ſi-
bi reſtituere pretium, quod percepit ab herede depoſitarij, ne ha-
beat rem, & pretium, quod eſſet iniquum, & pro hoc l. emptor.
in princ. ſ. de rei ven. in vno tamen caſu, poſſet procedere intelle-
ctus glo. ſcilicet in l. & ſi non ſit. quia ibi non erat verus hæres de-
poſitarij, & ſic obligatio, vel actio depoſiti contra ipſum non trã-
ſiuit, nec dicitur habere cauſam a deponente: ideo neceſſe eſt re-
currere ad vtilem actionem nego. geſt. habendo ratam venditio
nem in ſubſidium, re perempta, vel præſcripta, vel condictione ſi
3 ne cauſa ex l. ſi me, & Titium. ¶ † Vltimo iſta l. planè. facit ad vnũ
quod habui hoc anno de facto: quia quidam promiſi alteri trade
re, & transferre omne ius, quod habebat in tali re, ipſe promiſſor
illam rem alteri vendidit, cum pacto de retrouendẽdo, ſtipulator
volebat ꝙ cederet ſibi actionem, quàm habebat, vt retrouenda-
tur, ipſe nolebat cedere ſed ſolum ius quod habebat, ſcilicet do-
minium, dicẽdo, quòd iſta fuit pignoratio, non venditio. & quòd
ipſe habebat adhuc dominium, & ad illud cedendum tenetur:
quia eſt ius in re, & promiſerat cedere ius in re, non autem actio-
nem, quia illud eſſet cedere ius ad rem certam, cum habeat facul-
tatem rei recuperandæ dolo facit, ſi hanc facultatem non cedit,
argumentum bonum hic.

LEX V.

2 *In actione depoſiti directa quæ datur deponenti, iuratur in litẽ, ſi depoſi-
tarius non reſtituit, & ſic rumpat fidem: & quid in actione contraria.
& nume. 1.*

1 **Ei apud quem.** †In actione depoſiti cõtraria quæ datur depoſitario non iuratur in
litem, quia non agitur de fide rupta. h.d Contrahitur. enim pro
expenſis factis per depoſitarium in re depoſita. vt ỹ. eod. l. quod
priuilegium. in fi. & ſic præter conſenſum deponentis. Vnde ſi nõ
2 reſtituit expenſas, non frangit fidem: † ſed econuerſo. in actione
directa, quæ datur deponenti, benè iuratur, vt ſ. eo. l. j. §. depoſiti.
quia contrahitur ex conſenſu depoſitarij, vnde rumpit fidem, ſi
non reſtituit. Et idem eſſet in contraria, ſi daretur propter fidem
ruptam. vt ſupra de pig. act. l. ſi poſtquam. & ibi no.

1 *Sequeſter qua actione teneatur.*
2 *Depoſitarius ſimplex quando non poſſit ſtatim reſtituere rem inuito depo
nente, ſicut econuerſo.*

1 **§.In ſequeſtrum.** †Sequeſter tenetur actione de poſiti, vt reſtituat rem in loco,
quo actum fuit, & ſi plura loca fuerũt appoſita, ipſius eſt electio,
ſi nulla fieri debet coram iudice, nec poteſt ſequeſter officium
deponere non finita cauſa ſequeſtri, niſi ex iuſta cauſa, & iudice
interueniente, & dicitur ſequeſtrum, quod fit a pluribus inuicem
litigantibus, de re litigioſa. h.d. vſque ad l. ſi hominem, & de hac
materia ſequeſtri habetur etiam ỹ. eo. l. licèt, & ỹ. de acqui. poſ. l. in
2 tereſſe puto. & ibi plenè per Bartol.† quæro, quid in ſimplici depo
a ſitario, an poſſit ſtatim reſtituere rem ᵃ inuito deponente, ſicut
econuerſo, deponens poteſt ſtatim repetere eo inuito, vt ſupra
eo. l. j § eſt autem. & §. pen. videtur ꝙ non: quia deponens non
obligatur ſibi: ſed ipſe tantum obligatur deponẽti. Certè verum
eſt, ꝙ obligatur ad rem reſtituendam, non ad eam retinendam
vltra q̃ velit, ideo puto, ꝙ poſſit compellere deponentem ad acci
piendam rem, niſi fidem fallerer, vt quia deponẽs erat receſſurus,
& ſi ille non recepiſſet depoſitum habebat alium amicum qui re-
cepiſſet, & nunc non hẽt q̄a fortè recepiſſet, & tunc coget retine
re quouſque ſit impleta cã deponentis. arg. hic. q̄a eadem eſt ratio
facit l. ſi damnatus. de vi. triti. & oleo lega. nam ęquiparatur ſeque
ſtro, niſi in caſibus qui habentur, infra eo. l. licèt.

ADDITIO.

a An poſſit ſtatim reſtituere rem. Adde Doc. in c. j. extra de depo.

LEX VII.

1 *Depoſitarius, uel ſequeſter debet rem reſtituere, in eo ſtatu, in quo ſibi tra
ditur: aliàs eſt in dolo præſumpto.*
2 *Non eſt licitũ in alieno exercere miſericordiam vltra intẽtionem domini.*

1 **Si hominem.** †Depoſitarius, vel ſequeſter dẽt rem re ſtituere in eo ſtatu, in quo ſibi traditur,
2 aliàs eſt in dolo præſumpto. h.d. ¶ † Et no. hic ꝙ non eſt licitum in
alieno exercere miſericordiam vltra intentionem dñi. ¶ In text.
ibi, { ſequeſter ſoluerit. } ſupple, & ꝑꝑ hoc, ꝙ ſeruus aufugit, vide-
batur, ꝙ non tenearis, q̄a depoſitarius non tenẽ niſi de dolo, &
hic non videris fuiſſe in dolo, poſt q̃ pietate, & miſericordia du-
ctus ipm ſoluiſti. Verũ eſt, non fuiſti in uero dolo, q̄a non feciſti
malitioſè. & animo nocendi, ſed fuiſti in dolo præſumpto, vel in
lata culpa, q̃ proxima eſt uero dolo, & hoc eſt, quod ſequitur { do
lo primum &c. } Et no. tex. ibi { quia cum ſciret &c.

**§.Datur actio.** Quando dolus purgatur per actio- nem ex contractu, hæres tenetur ex
dolo defuncti inſolidum, & ſi ſunt plures, tenerentur pro hæredi
tarijs portionibus, licèt quando purgatur per actionem ex deli-
cto, non teneatur hæres, niſi quatenus, ad eum peruenit. h.d. idem
qñ purgatur per actionem in factum, uel per actionem datiuam
a prætore, ut in l. fallentijs, hic no. in gl. quod intellige niſi poſt litẽ
conteſt. tunc enim datur in hæredem inſolidum, & cum pugatur
per actionem ex delicto. ut l. j. de priua. delic. & C. ne ex deli. de-
fun. l. vnica. & vide Bar. in d. l. j.

1 *Deponens in re depoſita præfertur omnibus creditoribus habentibus per-
ſonales actiones: & quid ſi ſunt plures deponentes.*
2 *Si in bonis mercatorum fugitiuorum dantur ſindici, uel curatores qui ha-
beant ea bona vendere, & ſatisfacere creditoribus per ſolidum, & li-
bram, quibus creditoribus prius ſatisfacere debeant.*

1 **§.Quoties.** †Qui rem depoſuit in bonis depoſitarij ha- bet priuilegium, vt pręferatur omnibus cre
ditoribus hñtibus, perſonales actiones dummodo ex depoſito
non receperit vſuras, quia tunc magis acciperet ad mutuum, q̃
depoſitum, quia mutuum non eſt priuilegiatum, & ſi ſint plures
deponentes, omnes ſunt æquales, non attenta prioritate, uel po-
ſterioritate tpis, & tenentur reſtituere expenſas factas in re depo-
2 ſit. h.d. vſque ad l. in depoſiti. ¶ † Not. text. pro iſtis mercatoribus
ceſſantibus & fugitiuis, qui dñr foro cedere & ideo in bonis eo-
rum dantur ſindici, uel curatores, qui habeant illa uendere, & ſa-
tisfacere creditoribus per ſolidum, & libram, nam ſi erant aliqui
penès tales mercatores habebant pecuniam in depoſito, vt com-
muniter ſit, ſi nullam utilitatem ſentiebant, dẽt primo eis ſatisfie-
ri, & reſiduũ diſtribui inter alios, ſi aũt recipiebant cõmodũ, licèt
adhuc dicebaẽ depoſitum, vt ſ. e. l. Lucius. tñ excedit nãm depoſi
ti, & accedit ad naturam mutui, nec debent eſſe melioris ꝯdõnis,
q̃ alij, ſed uenire ꝑ ſolidum, & librã, ſicut alij, & ꝓdicta, qñ tranſla-
tũ fuit dñium in depoſitariũ, q̄a non fuit depoſita pecunia ſigna-
ta in ſacculo, quo ẽt caſu præferẽ alijs qui non recipiebant com-
modum, præter q̃ in certis caſibus hic no. in gl. fi. aut non tranſtu-
lit dñium, quia depoſuit in ſacculo, ſi illa pecunia reperiaẽ, indiſtin-
ctè deponens præfertur omnibus alijs creditorib. ẽt hñtibus pri-
uilegium in perſonalib. actionibus, ẽt hypothecam, & hoc facit
dñium, quod eſt penès deponentẽ, ꝙ præferatur omnibus alijs.
ſi certum peta. l cum fundus. §. ſeruum tuum. ver. quo ad pecu-
liares, & l. ſi filius. & C. de bon. aut. iud. poſ. l. 4. & ſ. de trib. l. procu-
ratoris. §. ſi pl's. Recollige ergo ſic, ꝙ aut deponens dñium non
tranſtulit, & tũc ſi reperitur ſua pecunia, præferẽ omnib. alijs indi-
ſtinctè. aut tranſtulit, & tunc ẽt ſi illa pecunia reperiatur in bonis,
idẽ dẽt eſſe, ꝙ de alijs bonis, quia tranſiuit in creditũ. l. procurato-
ris. §. ſi pl's. ver. planè & ver. ſed ſi dedi. de trib. iſto ergo caſu reci-
piebat commodũ, vt puta, uſuras, & non eſt melioris cõdõnis, q̃
alij: aut nõ recipiebat, & tunc, aut alij habebant hypothecam bo-
norum, & illi præferuntur rõne iuris realis. vt d. l. procuratoris. §.
ſed eſt quæſitum. & §. ſi plures. verſi. planè. in l. 4. C. de bon. autho.
iud. poſ. aut non habebant hypothecam, & tunc aut non ha
bebant etiam priuilegium in perſonalibus actionibus, & de-
ponens præfertur eis. ut in prin. huius §. aut habebant priuile-

gia in perſonalibus,& tunc in quibuſdam caſibus, qui ponuntur hic in glo. quæ incipit.{ ſed contra.} priuilegiati præferuntur: & ita debet intelligi gl.l.ſi neutri.§.in bonis. de priui. cre. vbi dicitur, ꝙ deponens venit poſt priuil.& extra caſus illos. præfertur deponens:ita debet intelligi hic,dum dicit,{ ante priuilegia.}

L E X IX.

**Indepoſiti.** Ex dolo defuncti datur actio contra omnes hæredes pro hæreditarijs portionibus, ſed ex dolo vnius ex hæredibus alij non tenētur.h.d. cum hoc vltimo concordat l.de pupillo.§.ſi plurium. de operis noui nuntiatione:& debet limitari,niſi per defunctum fuiſſet promiſſa pęna, ſi contra fieret: quia tunc ex dolo, vel contra factionem vnius, committitur pœna contra omnes pro hæreditarijs portionibus ſi factum erat indiuiduum,tamē ille tenetur alijs ad intereſſe.quatenus propter factum ſuum damnificantur, quod dic, vt plenè habetur in l.ea.§.Cato.& l.2.§.fi.de ver.ob. ſic ex dolo vnius de pluribus depoſitarijs non tenetur alter,vt ſ.eo.l.j.§. ſi apud duos. in fi.niſi fuerit actum inter eos,ꝙ ſint plures rei debendi, vt ibi dixi; & tunc erit idem, quod ſ. quia etiam alij tenentur inſolidum, ſed recuperant a doloſo.

L E X XI.

1 *Depoſitum factum per ſeruum quomodo poſſit ſibi reſtitui.*
2 *Procurator conſtitutus ad contrahendum, & ad uendendum, cenſetur etiam habere mandatum de ſolutione pretij recipiendi: & an uideatur habere mandatum ad ipſum pretium petendum in iudicio.*
3 *Procurator conſtitutus ad exigēdum,ſi poſtea effectus eſt unus ribaldus, vt ſi ueriſimile ſit, quòd ſi dominus hoc a principio ſciuiſſet, non eum conſtituiſſet: quod habeatur pro reuocato, & ſoluentes ſibi ſcienter non liberantur.*

1 **Quod ſeruus.** †Depoſitum factum per ſeruum poteſt ſibi reſtitui, & liberatur depoſitarius niſi ſciat,vel ſcire poſſit dñm non conſentire, uel contradicere.h.d.& per iſtam l.& l.ꝙ ſeruus.j.de ſolu & per l.ſi vnus.§.j.ſ.de
2 pac.dicunt Docto.†ꝙ procurator conſtitutus ad contrahendū, puta,ad vendendum cenſeť ēt habere mandatum de ſolutione pretij recipiendi,quod eſt no.de quo vr̄ per Bar. in l. filia. j. de ſo. ſed an videať habere mandatum ad ipſum pretium petendum in iudicio,ſi non ſoluitur?dic, ꝙ pōt agere ſuo nomine proprio, q̄a ſibi eſt acquiſita actio,licet eam debeat cedere domino,:debet tamen cauere de rato tex.eſt ſ.de proc.l.nō ſolum.§. ſed interdum. quod eſt mirabile,& licèt agat ſuo nomine caueat de rato, vt ibi habetur,vide circa hoc ſ.de condi.inde.l.ſi Vrbana. & l.ſi pro parte.§.verſum.ſ.de in rem verſo.plenius,quàm hic ad intellectum l.
3 filia,& l.ſi cum Cornelius.¶†Not.tex.ibi,{ nec vlla cauſa interuenit.} ꝙ ſi procurator conſtitutus ad exigendum poſt conſtitutionem domino ignorante effectus eſt vnus ribaldus, ita quòd ſit veriſimile dñm non conſtituiſſe,ſi hoc a principio ſciuiſſet, vt ipſum deberet reuocare,ſi hoc ſciret habetur pro reuocato, & ſoluentes ſibi ſcienter non liberantur, ſicut ſi ſcirent mandatum reuocatum,licèt non ſit,& hoc dicūt Doct.in l.ſi cum Cornelius. j.de ſo.per illum tex facit quod dixi in l.rogaſti.§.fi.ſi cert. pet.

L E X XII.

**L.Si in Aſia.** Expenſa fienda in re depoſita, non pertinet ad depoſitarium, ſed ad deponentem,& depoſitum debet reſtitui in loco vbi res depoſita reperitur,ſine dolo depoſitarij.h.d.cum §. ſeq. dubium in primo dicto reſultabat ex pacto,quia depoſitarius ſe obligauerat ad reſtituendum Romæ,ſed certè propterea non dixit ſuis impenſis, ideo q̄a contractus non celebratur gratia ſui,videtur actum ꝙ expenſis deponentis,ſecus in commodato,vt dicit glo.j.

**§.Quemadmodum.** Poſt mortem periculū rei depoſitæ pertinet ad depoſitarium.h.d.dic,vt j.eo.l.ſi plures. §. fin. ¶ In text. ibi { poſt iudicium acceptum.} ſupple, vel poſt interpellationem. per quā conſtituitur in mora,vt l.ſi ex legati cauſa.de ver.ob. ¶Oppo.de l.ſi plures.§.fi.infra.& ſolue,vt ibi.

L E X XIII.

1 *Interpellator rei procurator quando conſtituat depoſitarium in mora.*
2 *Proteſtatio facta per procuratorem,non arctat proteſtatum,niſi oſtēdat inſtrumentum mandati.*
3 *Negotiorum geſtor qui non habet mandatum proteſtando, vel interpellando nomine domini, conſtituit quem in mora,vel culpa,ſi dominus poſtea ratificat.*
4 *Repetens depoſitū tanquam hæres deponentis, debet oſtendere ſe eſſe talē, nec ſufficit offerre cautionem de defendendo depoſitarium aduerſus alium prætendentem ſe hæredem.*
5 *Litigans vſque ad fidem factam de iure agentis poteſt habere iuſtam cauſam litigandi, & condemnabitur in expenſis factis poſt probationem, non ante.*

1 **L.ſi quis inſi.** Interpellator quamuis facit tanquam procurator, vel tanquam hęres deponentis,non conſtituit depoſitarium in mora, niſi fidem faciat de
2 mandato,uel ꝙ ſit hæres h.d.¶†Not.& ſemper allegatur, & per iſtam l.dicit Bar.ꝙ proteſtatio facta ꝑ procuratorem non arctat proteſtatum niſi oſtendat inſtr̄m mandati,vt hic. & l. nomen. C. quæ res pig.ob.po.in verſi.certior factus,& plene ēt per ipſum in
3 l.non ſolum.§.fi.de ope.no.nun. pro hoc etiam videtur, †ꝙ neg. geſt.qui non hēt mandatum non poſſit proteſtādo, vel interpellando nomine domini cōſtituere quem in mora, vel culpa,poſtquam non poteſt mandatum oſtendere. ¶Sed in contrarium videtur caſus in l.qui ſolutioni.§.mora. j.de vſur.Barto.tangit iſtum paſſum in l.ſi ſeruum.§.videamus. j.de verb. ob.& ibi dicit,ꝙ ſi interpellat,ut ſoluatur ſibi, non valet, vt hac l. ſi vt ſoluatur domino,cuius negotia gerit benè valeat, vt d.§. mora. dicit tamen,ꝙ dominus ratificabit proteſtationem, vel reſtitutionem, vt l. qui
4 abſentem.ſ.de procu.& ibi tangitur per eundem Bar.†not. etiam hic ad declarationem eius,quod habetur in l.j.§.apud Iul.ꝙ quando quis repetit depoſitum,tanquam hęres deponentis, non ſufficit,ꝙ offerat cautionem de defendendo depoſitarium aduerſus alium,qui ſe prætenderet hæredem, ſed ēt debet docere ſe hære-
5 dem eſſe,aliàs non auditur, vt ibi dixi per iſtum text. ¶ † Vltimo Bartol.colligit hic vnam practicam,dum dicit tex.{poſtea autem cum cognouerit &c.} ꝙ pōt quis habere iuſtam cauſam litigandi in certa parte litis,& poſtea non,ſi facta eſt fides de iure agentis,licèt a principio poterit iuſte ignorare, condemnabitur in expenſis factis poſt,non in factis ante, quia habuit iuſtam cauſam litigandi,vt hic,& l.deſtitiſſe. ſ. de iu. ſecundum eum, & uenit iſta l. ad declarationem eius,quod habetur.ſupra proximo §.quia poſt moram periculum pertinet ad depoſitarium.hoc dicit.

2 *Quando eſt in obligatione rem reſtitui non competit certi condictio generalis niſi contra furem*

1 **§.Competit.** †Pro re depoſita nō competit petitio, niſi poſtquam dolus fuit in eo commiſſus.h.d.& ſic videtur hic caſus de eo,quod quæſiuit,& determinauit gl.in l.certi.condi.in prin. quæ incipit quid ſi certum.in fin.
2 †ꝙ quando eſt in obligatione rem reſtitui, non competit certi condictio generalis,niſi contra furem,& hoc patet hic, quia poſt dolum commiſſum tenetur depoſitarius furti, & condictione furtiua,cum qua concurrit certi condi.generalis.

L E X XIIII.

**Si plures.** Si maior pars heredum deponentis repetit depoſitum,dēt indiſtinctè reſtitui ēt alijs abſentib. pſtita cautione de defendendo reſtituentem aduerſus alios. h.d. Sed ſi non maior pars,tunc diſtinguit,an ↄſiſtat in pecunia, tunc dēt reſtitui,quatenus illum tangit,an in re indiuiſibili, & tunc in totum ſicut hic præſtita cautione,vt ſ.eo.l.j.§.& ſi pecuniam. quando autem ſunt plures deponentes,dic ut eadem l.§. ſi duo.

2 *Si res debita perijt poſt moram, quando pertineat periculum ad creditorem.*

1 **§.Siue autem.** †Si res debita pereat ante moram, periculum pertinet ad creditorē ſm intellectum gl.q̄ non placet,q̄a ſecundum ipſum oportet deſtruere tex.primo dum dicit,ante rem iudicatam, & ſic innuit, ꝙ lis erat ↄteſtata,ut patet,ēt dū dicit.actū fuerit.Sed ſm intellectum gl. oportet dicere,ꝙ nō erat actū,nec interpellatū, ut patet ex princ. gl.dū dicit,{ & añ motā ↄtrouerſiam.) qđ eſt directò ↄ tex. in fin. dū dicit. {vtique cū interitura.}nā ſm intellectū gl.oportet ſupplere maximè,in prin.gl.2.ſed volēdo ſuſtinere glo.dic, ꝙ hic erat actum,ſed pōt dici,ꝙ hēbat iuſtā cām ligandi,certè tunc cum non eſſet in mora,ut j.de vſur.l.ſi quis ſolutioni.in prin.ſed gl.hic dicit.
2 ꝙ eſt in mora,qđ eſt ↄ illum tex.iō ſm lec.Mar.h. d. †ſi res debita perijt poſt morā,pertinet periculum ad creditorem, ſi res fuiſſet eo.mō penes eum peritura,tunc pertinet periculum ad debitorem moroſum,vt l.ſi in alia.§.fi.de verb.ob.le. nemo. §. j. Quarū leg.timore ſunt iſtæ varietates in glo. vnde limitantur per. iſtum §.ſecundum Mar.cuius opi.puto veram, quando conſtabat, ꝙ eo modo fuiſſet peritura.Si autem non cōſtabat, alias dubitatur, pſumitur non fuiſſe peritura in odiū moroſi,vt d.l.ſi in Aſia.§.fin. & l.cū res.§.fi.de leg.j.Et hoc in actione perſonali, ſed in reali præſumitur contrarium,ꝙ eodem modo fuiſſet peritura, ſi non probatur contrarium,ut l.item ſi verberatum.§.fi.de rei ven. de quo tetigi in l.qđ te.ſ.ſi cer.pe.In actionibus autem ex delicto indiſtinctè tenetur delinquens de interitu, ut l. j. C.ꝙ me. cau.& l.j.§.rectiſſime.de ui,& vi ar.& no.in l.quod te.¶In tex.ibi,{ſua natura.} ſupple.tm̄,& ſic non interueniente aliquo dolo, uel culpa depoſitarij,in fi.tex.utique cum,expone.cum pro ſi,ſeu quando,

L E X XV.

2 *Ille,contra quem agitur actione depoſiti,vel commodati,poteſt opponere exceptionem proprij dominij,non alterius;*
3 *Agenti ex l. ſi quis conductionibus .tit.C.loc.non poteſt obijci exceptio proprij dominij.*

Qui

1 **Qui rem** †Ex depoſito commodato,locato,uel precario rei ſuæ,non poteſt quis conueniri actione deſcendente ex tali contractu:quia non valet hoc dicit. licèt poſſim tibi commodare,vel apud te deponere rem alienam, & oritur mihi actio commodati,vel depoſiti,vt ſupra eod. l. j. §. ſi prædonem tamen tuam non poſſum,nec valet contractus, nec ali-
2 qua oritur obligatio, vel actio †Et ſic licèt non poſſis mihi obijcere exceptionem de dominio alterius: quia non excludit intentionem meam,de tuo tamen poſſes obijcere: quia excludit intentionem meam ipſo iure,vt hic.& l.fi.C.de rei ven.hoc tamen ve-
3 rum,ſi ago actione deſcendente ex contractu tali. † Sed ſi agerem vtili condic.quæ oritur ex l.ſi quis conductionis.C.loca.quę directa competit in contractu locationis, ſed vtilis competit etiã in alijs,in quibus cõtrahitur obligatio ad reſtitutionem eiuſdem rei:vt ibi not.in l.ſi rem alienam.ſupra de pig. tunc non poſſes mihi obijcere exceptionem de dominio proprio: quia videtur agi quodammodo poſſeſſorio reſtituendæ in quo non admittitur etiam exceptio proprietatis,etiam ſi excipiens paratus eſſet incõtinenti probare,quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, vt l.ſi quis a ſe fundum.C.ad l.Iul.de vi.¶Item intellige hanc l.quando depoſui,vel commodaui ratione proprietatis quam non habebam,vel ſimpliciter,quo caſu præſumitur. Si autem ratione poſſeſſionis quam habebam:tunc tenet locatio, vel precarium, & ſimiles contractus, vt l.ſi aliquam rem,de acqui. poſſ. patet etiam hic:quòd ille qui patitur penes ſe deponi,vel commodari rẽ ſuã, non cenſetur renuntiare dominio ſuo.Sed, an poſſeſſioni,ſi eam habebat?dic,vt d.l.ſed ſi aliquam rem.

LEX XVI.

**L.Si is apud quem.** Si depoſitarius rem penes alium deponat bona fide, tenetur de dolo ſecundi depoſitarij, liberatur tamen actionem cedendo.hoc dicit.Ratio,quare liberatur,quia non tenetur reſtituere,niſi quatenus debet,ſupra eo.l.j.§.fin. & ſeq. & ipſe hic non habet,niſi actionem.

LEX XVII.

1 *Sequeſtrum in quo differat a ſimpliciter depoſito.*
2 *Per ſequeſtrum transfertur poſſeſſio,quando fit de uoluntate partium, ſecus ſi per ſolum iudicem.*

1 **Licèt.** †Sequeſtrum differt a ſimplici depoſito in tribus, quæ hic continentur.hoc dicit. Primum eſt:quia ſequeſtrum non fit niſi de re litigioſa, ſimplex depoſitum poteſt fieri etiam de non litigioſa. Secundum eſt, quia ſequeſtrum non poteſt fieri niſi a pluribus inuicem litigantibus, ſed depoſitum
2 poteſt fieri etiam ab vno. ¶† Item ſequeſtrum [a] cenſetur fieri a
a quolibet de litigantibus inſolidum: ſed depoſitum cum fit a pluribus,cenſetur fieri a quolibet pro parte, quam habet in re: ut in l.j.§.ſi duo.ſupra eod.Adde quartam differentiam:quia per ſequeſtrum transfertur poſſeſſio,quando fit de uoluntate partium: ſecus ſi per ſolum iudicem:ut in l.intereſſe puto.§.de acqui poſ.ſed per ſimplex depoſitum nulla trãsfertur poſſeſſio. ſed ſimplex detentatio. Sic ergo depoſitum ſe habet, ut genus, & ſequeſtrum, ut ſpecies,quia omne ſequeſtrum eſt depoſitum, ſed non econuerſo.Et pro eo datur actio depoſiti,vt hic, & ſupra eod.l.ei. §.in ſequeſtrum.

ADDITIO.

a Sequeſtrum.Adde quid de clericis,an poſſint recipere ſequeſtra, uide per Sal.in l.cum apud actores.in §.ſin autem.in 4.no.C.de bo.autho.iudi.

LEX XVIII.

**L.quod tumultus.** Actio depoſiti in quatuor caſibus de quibus hic, datur contra hæredem infra annum tantum, etiam cum datur in ſimplum ex dolo defuncti. hoc dicit regulariter ſecus, quia quando dolus purgatur per actionem ex contractu, datur actio in hæredem inſolidum, & perpetuò, ut ſupra eod. ſi hominem.§.datur. fallit hoc vbi datur infra annum tantum, & quæ ſit ratio, dic, ut hic in j.lect.glo.

LEX XX.

**Si ſine dolo.** Depoſitarius qui ſine dolo, & lata culpa deſijt habere facultatem rei reſtituendæ deſijt poſſe condemnari,ſed ſi recuperat, reincipit teneri, & primo caſu tenetur cauere de reſtituendo,cum recuperabit hoc dicit.Dic ergo licèt deſinat habere facultatem rei reſtituendæ non propterea actio depoſiti extingueretur,quia ſi extingueretur, poſtea non reuiuiſceret.licèt poſtea facultatem rei reſtituendæ recuperauerit,ut l.qui res.§.aream.infra de ſol.ſubducitur duntaxat ergo perſona ab obligatione,quouſque recuperabitur, & ſic interim obligatio conſiſtit in aere,ſimile not.in l.2.de uerb,ob.Quarto,obligatio ſtat in pendenti,ratio, quare non tenetur depoſitarius,vt l.videlicet ſupra ex quibus cau. maiori, quæ ratio ceſſat in caſibus allegatis,hic in glo.pro contrarijs.vel fallentijs.

LEX XXI.

**Si apud.** Ex depoſito facto penes filiumfam. uel ſeruum, poſſunt ipſi conueniri facti ſui iuris. hoc dicit.ſed inquantum dicit de ſeruo: non videtur procedere, quia a princ. non fuit orta actio,nec obligatio ciuilis, ergo nõ videtur ex poſt facto oriri,ut l.ſerui & filij.in prin. infra de fur. & ubi unus haberet facultatem rei reſtituendæ, quia tunc de æquitate ille ſolus poteſt conueniri,vt l.3.§.hæres.ſupra commo. propter hoc glo. intelligit,quòd non agitur ex cõtractu depoſiti,ſed rei uendi. Tu dic contrarium procedere de rigore,ſed de æquitate datur actio poſtquam non poteſt dari, & ipſe habet facultatem rei reſtituendæ,& ſic in hoc habet naturam actionis realis.

LEX XXII.

1 *Hæredes plures depoſitarij ſi ſeparatim dolum committunt, uel communiter,quomodo teneantur.Diuiſio præſentis legis in plura membra.*
2 *Quòd bonum ſit argumentum,ſi obligatio diuiditur inter hæredes, ergo, & inter depoſitarios,& uide diſtinctionem hic.*

1 **Si i duo hæredes.** †Ratione doli commiſſi in faciendo, quilibet ex hæredibus depoſitarij tenetur pro parte,pro qua commiſit dolum,ſi depoſita erat pecunia,quia non poteſt pro parte committi. Si verò ſpecies,quilibet inſolidum,quia non niſi inſolidum committi poteſt ratione veri doli,in non reſtituendo quilibet tenetur, & condemnatur pro parte,licèt reſtitutio fieri non poſſit niſi inſolidum.hoc dicit,& eſt notabilis l. & magiſtra maximè ad intellectum l. ſi vt certo.§.ſi duobus.ſupra commo. Et primo loquitur de obligatione ſecundaria,quæ contrahatur ratione doli vſque ad verſic. planè.Secundo de obligatione primitiua quæ contrahitur ad reſtitutionem rei ſecundum Bar.tu dic, ꝙ tota loquitur de ſecundaria;quæ contrahitur ratione doli,& vſque ad illud uer.planè,loquitur,quando dolus fuit commiſſus in faciendo.quo caſu diſtinguitur,aut res erat diuiſibilis, ut pecunia, aut indiuiſibilis, ut ſpecies,cuius corpus nõ põt diuidi ſalua ſubſtantia ſubiecti,licèt poſſet diuidi dominium.In illo verſi.planè,loquitur quando fuit cõmiſſus in non faciendo. i.in non reſtituendo, & ſic diuiditur ad æſtimationem.Vnde ſicut ipſa obligatio primitiua quæ contrahitur ad reſtitutionem rei diuiditur inter hæredes, quia quilibet tenetur pro hæreditaria portione, non ultra, niſi habeat facultatem rei reſtituendæ,vt l.3.§.hæres.ſ.comm.ita obligatio ſecundaria quę ꝯhitur ad ęſtimationem,quia res non reſtituitur,nam quilibet condemnabitur pro portione hæreditaria, & ideo quilibet ſoluendo ſuam partem liberaretur, licèt non poſſet liberari per reſtitutionem rei pro parte, quia non poteſt fieri niſi inſolidum, ſed Bar.videtur intelligere in fin.ꝙ debeant condemnari ad reſtitutionem rei quilibet pro parte, quod verum eſt in ſe. tñ text.dicit,ꝙ fit condemnatio,quia non reſtituitur res.Vnde non poteſt intelligi,quando fiat in æſtimatione.glo.hic loquitur contra tex. dum dicit,ꝙ hic in fi.agatur inſolidum,ſed condemnatio fit pro parte,ſed hic nõ dr̃ in tex.ꝙ agitur inſolidum,licèt dicatur, quòd non poteſt fieri reſtitutio,niſi inſolidum. ¶Itẽ gl.intelligit iſtũ ver. plane,ut loquatur,qñ dolus fuit commiſſus in faciẽdo, ut contrectando ſpeciẽ depoſitam, quo caſu agitur ꝯ quemlibet inſolidũ, & ẽt fit condemnatio, *vno tamen ſoluente, alter liberatur*, vt ſ. eo.l.j.§.ſi apud.Sed iſte ver.planè, loquitur qñ fuit commiſſus in non faciendo.¶In tex.ibi,{ vterque ſoluendo.} poſſit alter inſolidum cõueniri etiam hoc caſu, qñ depoſita erat pecunia, quod fortè eſt uerum,ſi communicato conſilio ipſam diuiſerunt,quaſi per hoc videatur alter alteri præſtitiſſe auxilium, & fauorem, & ſic quilibet inſolidum cenſetur commiſiſſe dolum, ſed ideo non conuenitur inſolidum,& ſi ſunt ſoluendo,quia non in plus intereſt deponenti,non ergo conuenitur pro hæreditarijs portionibus.ſed quatenus de pecunia depoſita ſibi appropriauerunt.¶In
2 tex.ibi,{ acsi ipsi ſeruandam ſuſcepiſſent. ¶†No. ergo bonum eſſe argumẽtum,si obligatio diuiditur inter hæredes,ergo, & inter plures depositarios,ac si ipsi depositum ſuſcepiſſent, & ita vr̃ inducere glo.in l.j.§.si apud,in uer.tu dic.ibi dum dicit, { sicut eſt in pluribus hæredibus.} quod bñ probatur hic. Et diſtingue etiã in hac mã,aut agit̃ primitiua obl'one,q̃ ꝯhitur ad rei reſtitutionem, & tũc q̃libet teneẗ ꝑ parte,siue sint plures hr̃des, ut fuit in l.depoſiti,in prin.ſ.eod.siue sint plures depositarij, ut l.1.§.si apud duos. ſ.eo,tit.& l.si ut certo.§,si duobus.ſ.commo.& in hac l.circa medium ibi,{ ac ſeruandum &c.} etiam si conueniat ex dolo defuncti,vt d.l.in deposiri,in prin.hoc verum, nisi expreſsè fuerit actũ, ꝙ quilibet teneatur inſolidum,ut in gl.d.l.j.§. si apud duos, ibi, tu dic,aut agitur obl'one ſecundaria,& tũc, aut dolus fuit commiſſus in faciendo,aut non faciendo,primo caſu,aut erat res,quę poterat diuidi ſalua ſubſtantia ſubiecti,non ut ſpecies, quæ diuidi nõ põt ſalua ſubſtantia ſubiecti,& tũc si oẽs ꝯmiſerunt delictũ (aliàs dolum) q̃libet tenetur ꝑ ea parte,q̃ deuenit ad ipſum, si oẽs ſunt ſoluendo,vt hic in prin.huius l.aliàs ſecus.Si aũt non oẽs, & tunc

ille ſolus conuenitur, qui dolũ commiſit, vt in d.§.ſi apud duos in
fi. ibi idẽ, aut res diuidi non poterat, & tunc aut omnes commiſe-
runt dolum, & quilibet tenetur inſolidũ, etiam ſi non ſit actum,
vt in d.§.ſi apud duos, & in hac l. circa med. & in l. ut certo. §. ſi
duobus. ver. ſed verius ſecundum uerum intellec. licet gl. aliter ibi
ſentiant ſ. commo. aut non oẽs, & tunc qui commiſerũt dolum,
tenent, vt in d.§.ſi apud duos, in fi. hoc verum, niſi pœna fuerit ꝓ
miſſa ꝑ defunctum, & tunc ex dolo vnius oẽs tenerentur, & qui
commiſerunt dolum, recuperabunt ab alio qui commiſit, vt in
l.2.§.ſi. de uerb. ob. & in l. ea. §. Cato. & hoc quando conueniun-
tur ex dolo ipſorum, ſecus ſi ex dolo defuncti, quia omnes pro
parte, vt dixi in j. membro. Illud autem, quod dixi omnes teneri
inſolidum, uerum eſt quantum ad obligationem, ſed conuento
vno, & exacto, liberabuntur omnes, vt d.§.ſi apud duos. Secũdo
caſu, quando dolus fuit commiſſus in non faciendo, ideſt in non
reſtituendo, & tunc deuenitur ad reſtitutionem, vnde ſicut obli-
gatio primitiua quæ contrahitur ad reſtitutionem rei diuiditur ꝓ
hæreditaria portione, & iſta obligatio ſecundaria quæ cõtrahitur
ad æſtimationem, quia res non reſtituitur, nam quilibet condem
nabitur pro parte, & quilibet ſoluendo partem ſuam liberabitur,
licèt non poſſet liberari per reſtitutionem partis rei. Ita loquitur
iſte verſi. planè. in fi. licèt glo. & Bar. cum aliter intelligãt, ſed aliter
non poteſt intelligi, vt patet in declaratione ipſius. Die natiuitatis
ſancti Ioannis ſcripſi hanc diſtinc. nam pluribus diebus, ante pro-
poſueram de ipſa mentionem facere, tamen non ſcripſi eam or-
nate ſicut ſi eam de nouo reſcriberem, ſed pro nunc, non curo,
quia habeo intellectum ipſius, Sed ſi uis eam plenius habere re-
uoluas ſcripta iſtarum legum ſuper quibus eſt fundata.

LEX XXIII.

Actione depo. In hac actione admittitur compu-
tatio impenſarum. h.d. qñ ergo re-
peritur res, depoſitarius habet iuſtam cauſam retinendi, niſi reſti-
tuantur ſibi impenſæ, nec conſtituitur in mora: vt no. ſ. e. l. ſi plu-
res. §. fi. per gl. & ſi non oppoſuit exceptionem, poteſt eas repe-
tere per contrariam actionem depoſiti, ſicut dicitur in commo.
ſ. de commo. l. in rebus. §. ſin. & not. hic caſum de eo quod dixi in
l. j. §. ſi quis ſeruum. ſ. eo. in uerſi. ſi verò nihil aliud, ꝙ depoſitarius
non tenetur alere rem depoſitã de ſuo, vt d. l. in rebus. §. poſſunt.
¶ In tex. ibi, { experietur } ſcilicet excipiendo, vel dic etiam recon-
ueniendo, & tunc non, niſi coram eodem iudice, vt in l. penul. C.
de ſenten. ſed ex illo iudicio finito ſi nec excepit, nec reconuenit,
poteſt principaliter conuenire etiam coram alio iudice, & ita in-
tellige glo.

LEX XXIIII.

1 *Commendatum, & depoſitum idem ſunt. Item depoſitum quid propriæ dicatur.*
2 *Quando traditur pecunia alicui, an ſit depoſitum an mutuum, quando nõ apparet quid actum ſit,*
3 *Debitor promittens in inſtrumento ſoluere vbicunq; locorũ, vel vbi creditor uoluerit, uel ubi ipſum debitorem repererit, poterit ubicunque locorum conueniri, & quid ſi dixiſſet ſe uelle conueniri ubicunque.*

1 LVcius Titius. † Commendare idem eſt, ꝙ
deponere, & depoſitum ꝓ-
priè eſt, quando non trãſfertur dominium, nec poſ-
ſeſſio & ſic non datur facultas conuertendi in pro-
prios vſus. Poteſt tamen dici depoſitum, etiam ſi transferatur do
minium, & detur licentia conuertendi in proprios uſus, tunc ta-
men non eſt propriè depoſitum, cum egreditur terminos eius.
tamen depoſitum eſt, ſi ita fuit actum, & ſic eſt contractus bonæ
fidei, ideo poſſunt venire vſuræ tam ex mora, ꝗ etiam ex pacto
incontinenti appoſito, licèt ſecus eſſet in mutuo, qui eſt ꝯtus ſtri
cti iuris. h.d. in effectu, & ſemper allegatur iſta l. nam communi-
ter illi qui ponunt pecunias apud mercatores, ponunt per viam
depoſiti, & ita fiunt ſcripta, cum omnia concurrunt in mutuo,
quia non traditur pecunia in ſacculo ſignata, quod eſſet verum
depoſitum, ut j. e. l. ſi ſacculum. ſed in numerata, & ſic transfertur
dominium, & datur licentia conuertendi in proprios vſus, & ni-
hilominus dicitur depoſitũ, poſtquam ſic fuit actum, vt j. e. l. dies
2 ſponſaliorum. §. fin. † Quid autem ſi non apparet quid ſit actum?
vr̃, ꝙ potius ſit mutuum, quia magis accedit ad naturam mutui,
gl. in d. l. dies ſponſaliorum, vr̃ teneret contrarium, ꝙ ſit depoſi-
tum, idem tenet Bal. in l. incendium. C. ſi cer. pet. quia fauorabilius
eſt danti habere actionem bonæ fidei, ꝗ ſtricti iuris, de hoc tetigi
in l. e. cum quid. ſi cer. pet. nam hoc poteſt procedere, ſi fuit data
ſine pacto lucri, ꝙ recipiens negotietur, & tradat partem, tunc ha
bemus tex. no. qui dicit, ꝙ eſt contractus innominatus, qui aſſimi
latur ſocietati in l. Titius. j. de pſcri. uer. & quare non dicatur con
tractus ſocietatis, uel etiam mandati, quia in mutuo non traditur
pecunia cum tali pacto, ſed ut recipiens negotietur pro ſe, & qa
tex. eſt aliquantulum ſcabroſus, diuide, quia primo determinat eſ
ſe depoſitum, vſque ibi, { quod ita verum eſt. } Secundo determi
nationem limitat, ut ſit uera ſine dubio, quando agitur, ut idem
corpus reſtituatur vſque ibi { nam, vt. } Tertio reuocat in dubiũ,
quid iuris, quando fuit actum, non idem corpus: ſed aliud tan-
tundem reſtituatur, in qua ponit quis ſit effectus quæſtionis, di-
cens, ꝙ ſi non eſſet depoſitum, ſed mutuum, non poſſent uſuræ
uenire circa ſtipulationem, ſecus ſi eſt depoſitum, vſque ibi, { ſed
3 contra. } ¶ † Quinto, & vltimo colligitur ſolutio, quòd eſt depoſi
tum, poſtquam eſt ita actum, tamen non venient vſuræ niſi ex
mora, vel pacto. ¶ In tex. ibi, { vbi volam. } iſte tex. allegatur ad id,
quod quotidie fit: quia in inſtrumentis promittit debitor ſoluere
vbicũque locorum, uel ubi ipſe voluerit, vel ubi ipſum repererit,
quo caſu quocunque locorum poterit conueniri, quaſi videatur
ibi contractum, vbi fuit collata ſolutio, ut l. contraxiſſe, de act. &
oblig. ſecus, ſi non promiſiſſet ſoluere vbique locorũ, ſed dixiſ-
ſet ſe uelle conueniri vbique: quia per hoc non ſortitur forum
ubique, quia non confert ſolutionem alibi, nec prorogatur iuriſ-
dictio alterius iudicis ex tali pacto, ut l. ſi conuenerit. de iuriſdict.
om. iud. ¶ In tex. ibi, { quæritur propter vſurarum commodum. }
aliàs, incrementum: ſupple, de nomine contractus, an ſit depoſi-
a tum, uel mutuum [a].

ADDITIO.

a An ſit depoſitum, uel mutuum. Adde Doc. in c. in ciuitate, & in c. nauigant i. de vſu.

LEX XXV.

2 *Si rem, ꝗ tibi donare uolo, te præſente alteri trado, perficitur donatio, & uideris apud illum deponere, & contra illum datur tibi actio depoſiti, & ſi te non præſente datur tibi actio neg. geſt. non mandati. & nu. 1.*

1 DIes ſponſa. ¶ † Qui me pſente res meas reci-
pit in depoſitũ tenet mihi depoſi-
ti. h.d. Vel ſi rem, quam tibi volo donare, te præſente
alteri trado, perficitur donatio, & uideris apud illum
deponere, & ꝯ illum datur tibi actio depoſiti. h.d. adde l. donatio
nes. §. ſpecies. j. de dona. Sed ſi te non præſente, datur tibi actio
neg. geſt. nõ mandati: qa cũ uideris mãdaſſe, cũ non ſit pſens, nec
depoſuiſti: qa depoſitum ꝯhitur re ipſa, & hoc pp abſentiam, nõ
põt interuenire inter te, & ipſum realis traditio. Vnde nec fingi-
tur interueniſſe: & hoc probatur in l. fideiuſſor. §. fi. ſ. de neg. geſt.

§. Qui pecuniam. Idem dicit l. Lucius. in fine.
ſupra eod. & not. glo. pro eo,
quod ibi dixi.

LEX XXVI.

1 *Ex pacto appoſito in traditione rei meæ ꝗ durat mea, acqritur alteri utilis actio, & ſi eſt coniuncta perſona, præſumitur appoſita animo donandi.*
2 *In traditione rei meæ, quæ durat mea in quatuor caſibus tantum, alteri quæritur actio.*
3 *Mulier dans dotem pro ſeipſa, poteſt paciſci eam reddi filio, uel nepoti, & quæritur illi utilis actio.*
4 *Si depono rem meam tuo nomine, uidetur tibi donare, ſi es coniuncta perſona, uel affinis: aliàs ſecus.*
5 *Si depono rem meam, quæ durat mea penes te cum pacto, quòd reſtituas illi, qui tibi præſentabit literas meas, an ille, qui præſentat, ſi non uis reſtituere, poſſit contra te agere ex illo pacto.*
6 *Verba, ſi Deus aliquid fecerit, quòd intelligantur de iure ſi moriar, uel ſi morietur.*

1 Publia. † Ex pacto appoſito in traditione rei meæ quæ du-
rat mea, acquiritur alteri utilis actio, & ſi eſt coniũ-
cta perſona, præſumitur appoſita animo donandi. h.d. text. cum
glo. & ad hoc communiter conſueuit allegari, & quantum ad pri
mum, vt quæratur actio, non refert ſi ſit coniuncta perſona, uel
non, ut patet ex no. per Bal. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulam, de
uer. ob. licèt iſtud non bene iure caueatur: quia iſte text. in quo
principaliter ſe fundat, loquitur, qñ erat cõiuncta ꝑſona, & de de
ſcendentib. ſed qñ erat oĩno extranea, nõ reperio iure expſſum,
2 tñ Doc. ita tenẽt. ¶ † Si aũt in traditione rei meæ, ꝗ nõ durat mea:
& tunc in quatuor caſib. tñ alteri quæritur actio. ſ. in mutuo: &
tunc quæritur directa: ut l. certi condictio. §. ſi nummos. ſi cer. pe.
Item in donatione fauore exercẽtis liberalitatẽ. ut l. quoties. C. de
donatione, ꝗ ſub mõ; & tũc acquiritur vtilis. Item in dote quam
quis dat pro muliere, qui põt paciſci, ꝙ reſtituat, & quæritur illi
utilis ex illo pacto l. Caius. ſol. mat. nam ẽt ſi nõ paciſceretur, poſ-
ſet illa agere; qa præſumitur ſibi donata; ut C. de rei uxo. act. §. ac-
3 cedit. † Eſt & quartus caſus in dote, quam mulier dat pro ſeipſa,
nam paciſcit eam reddi filio, uel nepoti, & quærit illi utilis actio, vt
l. pater. de pac. conuen. regulariter contra, qa ex pacto appoſito
in traditione rei meę, ꝗ nõ durat mea nõ põt alteri quæri actio, ut
l. debitor. §. fi. ad Treb, & l. filiæ, de ſol. ſi aũt paciſcor ſuper re tua,
poſſum tibi actionẽ acqrere ſiue durat tua, ut l. pe. C. ad exhiben.
4 ſiue non, vt ſ. de pign. act. l. ſi cũ uenderet. † an aũt ſi deponam rem
meam tuo noĩe, videor eam tibi donaſſe? Bar. in l. ꝗ dotis. ſol. mat.
uidetur tenere, ꝙ ſic, ſi erat de deſcendentib. non aliter, de quo vi
detur tex. cum gl. licèt ipſe non alleget. Sed in contrarium facit, ꝙ
ẽt ſi non ſit de deſcendentib. uel aliter ſit cõiuncta perſona, uel affi
nis præſu-

nis p̄ſumatur donatio,vt C.de don.inter vi.l.ēt. quæ vr̄ probare,
ſi benè inſpicitur:licèt Bar.ibi colligat ꝯtrium. Si aūt omnino ſit ex
tranea perſona:tunc ſecus,vt l. donationes, q̄ in concubinam. §.
pe.de do. ¶Vltimo ſcias,ꝙ hic loquitur, qn̄ paciſcor reddi certæ,
5 & determinatæ perſonæ. ¶†Quid aūt ſi depono penes te, cum
pacto,quòd reſtituas illi qui tibi præſentabit literas meas: an ille q
præſentat,ſi non vis ſibi reſtituere habeat contra te actionem ex
illo pacto,& ſic poſſit te compellere? Cyn. mouet iſtam quæſtio-
nem,& determinat,ꝙ non.C.de prob.l.ad probationem, in fi. ſe-
cundum Pet.nec allegat iſtam.l.quæ facit in contrarium, niſi ſol-
uamus,vt dixi.ſ. ꝙ hic loquitur, quando pactum eſt collatum in
certam perſonam.quæſtio Cy. qn̄ in incertam: ſed tunc pro rō-
6 ne diuerſitatis cogita ¶†No.ēt dum dicit,{ ſi aliquid mihi huma-
num contigerit. } ꝙ iſta verba,ſi Deus aliud fecerit,de iure intelli-
guntur, ſi moriar,vel ſi morietur,ſecundum Bar.

§.Lucius Titius. In contractibus bonæfidei de pacto nudo debentur vſuræ. h.d.idem videtur in ſtricti iuris,qui aſſimilatur bonæfidei, vt ȷ.de præſcrip.verb.l.Lucius,& ibi no.& in glo.& iſte §. idem dicit, ꝙ l. præcedens in §.fi.& l.Lucius Titius.ſ. eodem.

2 *Confeſſio iudicialis inducit obligationem, & actionem in factum, ſicut ſententia, & quid extraiudicialis nu. 1.*
3 *Forma libelli, quando agitur contra eum q confeſſus eſt ſe teneri: puta ad centum.*
4 *Confeſſio extraiudicialis, licèt inducat probationem, nō obligationem, tamen non eſt propriè probatio, ſed releuatio ab onere probandi, & recipit probationem in contrarium, etiam in iudicio, ſi per errorē ſit emiſſa.*
5 *Confeſſio extraiudicialis reiterata præſente parte inducit obligationem, uel etiam parte abſente, ſi interuenerit ſcriptura confitentis.*
6 *Si qs ſcribit in libro ſuo ſe eſſe debitorē talis, licèt illo abſente ſtatur libro.*
7 *Epiſtola ſi continet aliquid pro ſcribente, quando ei ſtetur, & quid in ſcriptura confecta manu alterius, ſi producatur.*
8 *Verba plus, uel minus, nihil important, nec minuunt de utili confeſſione, & quid ſi proferantur a teſte.*

1 §.Titius Sempronio. †Confeſſio extraiudicia
lis non inducit obliga-
a tionem,ſed probationem. Item ſcriptura priuata [a] facit etiam fi-
dem contra ſcribentem, non pro eo, niſi per aduerſam partem
fuerit approbata.hoc dicit text.cum glo.eſt §.vulgaris, & ſemper
2 allegatur.†confeſſio iudicialis benè inducit obligationem, & a-
ctionem in factum ſicut ſententia:quia confeſſus in iudicio habe-
tur pro condemnato, vt l. vnica. C. de confeſ. & per iſtum text.
3 †patet, ꝙ ſi ago contra te ad centum, dicens te mihi teneri, quia
confeſſus fuiſti te teneri ineptè ago, & debeo ſuccumbere: quia
videor agere ex confeſſione,& ex illa nuda eſt orta obligatio, uel
actio: debeo ergo dicere te teneri mihi ex tali contractu: & ad
hoc probandum debeo inducere tuam confeſſionem in ſcriptis,
vel ſine,& iſta habentur in Spe.de inſtr.edi.§.j.in verſic. ſed pone
egi.& quod no.per Ioan.And.in addit.Spec.ſm Nic.Ma.qui hoc
diſputauit,& adde qđ no.Bar.in l.j.§.ſi quis ita,in fi. & l.ita ſtipula-
4 tus.§.Chryſogonus,ante fin.de ver.ob. ¶†Item ſcias, quòd con-
feſſio,licet communiter dicamus, quòd inducat probationem,
non obligationem,ut hic,propriè tamen loquendo,non eſt pro-
batio,ſed releuatio ab onere probandi,ut no.Io.And. in c.bonæ.
de elect.& prob.ſuper rub. ¶Item recipit probationem in con-
trarium,etiam ſi fuerit ſcienter extra iudicium, ut l. cum falſa. de
iuris.& fac.igno.ſi autem in iudicio,non, niſi fuerit emiſſa per er-
rorem,iuxta ea,quæ habentur in l.error.de iur.& fac.ign.& l.non
fatetur.ȷ.de confeſ. & quod habetur in l.iura. C. de omni agro
deſer.lib. 10.vbi gl.dicit,quòd deſiderium apud acta publicatum
non poteſt corrigi,quod intellige,quando ſcienter, vt dixi, & ui-
5 de quod not.Bartol.¶†Item adde,quòd aliquando confeſſio ex
traiudicialis inducit obligationem,quando fuit reiterata, vt C.de
agri.& cenſi.l.cum ſcimus,& ibi not.per Barto. quòd non requi-
ritur etiam ad hoc,ut faciat probationem, quòd pars fuerit præ-
ſens,vt not.in l.cum de indebito.§.fin.de prob per .l certum. §.ſi
quis abſente, de confeſ. uel ꝙ interuenerit ſcriptura confitentis,
puta,epiſtola,vt eſt caſus,in quo caſu abſentia non nocet, nec ui-
tiat confeſſionem, uel quòd ſit ſcriptura in codice rationum ip-
6 ſius confitentis, † nam ſi quis ſcribat in libro ſuo ſe eſſe debitorē
talis,licèt illo abſente,ſtatur libro.l.nuda, & ibi plenè notatur per
7 Bartol.infra de don. †Vltimò quæritur circa fin. ſi epiſtola conti-
nebat aliquid pro ſcribente,an ei ſtetur? text.non determinat, ſed
relinquitur in arbitrio iudicis.glo.determinat,& dicit, quòd ſi ap-
probauit epiſtolam pro ſe in his, quæ faciebant contra ſcriben-
tem,& in fauorem approbantis tenetur eam recipere contra ſe,
& pro ſcribente.Et dicit,quòd iſtud eſt uerum, quando ſimplici-
ter approbauit, puta producendo in iudicio dictam epiſtolam
nulla facta proteſtatione per id, quod no.glo.in l.j.§.editiones.cir-
ca fin.magnæ glo.ſupra de eden.ſi autem cum proteſtatione, ꝙ
volebat ſtare ſcripturæ quatenus faciebat pro ſe, & contra ſcribē
tem,non in his, quæ contra ſe, & pro ſcribente, & tunc eſt diſtin-
guendum.Aut erant capitula connexa,quia unum ueniebat per
modum qualificationis ad aliud, & tunc non poteſt diuidere,
nam talis proteſtatio facit,ut non probet etiam pro ſe, ſed debeat
uel totum approbare, uel in totum reprobare, ut l. cum quæri-
tur,de adm.tut.Si autem erant capitula diuerſa, quia non venie-
bat unum qualificatiuè ad illud,tunc talis proteſtatio admittitur,
& ſtabitur contra ſcribentem,non pro eo.quod declara,ut plenè
not.per Bar.in l.Aurelius.§.idem quæſijt.de li.le.cum ſi.in l.j in 13
q.C.de confeſ.& prædicta in ſcriptura, uel confeſſione partis ad-
uerſæ,ſed ſi produco contra te ſcripturam non confectam ma-
nu tua,ſed alterius in qua continetur aliquid pro me contra te,&
econuerſo, aliquid pro te contra me, uidetur quod indiſtin. ſit
ſtandum in utraque parte,& ꝙ non poſſim producere etiam cū
proteſtatione,quatenus facit pro me,per ea, quæ not. Inno. in c.
cum uenerabilis.de exc.circa quod uide,quod no.per Barto.in l.
8 poſt legatum.de his,qui.ut indi.¶†Not.ēt hic ſecundum Bartol.
dum dicit plus,uel minus,ꝙ iſta uerba nil important, nec minuūt
de utili confeſſione facit l.cum furti. de in litem iuran. & quando
proferuntur a teſte,qui debet loqui certitudinaliter, nihil probāt.
Nam ſi dicit teſtis me poſſediſſe x. ann. & ultra.illud uerbum, ni-
hil operatur,nec aliquid probat,ut probat Cyn.in l.ſi quis in ſuo.
de inoffi.teſta.in prin.

ADDITIO.

a Scriptura priuata.Adde Bal.in c.j.de fid.inſtr.

## LEX XXVII.

1 *Licèt non ualeat, quod in ueritate agitur, ualet tamen quod ſimulatè concipitur.*
2 *Cum ſeruo non poteſt eſſe matrimonium, nec dos, nec actio de dote, & quid ſi de facto contrahatur, & datur dos.*
3 *Mulier quæ ſcienter contraxit matrimonium inceſtuoſum cum ignorante, & tradidit dotem ſub titulo depoſiti, & conſumauit matrimonium, quòd debeat perdere dotem, acſi non tradidiſſet nomine depoſiti.*

1 LVcius Titius. †Si id, quod ago, non pōt
ualere,ut ago,ſed poteſt ua
lere,quoquo alio modo,tunc ualet, ut ſimulatè con
2 ceptum.hoc dicit ſecundum Bar.†præmitto, ꝙ cum
ſeruo non poteſt eſſe matrimonium,& per cōſequens, nec dos,
nec actio de dote,ſed ſi de facto contrahatur, & tradatur dos,nō
oritur actio de dote,& ſic non ualet,ut agitur, oritur tamen con
dictio ob cauſam ad repetitionem,ut l.ſi cum dotem.§.fi.ſol. mat.
& ſic valet,quoquo alio modo.ſ.ut quaſi dos,& ut oriatur actio
ex quaſi contractu.Si ergo ſimulatè fuit actum, quòd retineat lo
cum depoſiti,valebit, ut ſimulatè conceptum, quia non oritur
condictio ob cauſam, ſed actio depoſiti, licèt re uera non fuerit
actum,ut eſſet depoſitum,ſed ut eſſet dos, nec orietur actio de-
poſiti,ſed de dote,& ſic ualet,ut ſimulatè cōceptum fuit,non au-
tem ut uerè fuit actum,quia non potuit, nec ut ualere poterat,
ſcilicet vt quaſi contractus,& hoc dicit iſta l.ſubtiliter ſecundum
Barto. ¶ In text. ibi, { tamen patri hæres extiterat. } videbatur, ꝙ
condictione ob cauſam, ſicut ſi non ſub titulo depoſiti dediſſet,
ſed duntaxat dotis,cum re uera ſub titulo dotis, & non depoſiti
traderet.Tamen contrarium eſt,ut hic patet, & diſtinguit Barto.
tria membra,ꝙ interdum agitur inter partes,ut nihil fiat, & nihi-
lominus concipiunt aliquid facere,puta, fingo me tibi uendere,
ſed agitur inter nos,quòd nulla uenditio fortè timore tyranni,vel
ad fugiendum onera publica, & tunc attenditur, ꝙ agitur inter
nos,quod ſimulatè concipitur,& ſic in l.nuda ȷ.de ꝯh. empt.nul-
la erat uenditio,ac ſi facta non fuiſſet,& iſto caſu loquitur. l.imagi
naria.de regu.iur.& iſto modo dicitur propriè loquendo ꝯtus
ſimulatus.Et ſi ſtatutum faceret mentionem de contractibus ſi-
mulatis,debet intelligi modo prædicto.ita no. Bart. in l. emptor.
de aqua plu. arcen. & in l.3.C.de poſt.interdum agitur inter par-
tes,ꝙ ſit unum,& nihilominus ſimulant aliud,puta,intendo do-
nare,uel pignorare,& ſimulo uendere,& tunc aut poteſt ualere
eo modo,quo agitur inter nos,puta, ut donatio, & ualet illo mo
do,non ut ſimulatè concipio, & iſto modo loquitur titulus.C.
plus ualere,quod agitur.c.illo uos,de pig.& de empt. & uendi. c.
ad noſtram. interdum non poteſt ualere eo modo, quo agitur,
& tunc poterat ualere quoquo alio modo,& tunc non ualet, ut
agitur,quia non poteſt,nec alio modo, quo ualere poterit,ſed ua
let vt ſimulatè fuit cōceptū, & iſte eſt caſus huius l. interdum nec
illo modo,quo agebatur, nec quoquo alio modo poterat uale-
3 re,& tunc ualebit,ut ſimulatè fuit conceptum. † Pone exemplū,
quòd mulier ſcienter contraxit matrimonium inceſtuoſum cū
ignorante,& tradidit dotē ſub tit.depoſiti, & conſummauit ma-
trimonium certè debet perdere dotem,& ſi non tradidiſſet, ſub
nomine depoſiti, nec haberet actionem de dote, nec cond. ob
cauſam,ut l.qui contra.C.de inceſt.nup.& aut. inceſtas, & not.in
l.a uunculo,de cond.ſine cau.eo.mod.non habebit actionem de
poſiti,ne ſit in poteſtate ſua fraudare legem.

LEX

LEX XXVIII.

**Quintus.** Iſta l. idē dicit in effectu, q̄ l. Publia. & l. Lucius, & l. die. §. fi. & l. Lucius š. eo. q̄ ex pacto incōti
a nenti appoſito poſſunt deberi vſuræ in contractu depoſiti, quia eſt bonæ fidei, ſi tale pactum eſt validum, ſecus ſi alia ratione eſſet inualidum, vt ſi fuerunt promiſſæ vſuræ non expreſſa quantitate, vel non fuiſſet appoſitum incontinenti, & ſi non veſtiretur ex contractu: quia tunc non deberentur ex pacto, ſed poſſent deberi alia ratione, quia conuertit in vtilitatem ſuam pecuniam depoſitam præter voluntatem deponentis, ut quia fuit in mora, vel quia vſuras percepit aliunde. hoc dicit tex. cum gl.

ADDITIO.

a Deberi vſuræ. Adde Doc. in c. quanquam. de vſu. lib. 6.

LEX XXIX.

1 *Pecunia, quando datur ſignata in ſacculo, non videtur data licentia vtendi, ſecus ſi non ſignata & in primo caſu non transfertur dominium, nec poſſeſſio & ſic eſt periculo deponētis, & quid in ſecundo caſu, & nu. 2.*

1 **Si ſacculum.** † Depoſitarius vtendo re depoſita p̄ter voluntatē deponentis tenetur furti, & etiam depoſiti, ſecus ſi ex eius voluntate, tunc tamen tenebitur
2 ad vſuras ex mora, vel ex pact. hoc dicit. ¶ † Et ſic no. quando pecunia datur ſignata in ſacculo, non videtur data licentia vtendi, ſecus ſi non ſignata. Et in primo caſu non transfertur dominium, nec poſſeſſio, & ſic eſt periculo deponentis. Si autem non ſignata, & ſic, vt quantitas, bene videtur data licentia vtendi, & transfertur poſſeſſio, & dominium, & periculum eſt depoſitarij quia tenetur ad tantundem in genere vt l. incendium. C. ſi cert. pet. & patet ex no. per gl. in l. die. §. fi. š. eo.

LEX XXXI.

1 *Depoſitum debet reſtitui deponēti, niſi ſit alius qui habebat potius ius in re, & cum deponente concurrat.*
2 *Publicè vtilitatis eſt maleficia punire, & criminoſos ægeſtate laborare.*
3 *Statuta punīētia maleficia improbata de iure naturali, vel gentium tanq̄ concernentia publicam vtilitatem ſunt latè interpretanda ſecundum mentem, non attenta cortice verborum.*
4 *Pro vtilitate publica contra rationem diſputandi, & ſubtilitatem verborum multa recepta ſunt.*
5 *Quando non reperitur deciſio in aliqua lege. ſed argumētum ad vtranque partem videtur velle decidere pro vltima parte.*
6 *Debitores illius cuius bona ſunt confiſcata habent ſoluere fiſco, & illi ſoluendo non liberantur.*

1 **Bonafides.** † Depoſitum debet reſtitui deponenti, niſi ſit alius q̄ habeat potius ius in re, & cum deponente concurrat. hoc dicit in effectu tota l. & primo loquitur, quando depoſitum fuit factum per dominum, qui poſtea deſinit eſſe dominus, & tranſlatum eſt dominium in fiſcum, vnde debet reſtitui fiſco, & non deponenti, vſque ibi, { incurrit. } q̄ñ factum fuit per non dominum, & ad repetendum concurrit cum deponente uerus dominus, nam ei fienda eſt reſtitutio, quia potius ius habet. Sed ſi non concurrit, debet reſtitui deponenti, & hoc uſque ibi { ſi tamē ignorans. } Et aduertendum, q̄ in primo caſu non fit iſta diſtinctio, concurrat fiſcus cum deponenti, vel non, vnde videtur fauore reipublicæ, q̄ etiam ſi non concurrat, poſſit depoſitarius repellere deponentem allegando de iure fiſci, q̄ poſt depoſitum factum bona eius fuerunt confiſcata, & ſic non debet ei fieri reſtitutio, ſed fiſco, ſed in ſecundo caſu ſi dominus non concurrit, depoſitarius non pōt repellere deponentem, allegando de iure tertij, q̄ alius eſt dominus, & nō ipſe vt patet. In tertia, & vltima parte loquitur, quando ipſe depoſitarius erat dominus, quo caſu ab ipſo initio depoſitum fuit nullum, & nulla fuit nata obligatio, vel actio. vt š. eo. qui rem. & in hoc differt iſte caſus à præcedentib. in quib. valuit. Vnde poteſt hoc caſu excipere depoſitarius de proprio dominio. Sed in ſecundo caſu nō poteſt excipere de alieno, ſi dominus non concurrat ad petendum. ſi tamen ageretur condictione ex l. ſi quis conductionis. C. loc. non poſſet excipere etiā
2 de proprio, vt dixi in d. l. qui rem. ¶ † Not. ex prima parte, q̄ publicæ vtilitatis eſt maleficia punire, & criminoſos ægeſtate laborare,
3 facit ✝. de fideiuſ. l. ſi a reo. §. quod vult. † & ſic ſtatuta punientia maleficia improbata de iure naturali. vel gentium tanquam concernentia publicam vtilitatem ſunt latè interpretanda ſecundum
4 mentem non attenta cortice verborum, † quia pro vtilitate publica contra rationem diſputandi, & ſubtilitatem verborum multa recepta ſunt, vt dicit tex. no. in l. ita vulneratus. circa fi. š. ad l. Aq. multi autem non benè conſiderantes dicerent oppoſitum, q̄ ſtatuta pœnalia eſſent reſtringenda. Certè non poſſunt dici odioſa poſtquam odium eſt rationabile, aliàs ſecus, vt l. cōtra rationem.
5 š. de leg. & ita debet limitari regula odia. de regu. iu. ¶ † Item allegatur iſte tex. cum glo. q̄ quando non reperitur deciſio in aliqua l. ſed arg. ad vtranque partem, videtur velle decidere pro parte vltima. ad quod vide quod not. in l. qui filium. §. Sabini. ✝. ad Treb. no.
6 † etiam, quòd debitores illius, cuius bona ſunt confiſcata, habent ſoluere fiſco, & non illi ſoluendo liberantur, & vide quod not. Bar. poſt Dy. ✝. de ſol. l. creditor.

LEX XXXII.

1 *Latior culpa quæ dicatur.*
2 *Culpa quid ſit, & an dolum comprehendat.*
3 *Dolus verus colligitur ex præſumptionib. conſiſtentib. in faciendo.*
4 *Dolus præſumptus qui dicitur culpa latior, conſiſtit ex præſumptionib. conſiſtentib. in non faciendo id, ad quod quis ſcit ſe teneri.*
*Culpa lata eſt non facere illud, quod quilibet alius facit, vel facere ſolet.*
5 *Culpa leuis eſt non facere illud, quod diligens paterfa. faceret. & leuiſſima eſt, quod diligentiſſimus faceret.*
6 *Si recepi famulū de nouo, & tu fideiuſſiſti pro eo de omni damno, quod eius culpa mihi accideret, & cōtingat illum mihi furari, quòd tenearis.*

**Quod Nerua.** † Latior culpa dicitur dolus præſumptus, qui colligitur ex eo, quòd depoſitarius non adhibuit eandem diligentiam in re depoſita, quam
2 adhibuit in ſua. h. d. ¶ † Not. quòd glo. quæ ſunt hic, non intellexerunt iſtum text. quæ exponunt latiorem .i. latum, & dolum eſſe .i. dolo comparari, quod eſt deſtruere text. Vnde ſcias ſecundum Doc. quòd iſtud verb. { culpa. } eſt latiſſimum, & comprehendit dolum verum, qui dicitur culpa latiſſima, & dolum præſumptū, qui dicitur latior, & latam culpam, quæ non eſt dolus, ſed dolo comparatur, & culpam leuem, & leuiſſimam, & omnis culpa eſt deuiatio ab eo, quod rectum eſt, & iſta diffinitio congruit cuilibet ex prædictis, & quòd comprehendat dolum, eſt tex. cum glo. ſupra. de min. l. ſi ex cauſa. §. ſi mulier. & habetur infra de re. iud. l. quod quis. in tex. & glo. dolus autem verus coll r ex præſumptionibus conſiſtentibus in faciendo, de quibus habetur per glo. in l.
3 dolus. C. de dolo. & de illis loquitur titulus, de dolo. † dolus præſumptus, qui dicitur culpa latior, conſiſtit ex præſumptionibus conſiſtentibus in non faciendo, quādo quis obligatus eſt aliquid facere, & ſciens ſe teneri, nō facit, vt ✝. tit. prox. l. ſi procuratorem.
4 §. dolo. & l. dolus. & de iſto loquitur iſta l. † Culpa lata eſt non facere illud, quod quilibet alius facit, vel facere ſolet, & ſic eſt deuiatio ab eo, quod communiter omnes faciunt, poſito quòd non ſit in aliquo genere obligationis obligatus, & dicitur in culpa la-
5 ta, de qua in l. latæ. de ver. ſig. † culpa leuis eſt non facere. leuiſſima eſt, quod diligentiſſimus faceret, vt š. commo. l. ſi in rebus. de quibus proſequere hic pleniſſimè, & vtiliſſimè per Barto. cui Petrus
6 dedit occaſionem in intellectu huius l. † Et ex eo, quod dixi appellatione culpæ contineri dolum, determinatur, quod ſi recepi famulum de nouo, & tu fideiuſſiſti p̄ eo de omni damno, quod eius culpa mihi accideret, & contingat illum mihi furari, an tenearis? videtur, quòd non, quia tu obligaris ad culpam, non ad dolū, & iſte eſt dolus, contrarium determinant Doc. quia appellatione culpæ dolus continetur.

LEX XXXIIII.

**Seruus tuus.** Depoſitio ſerui apud ſequeſtrum non impedit dominum agere ante litem finitam, quia non potes domino præiudicare. h. d.

LEX XXXV.

**Potes agere.** Actio depoſiti non ſolum competit pro re depoſita, ſed etiam pro reſtitutione pecuniæ quam deponens dedit, ut depoſitum rehaberet, depoſitarius turpiter recepit. hoc dicit. dic, vt in l. fin. š. de condi. ob turpem cauſam.

¶ Sequitur titulus mandati, & facimus tranſitum ad titulum de actio. emp. extraordinariè.

LEX PRIMA.

1 *Depoſitum debet reſtitui deponēti, niſi ſit alius qui habeat potius ius in re, & cum deponente concurrat.*
2 *Venditor ſi non eſt in dolo, vel culpa leui, quominus poſſit rem venditam tradere, q̄ non teneatur, niſi ad cedendam actionem, ſi quam habet; vel quòd debeat expectare, quòd ſuperueniat facultas tradendi, & ad quid aliud teneatur.*
3 *Venditor obligatur ad rem tradendam, non autem dandam, ſi tamen eſt dominus, tradendo transfert dominium, & ſi non eſt dominus, uſucapiendi condictionem.*
4 *Quòd iſta traditio non dicatur nuda, ſed habeat in ſe cauſam bonorum, & quòd ſit meri facti.*
5 *Qui tenetur ad dandum indiſtinctè, & præciſè dare compellitur.*
6 *Si res uendita non traditur, & emptor tradidit arrhas, quas poteſt repetere duplicatas: an una cum eis, & duplo poſſit petere intereſſe.*
7 *Qualiter intelligatur iſtud intereſſe in hac actione, ubi res uendita non traditur, & an ſit arbitraria.*
8 *Tres modi practicandi, ubi res uendita non traditur, remiſ.*
9 *Venditor a quo petitur intereſſe, non poteſt poſt litem conteſtatam offerendo rem purgare moram.*

De actio.empti.& venditi. Rub.

1 SI res ven. †Contra venditorem non tra
dentem agi poteſt ad intereſſe
2 etiam ſingulare,quod poteſt excedere conuen
tum,vel commune.h.d.¶†In tex. ibi,{ non tra-
ditur.} tamen tradi poſſit,vel dolo, aut culpa le-
ui de qua tenetur creditor, factum eſt quomi-
nus poſſit tradere:al's non in plus tenetur venditor, q̃ vt cedat a-
ctionem,ſi quam habet ad rem recuperandam. vt l. ꝙ ſepe. §.ſi
res.de contrah emp.vel debet expectari, quòd ſuperueniat facul-
3 tas tradendi,vt s.co.l.fin. † no.ergo,ꝙ venditor obligatur ad rem
tradendam non autem dandam.Si tamen eſt dominus, tradẽdo
transfert dominium,& ſi non eſt dominus vſucapiendi cõdictio
4 nem:vt l.clauibus.de contrahen emp.† & ſic iſta traditio non dici
tur nuda:ſed habet in ſe cauſam bonorum, hoc eſt,quod vult di-
cere tex.in l.in conuentionalibus. §.fin.de verbo. ob. & propter
hoc habet iſta obligatio ſimilitudinem cum obligatione dandi:
quia ſicut qui tenetur dare, cogitur præcisè ad dandum. vt l. vbi
au.em.§.fi.de verbo.oblig.ita & iſte ad tradendum,ſi habet facul
tatem tradendi,vt hic no.in glo.ſecundum opi.Mar. quæ com-
5 muniter tenetur non tamen omnimodam:† quia qui tenetur ad
dandum indiſtinctè,compellitur præcisè dare ſiue habeat faculta
tem,ſiue non,ſi poſſibilis eſt datio;puta cogitur redimere, & da-
re,& venditor non tenetur,nec compellitur, niſi quando habet
facultatem. ſi autem non habet,agitur ad intereſſe, nec compelli-
tur redimere,poſito,quòd redemptio ſit impoſſibilis.Hęc autem
traditio per ſe eſt meri facti:& ideo ſi per ſtipulationem quis pro
mitteret tradere,non ex præcedenti contractu venditionis,cenſe
retur promiſiſſe merum factum,vt l.fundum tradi, & l.ſtipulatio
nes non diuiduntur,de verbo.obliga.& ideo ſi haberet facultatẽ
tradendi,non poſſet præcisè compelli ad tradendum: ſed agere-
tur ad intereſſe, quod ſuccederet in obligatione poſt moram, ſi-
cut ſi promitteretur quodlibet aliud factum:vt l.ſi quis ab alio.§.
fi.de reg.iu.& quod plene no.Bar.in d.l.ſtipulationes nõ diuidun.
6 in 8.q.¶†In tex.ibi.{ in id,quod intereſt agitur. } ſed pone, ꝙ em-
ptor tradidit arrhas quas poteſt repetere duplicatas: vt l. contra-
ctus,circa fin.C.de fide inſtr.an vnà cum eis,& duplo poſſit pete
re intereſſe?dic,vt ibi not.per Cyn.& alios,qui tenent,ꝙ ſic,quate
nus intereſſe excedit pœnam dupli arrharum, non vltra. facit l.
prædia.}.eo.Item quid ſi non vult repetere arrhas,ſed agere ad in
tereſſe.Io.An.in addit.Specu.in tit.de emp.& vend. §. nunc ſcien-
dum refert Mar.de Fano diſputaſſe, dic vt ibi plenè, tamen iſtud
non videtur habere dubium tenendo deciſionem, de qua s. ꝙ
poſſit petere etiam ſi egit ad arrhas duplicatas,multo magis ſi nõ
egit:& hoc vult glo.in d.l.contractus ſuper ver.( reddere.) ſecun
7 dum Bal.¶†In tex.ibi,{ ſi pluris intereſt. } puta, cum pro x. com-
muni æſtimatione valebat 12. ſed mea intereſt habere. in 16.vel
ratione affectionis.quia fuit anteceſſorum meorum, uel ratione
ſingularis vtilitatis,quæ habet locum in me: ſed non haberet lo-
cum in aliquo alio.Poſſum ergo petere non ſolum decem, ſi ſol-
ui,ſed etiam 5. vltra iſtud tñ intereſſe ſingulare, non poteſt exce-
dere duplum intereſſe communis,vt hic in gl.fi.per l. vnicam. C.
de ſente.quæ pro eo quod intereſt,quod intellige verum, ſi con-
cernebat meram affectionem meam.Si autem commodum pe
cuniarium ſingulare totum venit,vt no. j.eo.l.Iulia. in fi. mag.gl.
& s.tit.j.ſeruus,& l.ſi venditor.§.fi.gl.mag. format 6.quæſtiones.
Prima vſque ibi,{ an ergo.} ſecunda vſque ibi, { ſed quid. } tertia
vſque ibi,{ item hoc.} quarta vſque ibi,{ item quid.}quinta vſque
ibi,{ item an.} ibi ſexta, & vltima. ¶In prima ibi, { cum hoc non
inueniam,an ſit arbitraria &c.} aſſignat Bartol.rationem: quia in
arbitrarijs officium iudicis ſuper intereſſe cauſatur propter con-
tumaciam commiſſam in non parendo iudici:ideo neceſſe eſt,vt
præcedat ſententia,& præceptum iudicis de tradendo rem: aliàs
non poſſet contumacia committi: ſed in bonæfidei, quæ habet
magis amplam naturam,cauſatur etiam ex alia cauſa, quam pro-
pter talem contumaciam: vt l.ſed ſi lege.§.hæc verba.s. de pet.hæ.
8. & patet etiam hic,† in 2.q.gloſſa ponit tres modos practicandi,&
quilibet eſt bonus:licèt glo.ſecundum non videatur tenere per l.
ſeruum.§.fi.de verbo.oblig.ſed quòd ibi loquitur, in obligatione
dandi,vbi non ſuccedit obligatio ad intereſſe,ideo nunquam po
teſt peti principaliter,hic vero benè ſuccedit, ideo benè poteſt pe
ti poſt moram ſine re,& iſte eſt proprius caſus huius l. dum dicit
in id,quod intereſt.Tertius tamen modus magis approbatur per
gl.de quo etiam in l.conductores.C.lo.& vide plenè per Bart.de
iſtis modis practicandi in l.ſtipulationes non diuiduntur, de verb.
oblig & quod no.Bal.in l.j.C.de his,quæ pęnæ nomi. in 8. col. ver
ſicul.ſed quæro teſtator.¶In 3.quæſtione dum dicit glo. { reſpõ
deo primo in petitione ex neceſſitate.} vult dicere, ꝙ iudex in illa
non poteſt condemnationem facere,niſi fuit petitum in libello,
poſtquam præceſſerit conteſtatio,ſed in ſecundo, quod euenit,
poſt litem conteſtatam bene poteſt,licèt non fuerit in libello pe-
titum,quia officium iudicis in his,quæ emergunt poſt lit.conteſt.
magis eſt amplum: vt l.ędiles.§. item ſciendum, de ædil. edic. ¶In
tertia quæſtione dic,quòd opin.Mar. approbat glo. Inſt. de con-
trahen.empt.§.precium,& Cyn.C.eodem l.tradit, & Inno. Ho-
ſtien.in c.cum Ioa.de fide inſt.& de cenſi.c. olim. Bald. autem li-
mitat in l.contractus.C.de fide inſtrum. vt non poſſit præcisè cõ
pelli ſi habet facultatem rei tradendæ quando etiam dominus,
quia tunc teneretur,verum eſt,quòd teneretur ad dãdum, ſecus
ſi non eſt dominus, quia tunc teneretur ad merum factum, &
ſuccederent rationes Io.quæ opinio.mihi non placet, nam ven-
ditor etiam ſi eſſet dominus,non obligatur ad dandum, ſed dun-
taxat ad tradendum, licèt ex traditione dominium transferatur.
Præterea licèt non transferatur,ſi non eſt dominus, transfert vſu
capiendi condictionem, ex quo poteſt emptor acquirere domi-
nium,ergo adhuc participat de natura obligationis dandi. Tene
ergo,quòd indiſtinctè compellitur tradere præcisè,& poteſt res
9 ſibi auferri manu militari.¶†Itẽ in v.quæſtione dicas dictum glo.
procedere,quando fuiſſet petita res duntaxat,vel res,& intereſſe,
ſi res non tradatur,vt in prima,& ſecunda practica glo.quia quan
docunque lite pendente res,quæ petitur, offertur,debet ſequi ab
ſolutio ab obſeruatione iudicij,vt Inſt.de perpet.& tempo.actio.
§.fin.ſed ſi fuiſſet petitum duntaxat intereſſe propter moram ex-
traiudicialem commiſſam in tradendo rem, quod fieri potuit
per iſtum text.& in ſecunda practica glo.tunc poteſt litem conte
ſtari ſuper tali intereſſe,non offerri res,nec purgari moram, vt l.ſi
inſulam,de verborum obligation.& non ſolum in cauſa appella-
tionis,immo nec etiam in principali audiretur inuito actore.
¶In ultima quæſtione,quæ reprehenditur per omnes, quia cum
emptor teneatur ad quantitatem tenetur ad dandum ideo præ-
cisè dare compellitur,nec ſuccedit obligatio ad intereſſe, ſed ven
ditor tenetur ad tradendum, ſi vendidit certam ſpeciem ſed ſi a-
liquid conſiſtens in genere, diceretur etiam ipſe teneri ad dan-
dum ex natura generis,ut not.in l.qui concubinam. §.ſi hæres.de
leg.3.& infra eod. l.ex empt. in princip. nec ſuccederet obligatio
ad intereſſe.

---

1 *Venditor ſi celat qualitatem, per quam rei conditio ſit deterior, tenetur actione ad intereſſe emptori,ſiue ſciuerit ſiue ignorauerit.*
2 *Venditor ſciens rẽ venditã debere alieri ſeruitutẽ, & dolosè proteſtatus fuit,quòd nõ vult teneri de ſeruitute ſi reperiatur,quòd teneatur ad intereſſe, nõ autem ad duplum, & quid ſi ignorauit.nec aliquid proteſtatus ſit de ſeruitute.*
3 *Si aliquis de conſiliarijs ciuitatis tempore cariſtię cum ſciret deliberatum eſſe inter eos,quòd ponatur certum pretium in frumento, & deliberatione adhuc non publicata vendidit magnam quantitatem frumenti cariori pretio,quòd de liberatione publicata debeat contractus reſcindi.*
4 *Certus quòd non debeat amplius certiorari,quando certioratio debet fieri ſolum ad finem,ut ille ſciret,ſecus ſi ut aliquid faceret.*
5 *Non ſufficit uenditorem ſcire litem motam emptori, ad hoc, ut teneatur de euictione,niſi etiam ſibi denuntietur, quòd ueniat ad ſe defendendum.*

1 §. Venditor. ¶†Si res vendita deberet alteri ſeruitu-
tem,& emptor ignoret, tenetur uendi-
tor ad intereſſe,ſiue ſciuerit,& non certiorauerit, ſiue ignoraue-
rit,& temerariè aſſeruerit ſeruitutem non deberi,& in primo ca
a ſu,quando ſciuit,non prodeſt ſibi proteſtatio,[a] ꝙ non uult teneri
de ſeruitute,ſi qua reperiatur deberi,quia improbato more ſe ha
buit ſubticendo, in ſecundo caſu, quando ignorauit, bene pro-
deſt proteſtatio,quæ ſuæ ſecuritati videtur proſpexiſſe,ſi aũt em-
ptor ſciuit,venditor in nullo tenet.h.d. in effectu uſque in finem,
& eſt nota.& ſemper allegatur, & in primo loquitur, qñ emptor
ignorauit vſque ibi,{ hęc ita },ſecundo,qñ ſciuit.Et prima pars cõ
tinet quatuor caſus,primus,qñ venditor ſciuit, & tacuit, & nihil
dixit,vſque ibi,( ſed ſcire. ) ſecundo, quando aſſeruit ſeruitutem
non deberi,& iſte põt intelligi ẽt qñ ignorauit, qđ non debuit te
mere aſſerere,quod ignorabat,vt j.eo.l.Iul.poſt principium,ibi,
ſed non debuit facile &c.vſque ibi,{ ſed ꝓponas.}tertius caſus eſt
hic,qñ fuit proteſtatus generaliter,ꝙ ſi contingat ſeruitutem repe
riri debitam non vult teneri,quę proteſtatio non prodeſt,& hoc
eſt intelligendum in primo caſu,qñ ſciuit uſque ibi,{ non ſi ſecuri
tatem.) quartus caſus colligitur ibi, quando ipſe ignorauit, quo
caſu prodeſt ſibi hęc proteſtatio,& ꝙ ita debeat intelligi,patet ex
tex.expreſſè j.de ædil.edic.l.quæritur.§.ſi venditor. Cy. not. in l.j.
C.de ædi.actio.vbi omnino vide per eum.indiſtinctè, uidetur di-
ſtinguere,ꝙ aut proteſtatio ſit generalis,& non prodeſt, aut ſpe-
cialis,& proſit,& ita intelligit iſtum tex.ſed non placet, q̃a eſſet im
ponere legem uerbis.Tu autem diſtingue,an fiat a ſciente,& do-
loſo,& nõ prodeſt,vt ẽt hr̃ j.eo.tenet.§.fi.aut ab ignorãte, & bo
na fide

---

ADDITIO.

a Proteſtatio.Adde materiam proteſtationis vide per Bar. in l. non ſolum. §.morte.ff.de ope.no.nun.Saly.in l.pacta nouiſſima.C.de pac.

naſide:tunc valet,vt in d.l. quæritur.§.ſi venditor. & ad prædicta
2 bonus tex.j.eo.l.quæro.† Quod aũt dixi non prodeſſe ſcienti, &
doloſo,verum eſt quominus teneatur ad intereſſe: ſed quando
prodeſt quantum ad hoc,vt non teneatur ad duplum, tex. eſt cũ
glo.j.de euictionibus.l.qui libertatis.§.pe.verſi.ſicuti qui fundum.
Quid autem ſi venditor ignorauerit, non tamen aſſeruit nullam
ſeruitutem deberi,nec etiam fuit proteſtatus ꝙ non vult teneri ſi
appareat? Rñdeo:aut vendidit fundum,vt optimum maximum:
quia eſt,& debet tradere libellum, & iſta verba tantum impor-
tant,quantum ſi dixiſſet ipſum eſſe liberum:vt j.de euictioni. l.pe.
aut hoc non dixit,ſed vendidit ſimpliciter, & tunc aut quæritur,
an teneatur ad intereſſe,& dicendum,ꝙ non,& ita intelligitur ſe-
cundum vnum ſenſum legis cum venderes.ſ. de cõtrahenda em
ptio.aut quæritur,an teneatur quanti minoris emptor fuiſſet em
pturus,& dicendum eſt,ꝙ ſic.vt j.de ædil.edi.l quoties, in vlt.car
ta,iuncta l.j §.cauſa.eo.ti. nam intereſſe poteſt eſſe longe maius,
& facit iſte tex.in primo dicto ad quæſtionem not. per Cyn. ſ.de
3 leg.b.l.fraus.†ꝙ ſi aliquis de conſiliarijs ciuitatis tempore cariſtiæ
cum ſciret deliberatum eſſe inter eos, ꝙ ponatur certum pretiũ
in frumento,cum deliberatio non eſſet adhuc publicata. ipſe ha-
bens magnam quantitatem frumenti vendidit pretio cariori, &
poſtea deliberatio publicata eſt, ꝙ debeat contractus reſcindi,
quia improbato more ſe habuit, non certiorãdo emptorem de
deliberatione futura,qui ſi fuiſſet certioratus, non emiſſet tanto
pretio,vnde dicit Cy.ꝙ uidetur feciſſe fraudem legi futuræ, facit
l.j in fin.de doli exce.& adde,quod no.in Spec.de emp. & uend.
4 §.nunc videndum.verſ.quid ſi vendidit.¶†Vltimò no. finem qui
a ſemper allegatur,ꝙ qui certus eſt,[a] amplius certiorari non debet.
hoc verum,quando certioratio debebat fieri ſolum ad finẽ,vt il-
le ſciret,ſi autem,vt aliquid faceret,vel ab aliquo abſtineret, tunc
non ſufficit,ꝙ ille ſit certus,immo requiritur, ꝙ etiam denuntiet
ſibi,vt illud faciat,vel non faciat,vt l.denunciaſſe. in prin. & ibi per
5 Bar.de adul.& l.qui abſentem.de procurator.† vnde non ſufficit
venditorem ſcire litem motam emptori, ad hoc vt teneatur de
euic.niſi etiam ſibi denuntietur,ꝙ veniat ad defendendum. vt ibi
no.& j.de euic.l.ſi plus,vel minus.§.mota quæſtione.

ADDITIO.

a Qui certus eſt.Adde in regula eum qui certus.de re.iur.lib.6.Card. Zab.
in c.ab excommunicato.in 9.no.de reſcrip.

LEX II.

Si in emptione. ¶Si menſura debita non reperia-
tur, competit actio ex empto ad
intereſſe.h.d.vt infra eo.ſi ſeruum.§.ſi modus, caſus eſt iſte.

1 *Poſſeſſio vacua,quæ dicatur.*
2 *Venditor,licèt non obligetur ad dandum,id eſt dominium transferendũ,
obligatur tamen ad alia tria,ſcilicet,ad tradendum rem,& transferen-
dam poſſeſſionem, item, quòd illa poſſeſſio ſit vacua, & quid ſi uacua
transferri non poſſit,*
3 *Quòd dicatur poſſeſſio vacua tradi emptori:licèt res uendita debeat alte
ri ſeruitutem.*
4 *Stipulatio appoſita ſuper contractu emptionis,& uenditionis etiam in-
continenti eſt ſtricti iuris,nec ſequitur naturam principalis contractus,
qui eſt bonæfidei.*
5 *Stipulatio duplæ non committitur,quando res uendita euincitur non ra
tione proprietatis,ſed poſſeſſionis.*
6 *Si res uendita non ſit adhuc euicta:ſed poſſit euinci, quando tamen poſſit
agi de euictione.*

1 §.Vacua. †Non dicitur poſſeſſio vacua, quæ per aliũ ex
miſſione iudicis occupatur,nec dicitur tradita,
ſi fuit euicta.Et in ſtipulatione vacuam poſſeſſionem tradi appo-
ſita in contractu venditionis, non veniunt fructus ante lit. con-
teſt.ſicut nec in ſtipulatione rem dari.h.d.vſque ad l. rõ. §. ſi ita.&
2 no.iſtos tex.valde.Præmitte,ꝙ † licèt venditor non obligetur ad
dandum, ideſt dominium transferendum, obligatur tamen ad
alia tria,ſcilicet,ad tradendam rem,vt j. eo.l.ex empto. poſt princ.
& ad transferendum poſſeſſionem.¶Item,& tertio, ꝙ illa poſſeſ
ſio ſit vacua,& hæc duo probantur hic, & in princ.l. nec obſtat,
quod habetur in l.ſi fundum. j.de fun.do.per glo.quia fateor, ꝙ
dominium poteſt transferri abſque eo, ꝙ transferatur poſſeſſio,
vel ꝙ transferatur vacua, ſi tradens erat dominus, vt ibi,tamen
non liberatur tradens,niſi faciat poſſeſſionem emptoris, & ꝙ ſit
vacua,vt hic colligitur,quod eſt not.& hoc tenet Cyn. in l. cum
res.C.de proba.hoc verum,niſi vacua transferri non poſſit ſuo
dolo,& culpa, de qua teneatur, ſicut enim, quando non poteſt
tradere ſine ſuo dolo,& culpa,rem non compellitur ad traden-
dum,ut dixi in princ.l.præcedentis.ita ſi non poteſt trãsferre poſ-
ſeſſionem vacuam,nec dolo vel culpa fecit quominus poſſit, ita
poteſt intelligi.l.ſi cum fundum.§.ferè.ſ.de contrahen.emp.uel in
tellige,vt ibi no.in gl.ſuper verbo,{ tradat. } quæ ſentit illud,quod
ſupra dixi,ꝙ venditor teneatur transferre vacuam poſſeſſionem
licèt autem dominium transferatur,etiam ſi non transferatur va
cua poſſeſſio,an idem ſit in quaſi dominio, & in vſucapiendi con
dictione,vide per Bart.in l.Celſus.j.de vſucapi. His præmiſſis,po-
ne,vendidiſti mihi fundum cuius poſſeſſionem habes,alius tamẽ
erat miſſus in tenutam dicti fundi ex primo decreto, certum eſt,
quòd ille non poſſidet. ſed detinet,vt l.ſi duo. §. creditores. j.uti
poſſide.& l.3.§.fi. j.de acquiren.poſ.tradidiſti mihi fundum,& ſic
tranſtuliſti poſſeſſionem quam habebas,certè nõ propterea es
liberatus,quia non tradidiſti vacuam, ut debuiſti. Nam ille miſſus
poteſt me turbare,ideo teneris hac actione ad intereſſe, uł ut red
das poſſeſſionem vacuam.Idem ſi tradidiſti vacuam, & fuit eui-
3 cta,non videtur tranſlata,quę non durauit.†Sed ponamus,quòd
alius non erat miſſus ex primo decreto,tamen illa res debebat al
teri ſeruitutem,an dicatur poſſeſſio vacua? dicas,quòd ſic,non ta
men liberatur.Ideo ſi promiſi tradere poſſeſſionem vacuam, &
liberam,non ſum liberatus,& hoc habetur in l. vicinus. §. fundo,
& ibi per Bartol. infra de legat.2.& §.vim facit,de vi,& vi armat.
4 ¶†Contra prin.l.rem. oppo.de l.ſi a ſubſtituto.§.j.de leg. primo.
Solu. ibi tenebatur quis tradere ex cauſa lucratiua, vnde ſufficit,
quòd tradiderit licèt poſtea euincatur.Hic ex cauſa oneroſa,quo
caſu non ſufficit,ſed agitur de euictio.ita ibi not.Bart.declarando
iſtum tex.¶Ex §.j.not.quòd ſtipulatio appoſita ſuper contractu
emptionis,& vendition. etiam incontinenti eſt ſtricti iuris, & ſic
non ſequitur naturam principalis contractus, qui eſt bonæfidei,
ideo in eo non ueniunt fructus,niſi a tempore litis conteſt. ita in-
tellige iſtum tex.iuncta l.cum fundus.in prin.ſ.ſi cer. pet. niſi pro-
miſerit tam rem dare vacuam,quàm poſſeſſionem tradere,vt l.ſi
ſtipulatus,de uſur. tunc venirent fructus a tempore contractus,
5 & ſic ſtipulatio haberet naturam principalis cõtractus. ¶†Et hoc
vult hic gloſ.quæ incipit hoc immo.Super glo. in l. ratio. in princ.
not.glo.ſecundum Azo.ꝙ ſtipulatio duplę non committitur,qñ
res euincitur non ratione proprietatis, quia euincens non dicit
ſe dominum,ſed euincitur ratione poſſeſſionis, quia dicit ſe po-
tiorem in poſſeſſione,quam emptor. Agetur ergo tunc actione
ex empto ad intereſſe,nõ ex ſtipulatu ad duplam, ſi promiſſa eſt.
In dubio autem videtur euinci ratione proprietatis, vt infra de
6 uerb.obli.l.uenditores,& ibi not.in parua glo.¶† Item not. in ca.
glo.in fi.quòd etiam ſi non ſit adhuc euicta,ſi tamen poteſt euin
ci,agitur.Certè hoc non eſt verum, niſi quando uenditor ſciuit
rem alienatam,vt infra eo.ſeruus. §. fina. aliàs ſufficit emptorem
habere licere, & quæſtionem ſibi motam non eſſe,ut infra de
euict.l.habere licere.

LEX III.

1 *Si uenditur ius incorporale,non cadit uera traditio: ſed quaſi patientia
aduerſarij.*
2 *Vendens mihi ſeruitutem itineris,uel actus,ſi inducit me in fundum ſer-
uientem ſtatim acquiritur mihi ius ſeruitutis, ſicut ius uſusfructus. &
ad quid aliud teneatur venditor.& nu.3.*

DAtio poſſeſ.

1 §.Si alter. ¶†Si uenditur ius incorporale,nõ
cadit uera traditio, ſed quaſi patiẽ-
2 tia aduerſarij.h.d.Aduertendum tñ,†ꝙ ſi vendis mihi ſeruitutem
itineris,vel actus,ſi inducis me in fundum ſeruientem ſtatim acq
ritur mihi ius ſeruitutis,ſicut ius vſuſf.vt l.tertia. §.dares.ſ. de vſu-
fru.ſed ſi non inducis,non acquiritur ius in re, ideſt in ſeruitute,
quouſque incipiam uti te ſciente,& patiente, ſicut in re corpora-
3 li antequam tradatur res,ut l.ſi ager.ſ de rei uen.† Sed an uẽditor
ſit liberatus eo ipſo,ꝙ induxit me in fundum, & ſic acquiſitum
eſt ius in re? uidetur,quòd ſic. j.de rerum ꝑmuta.l.j. & quod not.
in auth.ſacramenta.C.ſi aduer. uen. dic contra quia illud in reb.
corporalibus,ſed in iuribus non dicitur facta perfecte traditio.
quia cum requiritur tranſlatio poſſeſſionis,vel quaſi,& iſta quaſi
poſſeſſio cõſiſtit in duobus, ſcilicet,in actu utendi, & in patientia
aduerſarii,quæ patientia poteſt eſſe hodie,cras non,nunquam dr̃
perfecte facta.Si ideo non patitur,adhuc poteſt conueniri actio-
ne perſonali,ita vt patet ex not. in l.corruptionem. C. de uſuf. in
tex.& gl.& per Doc.& no.in l.2.de verbo.oblig.

1 *Venditor tenetur quanti plurimi res fuerit a tempore moræ, ſed emptor
econuerſo.*
2 *Venditor ex eo,quòd recepit pretium,an dicatur conſtitutus in mora ſi-
ne alia interpellatione.*
3 *Venditor poſtquam interpellauit emptorem,ſi perdit facultatem rei tra
dendæ,uel fuit impeditus aliqua difficultate, non conſtituitur in mora
per interpellationem temporis.*
4 *Dictio a,denotat ſeparationem.*

1 §.Si per venditorem. † Mora venditoris facit
eum teneri quanti res
plurimi fuerit a tempore moræ, ſed mora emptoris facit ven-
ditorem teneri quanti minimi fuit a tempore moræ, & habetur
conſideratio loci,vbi debebat fieri ſolutio contra moroſum.hoc
dicit,

dicit,declara iſtum §.vt no.in l.vinum. ſ. ſi cert.pet. nam in duo-
bus ſtat difficultas. Primo in quantum dicitur, ꝙ inſpicitur tem-
pus,quo vinum venditur. ideſt, venditum eſt, ſi tunc temporis
plus valebat,& ſic inſpicitur tempus contractus. Sed contra:quia
tunc inſpicitur tempus contractus, quando æſtimatio venit iure
actionis:vt l.hominem.ſupra man.ſed quando venit officio iudi-
cis mercenario,vt hic erat,non inſpicitur tempus contractus:ſed
tempus moræ,ſi tunc plus valuit,vel tempus poſt moram, ſi tũc
plus valuit,vt d.l.vinum.Solue,intellige hic, quòd tempore con-
tractus fuit in mora,quia ſtatim fuit ſolutum pretium, & fuit in-
terpellatus,vt traderet.& non tradidit, & ſic inſpicitur, tanquam
2 tempus contractus,ſed non tanquam tempus moræ,†nec puto,
ꝙ propter ſolam traditionem pretij venditor ſit conſtitutus in
mora,licèt hic Bar.videatur ſentire cum l.curabit. C.eod. quæ l.
probat contrarium, quia non eſt in mora, licèt teneatur ad fru-
ctus rei,poſtquam habet pretium,ſed requiritur interpellatio, vt
conſtituatur in mora ratione ſatis euidenti,quia non tenetur ven
ditor portare vinum ad domum emptoris,cũ hoc fieri non poſ-
ſit ſine ſumptu:vt dixi in l.item illa.de cõſti.pecunia, & probatur.
in l.j.§.ſi vel pe.de pe.& commo.rei vend. ꝙ emptor tenetur le-
uare vinum:& portare,licèt ſecus ſit in alia re, quæ poteſt porta-
ri ſine ſumptu,vt not.in d.l.item illa.vnde fortè in tali re,poſſet ꝓ-
cedere dictum Barto.ꝙ poſtquam venditor recepit pretium, eo
ipſo ſit in mora,ſi rem non portat ad domum emptoris, & hoc
eſt vtile.Quoniam ante moram periculum peremptionis, & de-
teriorationis pertinet ad emptorem,vt l.neceſſario. de pericu. &
commo rei vend.ſed poſt moram ad venditorem.eod. tit.l.illud.
Item in alio eſt difficultas,dũ dicit hic in verſi.{ mora autem. } ꝙ
emptor videt̃ eſſe in mora, eo ipſo, ſi venditor fuit paratus trade
re,& nulla difficultas eum impediuit.Innuit ergo, ꝙ etiam ſi em-
ptor non fuit interpellatus, ſit in mora, quod tamen non eſt ve-
rum,immo requiritur,ꝙ ſit interpellatus,& quod hic dicitur, in-
tellige,quia ſi poſt interpellationem venditor ſemper fuit paratus
tradere,& emptor non requiſiuit,ut traderet, eſt in mora Si autẽ
requiſiuiſſet,& emptor tradere noluiſſet,tunc purgaſſet moram,
& uenditorem in mora conſtituiſſet,quia ultima mora nocet.vt
d.l.illud.& infra eo.l.ſi per emptorem & no in l.ſi ſeruum.§.item
3 videamus.infra de verbor.obligatio. † Sed ſi venditor poſtquam
interpellauit emptorem perdidit facultatem rei tradendæ, vel fuit
impeditus aliqua difficultate, etiam non conſtitueretur in mora
per interpellationem emptoris,vt d.l.ſi per emptorem.in fin.text.
4 & glo.quod not.& hoc ſenſit hic ſuper verſi.præſertim. ¶†Vlti-
a mo allegatur iſte tex.in fi. ꝙ dictio a[a] denotat ſeparationem, de
quo per Cyn.in l.a caligato.C.de contrah.empt.

ADDITIO.

a Dictio a, Adde quòd iſta dictio coniuncta numero dierum excludit illam
diem,cui adiungitur.glo.eſt in cle.ſicut appellationem.de appel.

LEX IIII.

Si ſeruum. ¶Venditor ſciens vitium rei tenetur, quate
nus intereſt emptoris, ſi ſciuiſſet, licet duplũ
promiſerit,& ad illud intereſſe poteſt cõueniri,antequam res em
ptori abſit,licèt non ad duplam.h.d.idem ſi ſciuit rem alienam,ut
poſſit conueniri etiam antequam euincatur ad intereſſe particu-
lare,quatenus intereſt emptoris,ſi ſciuiſſet.vt ĵ.co.l.ſeruus.§.ſi uel
quatenus intereſt ipſius ſuiſſe factum,quod eſt no. nam iſtud di-
citur intereſſe particulare,poſtquam eſt euicta, agitur ad intereſ-
ſe totale,de quo deducitur id,quod fuit conſecutus pro intereſſe
particulari.ut infra eo.l.ex empto.§.fi.& no.in l.j.in prin.ſupra eo.
in glo.mag.circa medium ibi,{ ſed quid,ſi ex eo, ꝙ in mora tra-
denda,& fuit &c.

---

2 *Si ager uenditus reperitur maior,puta,duobus iugeris,quàm ſit dictum,
an illa duo iugera videantur uendita pro eodem pretio, & quid econ-
tra.& nume.1.*

3 *Qualitas eſſe non poteſt,ubi non eſt ſubſtantia.*

1 §.Si modus. ¶† Si fundo uendito deficit ſubſtantia
menſuræ; reſtituitur pretium pro rata,
quo deficit,& ſi deficit qualitas,& non ſubſtantia, reſtituitur pro
rata qualitatis deficientis.hoc dicit. ¶In text. ibi { pro numero iu-
gerum. } q. d. non pro bonitate per rationem, quæ ſequitur.
{ quia &c. } pone enim, quòd ager in vna parte erat melior, quã
in altera,dicebat emptor deficere duo iugera; quæ ſi non defice-
rent,eſſet de meliori parte, & ſic debet fieri æſtimatio; quatenus
plus valent iugera in illa parte,quàm in altera,certè non debet fie
ri,ſed habetur reſpectus ad numerum iugerum; ut ſi dictum fuit
eſſe x.iugerum,& fuit uẽditus pro x. ad rationem unius pro quo
libet iugere reſtituantur duo tantum,licet in parte meliori, ualet
2 iuger vnum cum dimidio.†Sed quid ſi ager eſt maior, quàm ſit
dictum,quia dicitur,quòd erant x. & reperiuntur xij illa duo an
uideantur uendita,& pro eodem pretio? reſpondeo, aut dixiſti
uendo tibi x.iugera in tali fundo,& illa duo non ſunt uendita,ſed
remanent penes te argu.in l.ſi uina.de peri.& commo. rei uendi-
tæ.& in l.ſi debitor.§.veriſimile.ſ.de contrahen. emp.a contrario
ſenſu. Aut non fuit facta uenditio de iugeribus,ſed de fundo.licèt
diceres eſſe x.iugerum: & tunc aut fuit ſtatutum pretium pro
quolibet iugere,& illa duo cadunt in venditione,non tamen pro
eodem pretio,ſed debeo ſupplere, niſi contrarium ſit actum.vt
l.qui fundum.§.qui agrum.de contrahen. emp.aut non fuit ſtatu
tum pretium pro quolibet iugere,ſed pro toto fundo:quia uen-
didiſti fundum pro x.quem dixiſti eſſe x.iugerum.& tunc non de
a beo[a] pretium ſupplere,immo illa duo cedunt lucro mei.ut ĵ.co.
l.ſi venditor hominis.in princ. & de hoc articulo tangitur, nec ita
clarè,nec allegantur dicta iura per Spe. de emptio. & uenditio.§.
ſciendum.in fi.tene menti,quia ſunt quotidiana,& pluries vidi du
3 bitari.¶†in tex.ibi,{ non poteſt æſtimari. } allegatur iſte text.ꝙ ubi
non eſt ſubſtantia,non poteſt eſſe qualitas.facit ſ.ſi cer.pe.l. eius q.
circa fi.& de fur.l.ſi quis uxoris.§.nec uerb.ſ. de hær. uen.l. quòd
ſi nullo.& de acquiren.rerum dom.l.adeo.§.inſula.in fin. & C.de
cond.ob cauſam.l.j.per Bar.

ADDITIO.

a Et tunc non debeo. Adde Bal.in rub.C.de contrahen.emp.Sal. in l. 2. C.e.
& Pet.de Ancha.in c.per tuas.de do.refert, & ſequitur Alex. de Imol. in
conſi.127.in prin.in 2.vol.& in propoſito uide d.Maria.de ſancto Saui.in
trac.de empt.& uend.q.6.in prin.col.6.
¶Et Adde quòd hanc eandem Doc. Pau. hic refert etiam idem Alex. de
Imo.in conſi.113.col.4.ver.præterea etiam dato,& in conſi.8.co.2.poſt
prin.in 4.vol.
¶Adde tu,quòd hanc do.Pau.de Ca.refert, & ſequitur do. meus Soci.in
l.demonſtratio falſa.col.3.infra de condi.& demon.

LEX V.

Si hæres. ¶Hæres grauatus uendere, poſtquam uendidit
poteſt ad ea,quæ ſunt de natura emptionis con
ueniri non ſolum ex empto,ſed etiam ex teſtamento, ſecus ſi nõ
eſſet grauatus, licèt falſo putaret ſe grauatum.hoc dicit,dubium
erat in prima parte:quia poſtquam uendiderat, uidebatur libera-
tus ab actione ex teſtamento,quia fecerat id,quod teſtator iuſſe-
rat:& ſic ſolum uidebatur poſſe conueniri actione ex empto.
per l.in numerationibus in fi.de ſol.Sed cõtrarium eſt,quia quo-
uſque non fecerit omnia,quæ ſunt de natura contractus non ui-
detur impleuiſſe uoluntatem defuncti, & iſta fuit intentio huius
legis,quam no.

---

LEX VI.

2 *Quando res ex una parte traditur, ex altera traditur res, & pecunia, ſi
pecunia præponderat ualori rei,erit emptio, ſi ecõtra, erit permutatio.*

3 *Si promiſiſti mihi dare librum, poſtquàm ſcripſeris, uel ſi ſcripſeris quòd
poſſim agere, vt ſcribas, & poſtquam ſcripſeris, mihi des.*

4 *Factum an ſit in obligatione.*

Tenetur ex empto.

1 §.Si vendidi. ¶†Ex pacto incõtinenti ap
poſito informatur actio ex
2 contractu.ut detur ad id, quod deuenit in pacto.h.d. ¶†In textu
ibi,{ non intelligitur emptio,& venditio, } quia non interuenit pre
tium in pecunia numerata,quod eſt neceſſe, ut dicatur emptio,
& venditio,vt infra de rerum permu.l.j.eſt ergo contractus inno
minatus do,ut facias,uel facio,ut facias,& ſic datur actio præſcri-
ptis verbis,ſed in caſu præcedenti interuenit etiam pecunia:unde
fuit emptio,licèt fuerit appoſitum pactum de aliquo faciendo:&
ex hoc videtur,ꝙ ſi ex una parte traditur res,ex altera uerò pecu-
nia,& res dicatur contractus emptionis,& venditionis, facta de-
nominatione a pecunia, non autem permutationis, facta deno-
minatione a re:quod an ſit uerum,uide ꝑ Bart.in l. Ariſt. de don.
immo uidetur diſtinguendum, an pecunia præponderet ualori
3 rei.& tunc erit emptio. An econtra,& tunc erit permutatio. ¶†In
tex.ibi,{ ita ut inſula ædificata } iſta uerba faciebãt dubium. Nam
a iſti ablatiui reſoluuntur[a] in conditionem,vt l.a teſtatore.& ibi no.
de cond.& demonſt.& ſic eſt ſenſus, ſi inſulam ædificaueris, uel
poſtquàm ędificaueris,tradas mihi dimidiam. Non ergo promi
ſiſti mihi ædificare:vnde uidebatur, quòd non poſſem agere, ut
ædifices,contrarium tamen hic patet,ut infra ſequitur, quod eſt
benè mirabile,ut iſta uerba conditionalia inducãt diſpoſitionem.
Vnde uidetur per iſtum tex. quòd ſi promiſiſti mihi dare librum
poſtquam ſcripſeris, uel ſi ſcripſeris, poſſim agere, ut ſcribas,&
poſtquam ſcripſeris mihi des: quia cum conditio pendeat ex fa-
cto tuo, videtur tacitè actum, vt illam debeas implere, nec ſcio ali
4 bi iſtum text. ¶†Item patet ex iſto text. ꝙ agit̃ ad factũ dum dicit,
ut ædifices agere me poſſe:& ſic factum eſt in obligatione. Vn
de allegabam ſemel,dũ eſſem ſcholaris ꝯ dominum Chriſtopho-
rum de Caſtil.qui uidebatur tenere contrarium, ꝙ in obligatio-
ne non erat factum,ſed intereſſe.vide per Barto.in l. ſtipulationes
non diuiduntur.in 8.quæſtione.de verb.oblig.

ADDITIO.

a Ablatiui reſoluuntur. Adde l.ab emptione.ff.de pac.cum ſim.

§.Si locum. Si uenditor anteꝗ̃ rem tradat, aliquid fa-
ciat in illa,uel circa illam, quod facere non
poſſet

poſſet etiam re euicta, poſtea conueniri poteſt, ut illud deſtruat. h.d.in effectu ſecundum,quod gl.uidetur intelligere.

**§.Si vas aliquod.** ¶Si vas venditum non continet integram menſuram,tenetur vẽditor actione ex empto ad reſtitutionem pretij pro rata. Sed ſi non eſt integrum,ſiue dixerit ipſum integrum ,ſiue non,tenetur ad omne damnum,& intereſſe cõtingens emptori propter hoc: quia ſemper vr̃ actum,vt integrum pręſtetur,niſi contrarium appareat.h.d.¶In text.ibi,{ ex empto tecum agam, ſi minus pſtes.} etiam ſi fueris ignorans,ut in prin.huius l.& agam ad reſtitutionẽ pretij pro rata,vt l.ſi ſeruum.§.j.s.eod. ſed in ſequenti caſu ago ad omne intereſſe,etiam extrinſecum propter malam traditionem, vt hic.j.eo.Iulia.licèt quando non traditur. propter moram non poſſit agi ad intereſſe intrinſecum,vt j.eod.l.ſi ſterilis. §. cum per venditorem.plus ergo delinquit mihi malè tradit,id eſt rem vitioſam,quàm qui nullo modo.Sic,& delictum conſiſtens in faciendo,maius eſt,quàm conſiſtens in non faciendo,vt not.gl.in l.2. j. ad Silla.¶Item loquitur hic in ipſo vaſe principaliter vendito, ſed in acceſſorio,dic,vt j.eo.l.pe.§.fi.& l.quicquid.

**§.Si tibi.** Venditio ſeruitutis realis facta ei qui non habet fundum vicinum,non valet. h. d. ratio eſt, quia non poteſt ſtare ſine dominante prædio,vt s.communia prædi. l.j.§.fi.¶Item ſi venditor dixerit deberi ſeruitutem prædio vendito,ſi non debetur, tenetur quanto minus. h.d ver. ſi tibi quinimmo etiam ſi debeatur,& venditor non certificaret emptorem, & propter hoc non fuit vſus illa ſeruitute, & propter non vſum fuit perdita, tenetur venditor ad intereſſe, vt s. de contrahenda empt.& venditi.l.in uẽdendo.§.j.quia ſi debet certificare emptorem de ſeruitute,quam prædium venditum debet. s.eod.l.j.§.j.ita, & de illa,quæ eidem prædio debetur, ne propter non vſum perdatur,vt dic.l.in vendendo.

**§.Si venditor ſciens.** Proteſtatio, ꝙ non vult teneri de vitio, vel defectu rei non poteſt venditori ſcienti illud ſubeſſe,& non certificanti emptorem.h.d.ſic,& s.eo.l.j.§.j.

LEX VII.

2 *Si recipio rem in emphyteuſim pro Titio , & filijs eius uſque in tertiam generationem,& ille Titius non habeat ratum,remanet penes me duratura uſque ad tertiam generationem Titij.*

3 *Si vendis fundum ſimpliciter,licèt dicas vſumfructum ad Titium pertinere,& non pertinet,ex ui uerborum totus fundus cenſetur uenditus,*

1 **FVndum mihi.** ¶†Si vẽditur res excepto vſufructu,qui dicatur ad alium pertinere,valet emptio:licèt ad nullum pertineret,& poterit venditor retinere pro ſe.Eatenus,tamẽ durabit,quatenus duret apud illum,& idem ſi dicatur pertinere ad vnum,cum ad alterum pertineat. h.d. plus etiam dicitur in l.ſi venditione.s.communia prædio.ꝙ poteſt venditor agere contra emptorem,vt patiatur vſumfructum, uel ſeruitutem conſtitui ad commodum illius,ad quem dixit pertinere, quod eſt mirãdum,quia per hoc patet,ꝙ verba poſita ad ſi.excipiendi proſunt ad agendum.Nam videbatur,ꝙ illa exceptio ſolum operatur,vt venditor non teneretur illo vendicante ſeruitutem, & tamen operatur etiam,ut agere poſſit, vt in l. ſed & ſi poſſeſſori. s. de iure iurando.Item prædicta,quando venditor excipit uſumfructum, vel ſeruitutem,ſi autem non excepiſſet,ſed ſolũ dixiſſet,uel uſumfructum, vel ſeruitutem deberi tali cum re vera non teneretur, non poſſet pro ſe retinere,uel etiam agere, vt illi conſtituatur, & ſic ſolum operantur iſta uerba,{ non teneatur. } ſi verum eſt,qđ dixit,non autem,vt agere poſſit,vel retinere, ſi nõ eſt verum tex. eſt cum gl.quam no.ad declarationem iſtius l. j.de euictionibus. l.minor.§.fi.quam allegat gl.pro concordant. ſed potius eſt con
2 tra:ibi omnino vide per hanc legem dicit† Bart. ꝙ ſi recipio rem in emphyteuſim pro Titio,& filijs eius vſque in tertiam generationem,& ille Titius non habet ratum,& ſic remanet penes me per l.abſenti.C.ſi cert.pet.durabit apud me, & meam generationem vſque ad tertiam generationem Titij, non autem meam. Adde qđ no.per eũdem in l.ſi quis vſumfructum. j.de vſufr.legato.¶Item adde hic l.cum fundum cuius. j.de euictio. Eſt autem ratio huius legis,quando vendis fundum excepto vſufructu ſola proprietas uidetur uendita, & ideo, licet dixerit illum pertinere ad Titium,licèt non pertineat,nihilominus non poſſum petere, niſi proprietatem,& potes illum fructum retinere pro te, uel tradere Titio,aut cuilibet alteri non tamen durabit,niſi quatenus du
3 rat penes Titium.†Sed ſi vendis fundum ſimpliciter,licèt dicas vſumfructum ad Titium pertinere,ſi non pertinet, ex vi verborũ totus fundus cenſetur uenditus,ꝗa exceptio, quæ non reperitur, non diminuit,vt in l.ſi quis ita legauerat fundum exceptis vineis, & l.Titiæ textores.de le.j.

LEX VIII.

1 *Condictio incerti,quòd etiam concurrat cum alia ſpeciali actione oriente ex contractu,*

1 **SI tibi.** ¶†Si res vendita tradatur aliter, quàm debeat tradi ad incommodum tradentis,agiĩ cõdictione incerti, ad incommodum recipientis,agi
2 tur actione ex empto.hoc dicit. ¶†In tex.ibi, { etiam condictione incerti.} quaſi dicat, non ſolum actione ex uendito, & ſic no.contra illos qui tenent in l.ſed ſi me putem.ſupra de condi.inde. ꝙ cõdictio incerti non cõcurrit cum aliqua ſpeciali actione oriente ex contractu,quod eſt falſum,vt ibi dixi, ut etiam patet j.eo.ex empto.§.eo autem. pone caſum in hac l. per illum §. cum inter.vt ibi dixi.

LEX IX.

**Si is qui.** ¶No.hic pro eo, quod dixi ſupra de conſtitu.pecu.l.item illa.ꝙ quando res eſt talis, quæ non poteſt portari ad domum creditoris ſine ſumptu,& labore, non tenetur debitor portare,ſed creditor debet tollere ſuis ſumptib. & labore. facit ſupra de pericu. rei ven. l.j. §.licèt. & adde quod no.Bar.in l.j. j.de alimen.leg.

LEX X.

2 *Si aliquis uendidit rem duobus diuerſis temporibus inſolidum & cuilibet tradidit,& promiſit de euictione,& cuilibet ſit euicta, & deceſſit unus emptor altero relicto hærede, qualiter iſte ſuperſtes aget contra uenditorem,& nu. 1.*

3 *Emens rem ab vno qui rem tradidit, & de euictione promiſit, ſi poſtea emat eam ab alio,& de euictione etiam promiſit, & unus uenditor ſucceſſit poſtea alteri,& res fuerit euicta,qualiter formetur libellus.*

1 **Non eſt nouum.** ¶†Quando duæ actiones incęperunt habere originem in perſonis diuerſorum pro eadem re, cum effectu ſolidæ exactionis, poſſunt ex poſtfacto concurrere in perſona eiuſdem cum eodẽ effectu,ſi inchoatum eſt iudicium ſuper vna, antequam incipiat alteri competere,poterit illa poſtea competente inchoari nouũ iudicium ſuper illa,ſi autem ambæ competebant ante litem cæptam,debet unum tantum iudicium agitari,& ambæ debẽt in eodem libello cumulari h.d.iſta l.ſingularis,& magiſtra,quę ſemper allegatur,quod ergo dicitur in l.item in illo.§. fi. de conſtituta pecunia. ꝙ altera per alteram tollitur, quando eidem competunt ex diuerſis cauſis,procedit, quando non habuerunt originem in perſona diuerſorum,ſed eiuſdem,aliàs ſecus, quia ſicut ſi in perſonis diuerſorum remanſiſſent,quilibet poſſet agere, ita ſi illa ,quæ competebat vni poſtea peruenit ad alterum iure hęreditario,vel alio modo,poterit ille conſequi commodum utriuſque, quia repreſentat duas perſonas,ſcilicet ſuam,& alterius,cui ſucceſſit, debet tamen ſeruari forma,de qua hic.¶In tex.ibi, { de eadem re cõcurrant.} ſupple,cum effectu alterius ſolidæ exactionis, ut patet ex his,quæ ſequuntur, nam ſine tali effectu non eſt dubium,ꝙ plures actiones poſſunt concurrere in eiuſdem perſona contra eundem pro eadem re,& aliquando tolluntur electione, quãdo oriuntur ex eadem cauſa,& obligatione, ut l. quod in hæredem. §.eligere. de tribut. aliquando vero ſola exactione, qñ oriuntur ex diuerſis cauſis,vt d.l.item illa.§.fi.de conſti.pecunia. & hoc,qñ non habuerunt originem in perſonis diuerſorum,vt dixi,aliàs ha
2 bet locum,quod hic dicitur.¶†In tex. ibi, { proprium vẽditorem conuenire }.i.dicere,ꝙ aget ex venditione facta per ſe, & ex uenditione facta illi,cui ipſe ſucceſſit,& ſic aget,ut hæres, & ex vna ꝯ. ſequitur rem,ex altera æſtimationem,uel intereſſe,quia ſi tradidiſti mihi ex emptione facta per me,non potes poſtea tradere mihi,tanquam hęredi ex emptione facta per illum cui ſucceſſi.
3 ¶†In tex.ibi,{ vnam quidem actionem mouere } id eſt dicere, ꝙ dabit vnum libellum in quo narrabitur de utraque uenditione, & concludet aduerſarium condemnari ſibi ex vtraque venditione.ſ.ex vna nomine proprio,& ex altera nomine hæreditario proponendo ex hoc actionem ex empto. Nam per hoc videtur intẽtaſſe ambas actiones,cum ſint eiuſdem generis, & qualitatis,ut s. pro ſocio.l.cum duabus.§.ſi plures,& fam.erciſ.l.hæres. §.de pluribus.ſed ſi non eſſent eiuſdem generis,& formæ, non debet loqui in ſingulari,quia ſub uno vocabulo alia non comprehenditur, ita loquitur l.ſi is cui.de act.& ob.quam glo. hic aſſignat pro contraria, non tamen dico, ꝙ aut tunc debeant agitari duo iudicia, vel debeant recipi duo libelli,ſed gratia minuendarum litium cogetur actor ea deducere in eodem libello, ita intelligo glo. quæ eſt hic,quia eadem ratio eſt,licèt Bar.uideatur facere differẽtiam, an ſint eiuſdem generis, & qualitatis, an diuerſarum. Tu dic, ꝙ differentia eſt quantum ad id,quod dixi,quia quando ſunt eiuſdẽ generis,poteſt loqui in ſingulari,puta dicendo, ꝙ proponit actionem ex empto,& uidetur proponere ambas. Non ſic, quando ſunt diuerſorum generum.

1 *Actio ex empto ad quid competat,& an cõpetat emptori, remiſ. & quæ ſint de natura contractus emptionis.*

2 *Venditor*

2 *Venditor non obligatur ad dandum, ſed ad tradendum duntaxat.*
3 *Quòd iſta traditio non ſit meri facti,ſed habeat cauſam proprietatis anne*
*xam,quia ex ea transfertur dominium, ſi tradens eſt dominus,aliàs uſu*
*capiendi conditio.*
4 *Præſtare idem eſt,quod tradere.*
5 *Emptor tenetur transferre dominium pretij.*
6 *Actio ex empto competens ad traditionem rei, an ſit una, & eadem cum*
*illa,quæ competit re euicta ad intereſſe.*

1 **Ex empto.** ¶†Hucuſq; tractauit de natura emptionis,
& vend. hic incipit tractare de natura actio
nis ex empto duntaxat,& ad quid competat vſque ad §. Iulian.§.
ex vendito. ibi incipit tractare de natura actionis ex vẽdito. Com
petit ergo actio ex empto emptori, non autem venditori, & da-
2 tur ad quam plura,quæ per totam iſtam l.continentur. ¶†No.in
hoc principio, quòd venditor non obligatur ad dandum id eſt
3 dominium transferendum, ſed ad tradendum duntaxat. † item,
ꝙ iſta traditio nõ eſt meri facti:immo hẽt cãm proprietatis anne
xam,quia ex ea transfert̃ dñium, ſi tradens eſt dñs:aliàs transfert̃
vſucapiendi ꝯdõ, vt l.clauib.s̃.de ꝯhen.emp.ſecus,qñ rem tradi eſt
in obligatione ex alio ꝯ̃ctu, q̃ ex iſto:q̃a tunc eſt meri facti,& nõ
transfert̃ dñium,ẽt ſi tradens ſit dñs, nec ẽt cogitur præcisè trade
4 re,ſed liberatur p̃ſtando intereſſe,ut dixi in l.j.in prin.s̃.ea.l. ¶†Item
no.ſignificatum verbi,præſtare. nam idem eſt dicere, ꝙ tradere.
¶Item not.quæ ſint de nã iſtius ꝯ̃ctus.ſ.ut res tradatur,& de eui-
ctione teneat:quæ aũt ſint de ſubſtantia, dic,ut in l.pacta conuen
ta.s̃.de ꝯhen.emp.aliud eſt.n.eſſe de natura, aliud eſſe de ſubſtan-
tia. Nam pactum contra ſubſtantialia ꝯ̃ctus non valet, ſecus ſi ꝯ̃
5 naturalia, vt in l.paciſci.s̃.de pac.& no.in d.l.pacta. ¶† Item no. ꝙ
emptor tenetur transferre dñium pretij, quia tenetur in quantita
te,idem dicit Bar.in venditore,ſi vendit aliquid in gñe, puta, decẽ
ſalmas vini, & hoc potius eſt ex natura gñis,q̃ contractus,ut no.
in ſimili.in l.ſi domus.§.de euic.de leg.j. & l. qui concubinam.§.ſi
6 hæres,de leg.3.¶† Sed quæro, an actio ex empto,q̃ competit ad
traditionem rei ſit una,& eadem cum illa,q̃ competit re euicta ad
intereſſe.gl.in l.cum plures,in vlt.gl.in fi. ĵ.de euic.vr̃ tenere,ꝙ nõ,
& ꝙ prima extinguitur per traditionem rei, & ſecuta poſtea eui-
ctione ſuſcitetur quædam noua actio, nam eadem extincta non
poteſt reſuſcitari,vt l.qui res.§. aream.de ſol.hoc etiam vr̃ ſentire
Bar. ꝙ ſit actio noua. ĵ.de don. l.Ariſt.§.ſi.Sed in ꝯ̃riũ,ꝙ ſit illa ea
dem vr̃ determinare ipſe idem Bart.in l.Pomp.in neg.s̃.de neg.ge.
circa fi.& in d.§.de euictione.iſta magis placet.Non.n.eſſet neceſ-
ſe multiplicare dictiones ſine cauſa: ſed hic clarum eſt, ꝙ una, &
eadem actio poteſt competere ad plura diuerſa: & ſi ſoluatur
unum,poteſt extingui reſpectu illius,& durare reſpectu aliorum.
nec uideo quid repugnet.

LEX XI.

2 *Poteſt agi,ut inſtrumenta cancellentur, quatenus de facto extant, licèt*
*ſint caſſa de iure.*
3 *Statutum ſi dicat,ꝙ bannitus aliquid faciendo,puta capiendo alium ban*
*nitum intelligatur rebannitus, licèt faciendo illud ſit ipſo iure rebanni-*
*tus,poteſt tamen petere,ut bannum caſſetur.*

1 **§.Redhibitionem.** †Hæc actio competit ad re-
ſoluendum ꝯ̃ctum, uel ex
eo ꝙ res uendita ſit morboſa, quo caſu dr̃ propriè redhibitio, &
habet locũ tit.de ædil. edic.ſiue non ſit morboſa:ſed deficit quali-
tas ſubſtantialis:quia uenditur ancilla tanq̃ virgo,cũ nõ ſit:quo ca
ſu non dr̃ propriè redhibitio, nec hẽt locum titulus de ædi.edi.tñ
põt agi ad reſolutionẽ contractus hoc caſu: & idem ſi partes de
cõi conſenſu receſſerunt a ꝯ̃ctu,non poteſt ꝑ hanc actionem re-
peti,quod arrhæ, vel pretij nomine datum eſt h. d.uſq; ad §.ego
autem illud quæro,& ſic uſque illuc loquitur de reſolutione ꝯtra
ctus,hic aũt actio non cõpetit, vt ꝯ̃ctus impleatur, ut in prin.hu-
ius l.ſed ẽt, ut diſſoluatur,ut in tribus caſibus, qui hic continẽtur.
¶Et circa §. his qui vina. & ꝓ eius intellectu vide omnino,quod
no. Bart. in l.ſi id, quod aurum. ĵ.de uer.ob. & in l.2. C.de reſcin.
2 vend.& facit l.quot.§.j.de uſufr. & quod ibi no. † No. etiam glo.
ſup uer.{ diſtracturum.} ꝙ poteſt agi, ut inſtrumenta cancellen-
3 tur quatenus de facto extant: licèt ſint caſſa de iure. † Et ideo ſi
a ſtatutum dicat, ꝙ bannitus [a] aliquid faciendo, puta capiendo il-
lum bannitum intelligatur rebannitus: licèt illud faciendo ipſo iu-
re ſit rebannitus, põt tñ petere, vt bannum caſſetur, & cancelle-
b tur de lib.arg.huius. gl. & ſic illud uerbum caſſare. [b] & cãcellare.
refertur ad actum facti,non iuris,facit c.propoſuit.de conceſ.prę
ben.& s̃.de reſcin.uen.l.fundus qui Lucij Titij. Et ſic, & ſententia
nulla caſſatur id eſt caſſa,& irrita pronuntiatur: ut in c. accedens.
ut lit.non cont. & inſtrumentum nullum, & inutile propter ſo-
lutionem cancellatur, ut C. de ſol.l.inductum, & adde quod no.
ſupra. de ſerui. l. j.§. j.ſuper uerbo {infirmabitur,} & quod not.in
c.2.de iureiur.ubi uerbum abſoluimus. exponitur id eſt abſolu-
tum eſſe declaramus.

ADDITIONES.

a Quod bannitus. Adde Nellum de S.Geor.in trac.de bannitis.
b Verbum caſſare. Adde gl.& Doc.in c gratum.de poſt.prælat.& glo.in c.ac
cedens.ut lit.non conteſt.

1 **§.Ego autem.** ¶†No.hic, & hæc actio datur, ut re-
ſtituatur id, quod eſt datum nomine
arrhæ,non ſolum eo caſu,quo receſſum eſt a contractu, ut in ca-
ſu præcedenti,ſed ẽt qñ ꝯ̃ctus fuit conſummatus hinc inde, ſi id
quod datum eſt noĩe arrhæ, non eſt conuerſum in pretium, nec
conuerti potuit,quia conſiſtebat in ſpecie,non in quantitate.Item
ꝙ ꝯdõ ob cãm, uel ſine cauſa põt concurrere cũ ſpeciali actione
ex ꝯ̃ctu,qđ facit ꝯ̃ Bart.in l.ſed & ſi me putẽ.§.cum inter.de cond.
inde. Item ꝙ cond. ob cãm poteſt competere in ꝯ̃ctibus nomi-
natis.Certè hic non loquitur de condictione ob cãm, ſed de ꝯdi
ctione ſine cauſa,nec uideo,ꝙ prima poſſit hic competere, quia
illa datur ob cãm de futuro, quæ non fuit ſecuta, ſed hic ſecuta
fuit emptio,ob quam data fuit arrha, ſi tñ non fuiſſet ſecuta,non
nego,quin poſſit dari.Nec obſtat l.ſi.de ꝯdi.ob cauſam, & quod
ibi nota.Nam fateor,ꝙ ad repetendum,pretium,ſi uenditor non
tradat rem,non põt agi cond.ob cau. ſed debet agi, ut res tradat̃,
poſtquam agi poteſt, & ita loquitur, quod ibi no. Sed ſi detur
actio pro cõtractu futuro,& ille non ſequatur, non poſſum age
re, ut impleatur ꝯ̃ctus, ergo æquum eſt mihi competere condi-
ctionem ſine cauſa ad reſtituendum, quod dedi.

2 *Venditor tenetur transferre poſſeſſionem, licèt non teneatur transferre*
*dominium,ſed duntaxat tradere.*
3 *Emptor ad quid agat contra uenditorem,qui non cauit de euictione.*

1 **§.Etiam ſi.** † Venditor ſerui tenetur cauere de his qua
tuor, videlicet, ꝙ non ſit fugitiuus. Item ꝙ
ſit furtis,& noxiis ſolutus.Item ꝙ licebit emptori hr̃e.i.ꝙ non euĩ
cetur ab eo.Item ꝙ tradetur poſſeſſio cum erit tradẽda:hoc pri-
mo,& ſi non tradit, tenetur venditor ad intereſſe totale,ſi autem
nõ cauetur,tenetur ad intereſſe particulare, quatenus ex hoc em
ptor damnificabitur:hoc ſecundo.Et ſi fuit ſolutum intereſſe par
ticulare,& agitur poſtea ad totale:debet inde deduci particulare
ſolutum.Si autem ſolutum non fuit,quia uenditor cauit,tunc de
intereſſe totali nihil deducit: hoc tertio, & ultimo uſq; in finem.
Diuide in tres, ut in ſummario: ſecunda ibi, {idem ait non traden
tem.} tertia ibi:{idem Neratius ait.} & eſt tex. aliquantulum ſcru-
puloſius, & oẽs gl.tendunt ad eius declarationem. ¶No.hic tex.
2 expreſſum ibi:(ſed ut tradatur ei poſſeſſio,) † ꝙ uenditor tenetur
transferre poſſeſſionem,licèt nõ teneatur transferre dominium,
ſed duntaxat tradere,ut in prin.huius l. quinimo debet transferre
poſſeſſionem vacuam.i.a nullo occupatam,ut s̃. eo.l.2.§.j.Quæ-
ro cum vẽditor ſerui teneatur ad iſta omnia actione ex empto,
an ſit unica actio,quæ competat pro omnib. an ſint plures? Bart.
in l.Pomponius.el 2.s̃.de neg.geſt.circa fi.tenet, ꝙ ſit vnica tantũ,
ut dixi.in prin. huius l.Item qđ hic dicitur intereſſe particulare de-
duci de totali, vr̃ eſſe verum, qñ eadem cauſa prouenit: ſecus ſi
3 ex diuerſis,ut in.de euic.l.euicta.§.ſi ſeruus.¶ † Notandum,ꝙ gl.
magna.in uer.{ſed licèt damnetur.} uſq; in finem. videtur ſibiipſi
contrariari, quia primo dicit,ꝙ ſi agat contra uenditorem ex eo,
ꝙ non cauit de euictione,& fuit cõdemnatus,ꝙ non fit exactio,
ſed differtur quouſq; res ſit euicta, ut l.in lege Aquil.ſi deletum.s̃.
ad l. Aqu.& reſpondit ad iſtum tex. in quantum innuit contra-
rium.poſtea in uer.(ſed ſi pñs agam.) uidetur tenere oppoſitum,
ꝙ fiat exactio,ſi condemnatus eſt, quia non cauit,& hæc uera,
quia non fit de intereſſe totali, ſed de particulari, qđ eſt de pñti.
Pone.n.ꝙ ex eo,ꝙ non cauit, emptor alteri uendere non potuit
tanto pretio, quanto uendidiſſet ſi cautum fuiſſet, quia potuiſſet
cedere actionem contra cauentem; certè ſtatim poterit exigere
illud intereſſe, ſed totale intereſſe non, quia non eſt euicta. Poſt-
quam ergo euicta erat,agetur ad totale,& in eo imputabitur par
ticulare receptum.& hoc probatur in iſto tex.

LEX XIII.

1 *Empor re euicta,quid recuperet.*
2 *Emptor non poteſt agnoſcere bonam fidem, & defenſionem obtinere, niſi*
*cum ius euincentis eſt manifeſtum, & ẽt cogitur tunc expectare ſñiam.*
3 *In notorijs, & manifeſtis nõ requiritur probatio,uel ſententia, & quan-*
*do hoc procedat.*

1 **Emptorem.** ¶† Illud recuperat emptor re euicta,
quod ſoluendo euincenti poterat eo in
uito retinere, & non ultra, nec prohibetur bonam fidem agno-
ſcere ſi ius euincentis eſt manifeſtum, hoc dicit prin. huius l.vſq;
ad uerſi.idem Neratius. Si ergo emi a te ſeruum pro xv.qui tan-
tum ualebat: dederat tamen damnum Titio in xj. Titius agit cõ
tra me noxali, & ego cum poſſem ſoluendo x. retinere ſeruum,
non ſolui,ſed ſeruum pro noxa tradidi,non recupero a te,n:ſi 10.

& ſi

& ſi fui ſtipulatus 10. duplã. 10. duplantur: & ſi noxa eſt manifeſta, non cogor aduerſus euincẽtem defenſionem facere: ſed poſſum fateri, & ſoluere 10. vel ſeruum tradere, nec venditor põt mihi imputare: debeo tñ expectare condemnationem, aliàs de euictione non agerem, vt in gl. quæ incipit {bona fide.} Primum dictum huius l. intellige, qñ commodè poteram ſoluere 10. ſi autẽ non commodè: ſed oportuiſſet rem meam diſtrahere, uel ſub uſura recipere, puto, ꝙ non ſit mihi imputandum, ſi hoc non feci: ſed ſeruum tradidi. arg. ſ. de neg. ge. l. diuortium. poſt prin. ibi, {non enim è ueſtigio &c.} ȷ. de ſta. li. l. peculium. §. fi. Item dixi, qñ ſoluendo eo inuito poterat rem retinere: ut in caſu prædicto. Secus ſi eo non inuito, ſed uolenti, puta, uendidiſti mihi rem alienã pro 15. agit dominus, & probat dñium: paratus eſt tñ ea mihi dimittere ꝓ 10. ego potius reſtitui rem: nihilominus recupero 15. quia non tenebar negotiari pro uenditore. ſ. iterum emere a uero domino, & exburſare iterum pecuniam. arg. ſ. de hær. uen. l. venditori. poſt medium. & l. poſtulante. in fi. ad Treb. ¶ Circa ſecundam partem dic, ꝙ poſſum agnoſcere bonam fidem, ſi ius agentis eſt manifeſtum, ut hic a ↄ̃rio ſenſu: ſed ſi nõ intendo actionem acquirere, ſed me aduerſus te defendere: tunc poſſum, etiã ſi non eſt manifeſtum: vt ſi ſum tutor tuus, & conuenior a creditoribus tuis: ſi ſcio illos eſſe creditores, poſſum eis ſoluere, & non cogor aliquam defenſionem facere, nec expectare condemnationem: immo ſi litem ſuperuacuam inſtituerem, tenerer tibi: ut
2 hæc habentur in l. quoties §. ſicut. de admi. tut. † ſed hic uolebam
ↄ̃ te agere de euictione, vñ nõ poſſum agnoſcere bonam fidem, & defenſionem omittere, niſi cum ius euincentis eſt manifeſtũ:
3 & etiam cogor tunc expectare ſententiam, vt in gl. ¶ † Et alle-
a gatur iſte tex. ꝙ in notorijs, & manifeſtis [a] non requiritur probõ, vel ſnĩa, vt etiam hic no. gl. tamen hoc hic non colli: ſed bñ colligitur, ꝙ non cogitur quis defenſionem facere, ſed põt agnoſcere bonam fidem: an illud ſit verum in ſeꝫ Inn. dicit, ꝙ ſic in c. ex parte. de uer. ſig. quod non eſt uerum indiſtinctè, ſed in his, quæ ſunt
b notoria facti permanentis, quæ propriè notoria dñr. [b] ſecus ſi facti tranſeuntis, quæ propriè dñr manifeſta, ſm Doc. nr̃os: & ſi negantur, neceſſaria eſt probõ. De quo pro Doct. in l. ciues, & incolæ. C. de app. & in auth. qui ſemel. C. quõ & qñ iu. & per eundẽ in l. ab accuſatore. in §. nũtiatore. ȷ. ad Turpil. & vide circa hoc, qđ not. Bal. in l cum fratrem. C. de his, qui vt indig. & l. oĩum. de teſt. & quod not plenè per Canoniſtas in c. ueſtra. de coha. cle. & mulie. & in c. ad noſtram. de iureiur.

ADDITIONES.

a Et manifeſtis. Adde glo. in l. ſi uero. in §. qui pro rei. ff. qui ſatiſ. cog. c. ueniens. de accuſa. Archi. in c. quæ Lotharius. 2. q. 1.

b Notoria dicuntur. Adde l. ſi uero. in §. qui pro rei. ff. qui ſat. cog. Archi. in c. Deus omnipotens. 2. q. 1. Bal. conſi. 125. in 2. uol.

---

## §. Idem Neratius.

¶ Etiam ſi res euincatur ratione ſolius poſſeſſionis, tenetur uenditor de euictione. h. d. Pone caſum, ꝙ uenditor poſſidebat rem ab alio vi, clã, uel precario, & ſic ille potior erat in interdicto uti poſſidetis aduerſus ipſum uenditorem: eodem modo potior erit aduerſus emptorem, in quem non potuit creditor plus iuris transferre, quàm apud ipſum eſſet, ut in l. fi. §. j. ſ. ad Velle. ſi ergo agat dicto interdicto, & obtineat: licèt non euincat rem ratione proprietatis, quia de illa nihil probauit, quando tamen ratione poſſeſſionis, agetur de euictione: quia uenditor debet præſtare emptori, vt ſit potior non ſolum in proprietate: ſed etiam in poſſeſſione, quod etiam probatur in eo, qui tradidit poſſeſſionem non vacuam: quia non facit emptorem potiorem, ut in l. 2. §. j. ſupra eo.

## §. Caſsius.

¶ Qui conſecutus eſt duplum. non agit ad aliud intereſſe, ſed ſi ſtipulatio duplæ non interuenit, datur actio ex empto ad intereſſe particulare, & etiam totale h. d.

---

1 *Pactum, uel lex diſponens, quòd uenditor de euictione non teneatur, non prodeſt ſcienti, & doloſo, ſed ignoranti tantum.*

2 *Dies interpellat pro homine, quando eſt appoſita ad differendã ſolutionẽ.*

1 **§. Deniq; apud.** ¶ † Pactum, uel lex diſponens, ꝙ uenditor de euictione nõ teneatur, non prodeſt ſcienti, & doloſo, ſed ignoranti tñ. h. d. uſq; ad §. ſi quis rem. & primo loquitur in pacto, quo fuit actum, vt de euictione non teneatur tranſactis 30. diebus, quod pactum non prodeſt uenditori ſcienti rem alienam, quo minus teneatur ad oẽ intereſſe. Si ignorabat, prodeſt, ut non teneatur ad intereſſe, non aũt quin teneatur ad reſtõnem pretij, ut ȷ. eo. l. qui autem poſtea. §. ſñiam. loquitur in diſpõne legali, quæ eſt, ꝙ creditor uendens pignus non teneatur de euictione ẽt ad reſtitutionem pretij, ut patet in l. reſcriptum. §. j. de pig. certè hoc eſt uerum, ſi creditor erat bonæ fidei: ſecus ſi malæ fidei: quia ſciebat rem ſibi non eſſe obligatam, vel non potuiſſet obligari, quia non erat obligantis. nam tenebitur ad omne intereſſe, quinimmo de dolo tenetur promittere, cum uendit. Certè quando ignorauit licèt non teneatur de euictione, tenetur tamen cedere actionem ↄ̃ debitorem, ut in l. creditore. ȷ. de euict. ut in d. l. reſcriptum. §. j. Sic ergo plus operatũ diſpõ legalis diſponens quem no teneri, q̃ pretium: quia diſpoſitio legis facit eum non teneri, ẽt ad reſtõnem pretij, ut in iſto §. ſententiam. ſed pactum non, ut ȷ. ead. l. §. qui autem. ¶ In tex. ibi, {duplam promitteret}. ſ. ſi interpellauit intra dictum tp̃s. ibi, {ne
2 quid præſtetur}. ſ. ſi non interpellauit intra dictum tempus. ¶ † In tex. ibi, {& emptor hoc fieri intra diem non deſiderauit.} ſed videtur, ꝙ non habuit neceſſe hoc facere, quia dies interpellauit pro eo. vt l. magnam. de contrahen. emp. Sol. no. diligenter illud eſſe uerum, quando dies eſt appoſita ad differendam ſolutionem, puta, promittis ſoluere intra menſem: ſecus quando ad finiendum obligationem, puta, promittis de euictione uſque ad menſem, & ultra menſem non uis teneri, dies non interpellat: caſus eſt hic, quinimmo potius liberat ope exceptionis, ut l. eum qui ita. §. qui ita. de uerb. ob. eſt ergo neceſſe, ꝙ intra tempus interpelletur. Vide hic gloſſ. in vſibus feudor. de eo, qui interfecit fratrem domini ſui. c. fina. aliàs eſt c. primum. § fin. ubi glo. allegat iſtum tex.

## §. Si quis rem.

Si euincatur res acceſſoria, non committitur ſtipulatio duplæ, ſed benè agitur actione ex empto ad intereſſe. h. d. In hoc eſt ergo melioris condõnis res principaliter uendita, quàm eius acceſſoria: quia ꝓ euictione primæ committitur ſtipulatio duplæ, non pro euictione ſecundæ, ſed in alio ſunt æqualis conditionis, ut ſicut principalis debet præſtari integra, ita & acceſſoria, ut ȷ. eod. tit. l. quicquid. & l. pe. §. fi.

---

2 *Pactum, ne uenditor teneatur de euictione, in tribus caſibus non prodeſt & qui ſint, & quid ſi etiam dicatur, quòd non teneatur ad reſtitutionem pretij. & uide nu. 1.*

3 *Diſpoſitio legalis, quòd quis non teneatur de euictione, facit, ut etiam ad reſtitutionem pretij non teneatur.*

4 *In locatione rei ſi non fuit conuentum expreſſe de mercede, tamen tenetur conductor ſecundum conſuetudinem.*

1 **§. Qui autem.** ¶ Pactum tacitum, uel expreſſum, ꝙ uenditor de euictone non teneatur, non prodeſt ei, quominus habeat reſtituere pretium, niſi etiam de pretio ſpecialiter, & ſpecificè ſit conuentum: ſed bñ prodeſt, vt non teneatur ad intereſſe, niſi fuerit ſcien, vel in dolo. h. d. in effectu uſque in fi. cum l. ſeq. quæ continuatur. Et primo loquitur, quando uenditor promiſit emptori habere licere per ſe uenditorem, & perſonas habentes ab eo cauſam. i. ꝙ nec ipſe, nec hæres eius, uel alius habens ab eo cauſam moleſtabit emptorem in re empta, ut quotidie fit: quia dicunt notarij, ꝙ dictus uenditor per ſe, hæredesq; ſuos dictam rem uenditam non tollere, non moleſtare, nec inquietare &c. ex qua promiſſione reſultat a ↄ̃rio ſenſu, ꝙ ſi alius extraneus non habens ab eo cauſam moleſtet, non vult uenditor teneri: & ſic eſt tacitum pactum. Nam dixerunt quidam ualere, & prodeſſe uenditori. Sed Iul. dicit hoc uerum, præterq̃ quo ad reſtitutionem pretij. & hoc uſq; ibi {idem ait.} quod intellige, quãdo fuit appoſita dictio taxatiua in promiſſione: quia promiſit pro ſe, & habentib. cauſam ab eo duntaxat habere licere. Si autem non eſſet appoſita illa dictio: tunc licèt dixiſſet de ſe, & hæredibus ſuis, & habentib. ab eo cãm, non propterea uideretur actum, ꝙ non teneatur, ſi extraneus euincat: cũ de natura ↄtractus ſit, ꝙ teneatur quocunque euincente, ut in gl. mag. ita intelligit Bart. iſtam primã partem. facit l. in futurum. §. j. de pac. ¶ Secundo loquitur in pacto expreſſo, ꝙ non teneatur de euictione alio euincente: & dicit idem, ẽt ſi dictum fuerit, ꝙ nihil euictionis noĩe p̃ſtet: nam nihilominus tenebatur ad reſtitutionẽ p̃tij ꝑ rõnem hic poſitã in tex. uſq; ibi {niſi fortè.} ¶ Tertio loquitur de pacto magis ſpecifico, ꝙ non teneat̃ ẽt ad reſtõnem p̃tij, & dicit illud pactum ualere: licèt ex eo uideatur reſultare iniquitas, ꝙ uenditor habebit p̃tiũ, & emptor non habebit rem, ſi fuit euicta, & ſic locupletabitur cum aliena iactura: ſed imputet ſibi emptor, quia tunc vr̃ quodammodo emere dubium euentum, & fortunam, quo caſu tolleratur tale inconueniens, & ponit exemplum de emente iactum retis, & alia exempla hic ponit vſque ibi {in ſupra ſcriptis.} Quarto dicit, ꝙ in plus, & ſecundo caſu, quando non fuit expreſsè actum de pretio non reſtituendo, ↄ̃rium eſſet dicendum. ſ. ꝙ pactum non prodeſt, quominus teneatur ad reſtitutionem pretij, licèt proſit, quòd nõ teneatur ad intereſſe, vſq; ibi, {niſi fortè.} ¶ Quinto ab hoc ultimò excipit caſum, quando venditor ſciebat rem eſſe alienam, & non certiorauit emptorem: tunc .n. non prodeſt dictum pactum, quominus teneatur ad in-
2 tereſſe, vt ſ. e. l. idemq; §. ſententiã. ¶ † Not. ergo, quòd pactum, ne uenditor teneatur de euictione, in trib. caſib. nõ prodeſt: Primus ſi ipſe venditor, vel eius hæres euinceret. arg. hic in primo caſu, tunc non prodeſt, quominus teneatur ad omne intereſſe, quod non videt̃ actum de ſe, vel hr̃de ſuo, ſed extraneo, cum ipſe non

debeat

cum l.ſeq.ut ea, quæ ſunt præparata, vt ponantur in aliquo loco,
habeantur pro appoſitis, antequam ponantur uide Bar.in l.cæte-
ra.§.fi.de leg.j.

ADDITIO.

a An confiſcato fundo. Adde an confiſcatis bonis uideatur ꝯfiſcata emphyteuſis uide p̄ Bart.Io.de Im.& Lu.Rom. in l.ſi finita.in §. ſi de uectigalib. ff.de dam.infec.& per Doc.in c.quibuſdam.de pœnis.

LEX XXII.

Si ſterilis ancilla. Qui vendidit partum naſciturũ,
qui naſci non poterat tenetur ad
intereſſe,ſi ſciebat. h.d.Sed ſi ignorabat,tenetur ad reſtitutionem
precij,ar.contra ſ̈.de hære.vendi.l.cum hæreditatem.

§.Si prædij. Vendens prædium tributarium ſcienter,
tenetur emptori ignoranti ad intereſſe, ſi
autem ignoranter non tenetur in aliquo h.d.ſ̃m intell'm glo.vt l.
Iul.in prin.ſ̈. eo. in gl. magiſtra, quæ incipit {immo,} & ibi ponit
rationem,quare non teneatur in aliquo,ſi ignorabat:nam immo
videtur, ꝙ teneatur quanto minoris, vt ibi.Et reſpondet, ꝙ im-
putet ſibi emptor,quia debebat ſcire, ꝙ eo ipſo, ꝙ erat prouincia
le,erat tributarium. Certè iſta ratio cõcludit,ꝙ etiam ſi venditor
erat ſciens,non teneatur in aliquo: quia emptor nõ fuit deceptus
ab eo,ſed ex ſui ſimplicitate, ſi neſciuit eſſe tributarium cum ſcire
deberet. Poteſt dici ſuſtinendo intell'm gl.ꝙ ſcĩa venditoris tan-
quam dolus præponderet craſſæ ignorantiæ emptoris,tanquam
culpç.per l. item ſi obſtetrix. in fi. ad l. Aquil.ſed quando uterque
ignorauit, neutra ignorantia præponderat: & ideo potior eſt cõ
ditio rei,ut l.ſi ſeruum.§.ſequitur.de ver.

§.Quamuis. Licèt uenditio non valeat,emptori tamẽ
decepto datur actio ad intereſſe h. d. In
tex.ibi,{æqualitate.}ſcilicet ſubſtantialis.al's ſecus, ut in l.venditio-
nibus.ſ̈.de ꝯ̃hen.emp. Sed opp ꝙ contractus non ſit nullus, vt in
l.ſi id, quod aurum.de ver.ob Sol.contractus emptionis,& ven-
ditionis eſt nullus,ſi uendis mihi maſſam æris pro maſſa auri:quia
intereſt mea,ꝙ ſit nullus,ne haberem ſoluere pretium. Sed ſtipu-
latio ex cauſa donationis bñ valet:quia intereſt,ꝙ valeat mea po-
tius, quã ꝙ non valeat ut in ꝯtrario, quod declara,vt ibi per Bar.
¶Item op.ꝙ ſi contractus eſt nullus,non poteſt ex eo actio oriri.
ut l.cum lex. ꝭ. de fideiuſ.Sol.verum eſt, ſi emptor ſciebat ipſum
nullum,quia non decipitur, aliàs ſecus, vt ibi no. per Dy. & Bar.
vbi omnino vide.

§.Cum per uenditorem. Contra venditorem moroſũ
in tradendo agitũr ad intereſſe intrinſecum, non autem extrinſe-
cum, ſiue conſiſtat in lucro, ſiue in damno. h. d. & ſemper alle-

gatur. dr̃ aũt intrinſecum, qđ concernit precium rei uenditæ, ſi plus, uel minus ualuit poſt moram, ut moroſus teneatur quanti plurimi, uel minimi fuit a tempore moræ prout expedit alteri, & non moroſo, ut ſ.e.l.rõ.§.ſi per uenditorem. aliud autem intereſſe, qđ pretium non concernit, dr̃ extrinſecum: & illud non uenit, niſi qñ non eſt dare intrinſecum, ut in caſu l. liber homo.§.fi. de uer. ob. An aũt ueniat intereſſe lucri? dic, ut dixi in l.3.§.fi.de eo, qđ cer.lo. ¶Vltimò opp. q̃ ueniat extrinſecum, ut ſ.eo.l. Iul.in prin. So. ibi uenditor tradidit: & malè, quia rem uitioſam, hic non tradidit, & maius reputatur delictum in faciendo, quàm in non faciendo, ut l.2.& ibi nota.ad Silla.in gloſ.

2 *Dictio, niſi, an ponat.*

1 **§.Si tibi fundum.** †Actio ex hoc ꝯtu, datur ad id, qđ deuenit in pacto inconuenienti appoſito.h.d.quia illud habetur loco pretij, ut hic.& l.fun di patrem.de ꝯhen.emp. ¶In fi. tex.ibi, {ſi alij uendiderit.} Quid ſi alij nondum vendidiſti, an poſſim agere ex hoc pacto, ut mihi vẽ-
2 das, pp illa uerba non uendas niſi mihi: & ſic quæritur † an dictio,
a niſi,ᵃ ponat. uide per Cy. in l.actione. C. de tranſac. & per Bar.in l. eum.§.qui iniuriarum.ſ.ſi quis cautio.

ADDITIO.

a Dictio niſi. Adde Bar.in l. Titia.in §. Lucius.ff.de pig.act.Archid. in c.1.de pꝯti.lib.6.Ioan.in c.ſi cui.de ele.li.6.in nouel.

1 **§.Qui domum.** †In obligationibus annuis alternatiuis, quolibet anno p̃t uariari. h.d.no.& ſic.tot vñr obligationes, quot anni.de le.3.l.ſi ex toto.§.ſi. Sed in ꝯrium l.Stichum.§.ſtipl o.de uer.ob.ſtipulatio annua reputatur vna pro omnib. annis. Breuiter de iſto articulo uide plenè per Bar.in l.ſi ſeruus Meuij.§.pe.de ſtip.ſeruo.

LEX XXIII.

1 **Si in qualitate.** † Deceptus in qualitate fundi agit ad intereſſe, ſicut deceptus in menſura.h.d.uel dic, q̃ deceptus in menſura benè agit ad reſtitutionem pretij, non ad intereſſe, vt ſ.eo.l.ſi ſeruum.§.finali.

LEX XXIIII.

2 *Pactum de futura ſucceßione ualet, quãdo fit ex neceßitate p̃ce.cõtractus.*

1 **SI quis ſeruum.** †Si uenditor manumittat ſeruum venditum, tenetur poſtea ad omnia, quæ per manumiſſum fuiſſent acquiſita emptori, ſi non fuiſſet manumiſſus, ſed traditus, & etiam tenetur cauere de hæreditate manumiſſi reſtituenda, quam uenditor tan
2 quam patronus conſequutus eſt.h.d.¶† Et propter ultimum allegatur iſta l. q̃ pactum de futura ſucceſſione ualet. quando fit ex neceſſitate p̃cedentis ꝯtus, ut hic in prima ſolutione gl. de quo dic, ut plenè no.in l.ſi.C.de pac.

LEX XXV.

**Si ſeruus.** Ex emptione facta per ſeruum fructuarium tempore quo durat uſuſfructus, non agit fructuarius, ſi uſufructu durante de pecunia ad ipſum pertinente nõ ſoluitur pretium, licèt ſoluatur ipſo finito: poteſt tamen ipſa pecunia repeti per condictionem indebiti, h. d.præmitte, ſi ſeruus meus in quo habes uſumfructum, rem aliquam emit, ſi quidem ſoluit pretium de pecunia tua, uel ex operis eius, acquirit tibi: ſi autem de iure, uel ex alia cauſa, acquirit mihi: interim antequam ſoluatur, eſt in pendenti cui debeat acquiri, ut hæc habentur in l. ſed & ſi quis ſtipuletur.§.j.ſ. de uſufructu.ponamus ergo, q̃ tempore quo emit, durabat uſuſfructus, & antequam ſolueretur pręcium, finitus eſt per capitis diminutionem, poſtea ſoluitur de pecunia tua per te, vel per ipſum, an acquiratur tibi actio ad rem, quæ debatur, q̃ ſic, per prædicta. Sed contrarium eſt uerum: quia durante uſufructu non fuit tibi acquiſita; & tunc cum uenit acquirenda, non durat uſuſfructus. Vñ nõ poteſt tibi acquiri cum non retrotrahatur hæc ſolutio, vt fingatur facta tempore contractus, & in hoc conſiſtit ratio. Poteris ergo repetere pecuniam per condictionem indebiti, & mihi acquiritur actio, dummodo ſoluam pretium. Iſte tamen tex. recipit contrarium de uerbo ad uerbum de d.l.ſed & ſi quis.§.j.uer. quid ergo ſi omiſſio, ubi recitatur opi. Iul. in contrarium de æquitate, & iſta l. fuit Iul. ut patet ex ſupra ſcriptione.gl.hic ſoluit, ſed ibi dat alias ſolutiones: melior ſolutio uidetur mihi illa, q̃ iſta loquitur de rigore iuris, illa de æquitate.

**§.Seruum tuum.** Si res mihi debita peruenit ad te ſine cauſa, poſſum in ſubſidium a te condicere, ſoluendo, quod in eam impendiſti.h.d.ut in l.cum fundus.§.ſeruum tuum.ſ.ſi cer.pe. ubi ponitur iſte caſus plenius, q̃ hic, & dico hic in ſubſidium, quia uenditor credens te eſſe dominum ſerui credebat ſe eſſe debitorem tuum, & non meum: & ideo tradendo tibi, quia non habet, nec dolo deſijt habere, licèt non ſit liberatur ipſo iure a me, liberatus tamen ope exceptionis, ſi paratus eſt mihi cedere actionem contra te.ut l.q ſepe.§.ſi res. ſ.de contrahen. empti.unde cum mihi non ſit conſultum aduerſus alium, ne locupleteris cum mea iactura, ſubuenitur mihi per condictionem ſine cauſa, uel per actionem in factum contra te recta via, per l.ſi a me.ſupra ſi cer.pe.

1 *Fideiubens per ſeruo quomodo teneatur.*
2 *Fideiuſſores filij ſeu ſerui alicuius, tenentur inſolidum, ſed pater, & dominus de peculio tantum.*

1 **§.Seruo uendente.** †Fideiubens pro ſeruo tenetur in ſubſidium, & efficaciter ſicut fideiubens pro libero, licèt ex ꝯtu dominus non teneat
2 ultra vires peculij. h.d. † Licèt ergo dñs, & pater teneãtur ex ꝯtu filij, uel ſerui acceſſoriè, tanq̃ fideiuſſores. ut habetur in l.cum filius.de uer. ob. non eſt tamen ſimilitudo per omnia quia fideiuſſores prædictorum tenentur inſolidum, ſed pater, & dominus de peculio tm̃. Ratio diuerſitatis eſt, quia fideiuſſores obligantur ex eorum voluntate, & contractu: ſed pater, & dominus præter uoluntatem, & etiam contra. vt l.ſi quis ſeruum.in fin. ſupra de pecul.ideo mitius agitur cum eis.

LEX XXVI.

1 *Venditor quo caſu ad pretium rei uenditæ agere non poßit.*
2 *Si uendis mihi fructus pendentes, uidetur actum, ut poßim ipſos colligere propria authoritate, & meis impenſis.*
3 *Quod iſta collectio habeatur pro traditione, licèt non interueniat actus tuus, qui regulariter requiritur in tradente.*
4 *Venditor poſt traditionem rei liberatur ẽt ab illa actione, & quæ licèt poſtea turbet emptorem, uel poſſeßionem ſibi auferat, non reincidit in eandem obligationem, ſed alijs actionibus conuenitur.*
5 *Condemnatus ad tradendum, uel reſtituendum rem aliquam facta traditione liberatus eſt illa ſententia, et quid ſi poſtea turbet, uel auferat poſſeßionem, uel ad ipſum reuertatur.*
6 *Pro uiolentia turbatiua agitur actione iniuriarum.*
7 *Si turbas colonum, uel inquilinum meum, datur mihi contra te utile interdictum, & actio iniuriarum.*
8 *Violentia turbatiua, an ſit maleficium.*

1 **VI pendentem.** †Venditor non agit ad pretiũ, ſi rẽ nõ tradit, & facta traditione uim inferat emptori, non conuenitur actione ex empto, ſed alijs actionibus competentibus domino.h.d. & conſueuit allegari ad plura quæ ſtatim dicã.
2 ¶† No.tex.ex prima parte, q̃ ſi uendis mihi fructus pendentes, videtur actum, ut poſſim ipſos colligere propria authoritate, & per p̃ſs meis impẽſis. quod no.facit ad id quod dixi in l.item illa.
3 de conſti.pecu.† Itemq̃ iſta collectio habeatur pro traditione, licèt non interueniat actus tuus, qui regulariter requiritur in tradẽ
4 te, facit l.minus inſtructus.C.de acqui.poſ.cum ibi no. ¶† Ex uer. cæterum.not.dum dicit.{Competere actionem iniuriarum.& ad exhibendum.} nec aliquid dicit de actione ex empto, & uenditor poſt traditionem rei liberatus eſt ab illa actione, & licèt emptorẽ poſtea turbet, uel poſſeſſionem ſibi auferat, non reincidit in eandem obligationem: ſed alijs actionib. conuenitur: & hoc voluit gl. quæ ſemper allegatur in aur. facta puberum. in vltima gl. C. ſi aduerſus.uendi.& de procura.l.Papinianus.§.ſi is.in fi. magnæ gl.
5 per † qđ etiam videtur, q̃ ſi aliquis eſt condemnatus ad tradendum, uel reſtituendum rem aliquam, facta traditione liberatus eſt ab illa ſententia: & licèt poſtea turbet, uel auferat poſſeſſionem, vel ad ipſum reuertatur, non poterit iudex virtute eiuſdem ſentẽtiæ compellere ipſum ad reſtituendum, uel ad ceſſandum a moleſtia per uiam executionis: ſed expedit, ut iterum agatur, & noua ſententia detur: contrarium, tenuit. Ia.bu. & Bar. in l.ſed & ſi poſſeſſori.ſupra.de iureiu.dic, ut ibi dixi. & facit, qđ habetur in l.per-
6 miſceri.de acq.poſ.in fi. ¶† No. q̃ pro uiolentia turbatiua agitur actione iniuriarum. facit l. iniuriarum.in fi.de iniur. & uide hic gl.
7 in c.authoritate.§.ulti.de priui.li.6.quæ allegat iſtum tex. † q̃ ſi turbas colonum, vel inquilinum meum, datur mihi contra te utile
8 interdictum, & actio iniuriarum. quia uideris me prohiber̃. †Sed
a an uiolentiaᵃ turbatiua ſit maleficium: uel quaſi: gl. in fi.C.ſi.regum.ſentit, q̃ non, eſt uerum, ſi bona fide credens ius habere turbauit: aliàs ſecus, ſecundum Bal. ibidem per l.ſeruus non in omnibus.de actio.& obli.

ADDITIO.

a An uiolentia. Adde an uiolentia ſit delictum in pſonam, uel ad perſonas, uide per Bal.in rub.extra quod met. cauſa.

LEX XXVII.

1 *Venditor tenetur ſi deficiant ea quæ dixit accedere rei uenditæ.*
2 *Si uendis mihi principaliter rem, quæ non eſt in rerum natura, quòd non teneat emptio.*

1 **L.Si quis cum.** †Vẽditor tenet̃, ſi deficiãt ea, q̃ dixit accedere rei uẽditæ.h.d.gl.opp. de l. ſi ſeruus q̃ qñq;.de leg.j.p quã vr̃, q̃ uẽditor non teneat̃, niſi pro dolijs q̃ ibi reperiuntur: & dicit, q̃ hic affirmauit eſſe in fundo, ibi non. Certè etiam ibi affirmauit, dum legabat centum, quæ habebat in arca: & ſic affirmabat ſe hr̃e. Dic ergo, q̃ ibi erat eã lucratiua.

tiua.unde legatarius non remanet deceptus, nec in damno, quia
nihil ſibi debetur, poſtquam nihil reperitur: hic loquitur in ꝯctu, in
2 quo emptor remaneret deceptus in damno. ¶ † Sed adhuc opp.
ꝙ idem in emptore per l.nec empt.in princi.& l.domum.ſ.de ꝯtra
hen.emptio.ſol.& nota, & tene menti. Aut vendis mihi principali-
ter rem quæ non eſt in rerum natura, & tunc non tenet emptio,
vt in ꝯrijs. Aut uendis rem quæ eſt in rerum natura, & dicis ei ac-
cedere aliam rem, quæ non reperitur, & tunc valet emptio ratio
ne rei principali er deductæ in uenditione: & propter hoc agi
poteſt etiam pro re.quæ non reperitur, ſiue ſcienter, ſiue ignoran
ter affirmaueris: & iſte eſt caſus not. hoc tene menti, & pro hoc
quod habetur ). l. proxima. facit in ratione ſui. d. l. domum. de
contrahen. emptio.

LEX XXVIII.

Quicquid. Ea quæ uenditor dixit accedere, debent in-
tegra pſtari, ſicut ſi fuiſſent principaliter uẽ
dita.h.d. ¶Opp.hic de l.pe.§.fin. ).ea.l.vbi ſufficit pręſtari talia, qua
lia ibi reperiuntur.ſo.iſta lex debet intelligi, quando venditor in ge
nere dixit, prædio vendito accedere decem dolia: uel dixit, uen-
do tibi taie prædium cum decem dolijs: & tunc debet tradere in
tegra.ibi dixit cũ decem dolijs, quæ ibi ſunt: & ſic ad ſpeciem ſe re
ſtrinxit: quo caſu, diſtingue, ut ibi. Aut erant ultra decem dolia q̃-
dam integra, q̃dã nõ integra: & dicunt præſtari decem integra, ſi
poſſunt. Aut non erant niſi decem, & non integra, & ſufficit ea
præſtari talia qualia ſunt: & hoc habetur ibidem, ſed ſi dolia eſſent
per ſe principaliter uẽdita, indiſtinctè, debẽt tradi integra.ut l.tene
tur.§.ſi uas. ſupra eod.tit.ſequitur.l.prædia.

---

LEX XXIX.

2 *Conuentione facta de uendendo, cum pacto de locando domum uenditori, cohærentia contractus ueſtito, & ſequatur conuentio pœnalis, ſi non fieret quod in pacto deuenit, & ſic ſint tres conuentiones, quæ actiones tũc oriantur. & numero.1.*

3 *Emptor ſi nõ fecit, quod ꝓmiſit, & ſic nõ locauit, & incepit teneri actione ex uendito informata ad id, quod deuenit in pacto, ſi uẽditor nõ egit ad pœnam, poteſt agere ex uendito, ut locet, & ad intereſſe, ſi non locat.*

4 *Si egiſti ex uendito, & quia non locaui, fuiſti conſecutus intereſſe, non poteris pœnam petere, ſi plus non erat in pęna, quia obſtabit exceptio, aliàs illud plus poterit peti ſi plus erat in pęna.*

5 *Si incepiſti à petitione pœnæ, & ipſum fuiſti conſecutus, non poteris agere ex uendito ſi non locaui, & ad intereſſe, ſi non loco, & quid ſi intereſſe ſit maius quàm pœna.*

6 *Creditor licèt apponat pœnam minorem quàm ſit res principalis, uel quã ſit intereſſe, non uidetur illi pluri renuntiare.*

7 *Quando præcedit obligatio ex cauſa lucratiua in ultimis uoluntatibus, tunc per commiſſionem pœnæ, ſeu legati facti nomine receſſum eſt à primo legato, & ſola pœna peti poteſt.*

8 *In contractibus uerò per ſolam commiſſionem pœnæ non eſt receſſum à prima obligatione, ſed receditur per electionem pœnæ, ſed ſi eligitur actio prima ſecus, licèt fiat quaſi nouatio.*

9 *Si uero præcedit obligatio ex cauſa oneroſa, tunc nec per commiſſionem pęnæ nec per electionem eius facta eſt nouatio, nec ſublata actio prima, ſed tollitur facta exactione pœnæ. & nu.13.*

10 *Septem caſus, in quibus non tollitur actio prima, & ſi pœna ſit exacta.*

11 *Ratio, quare per actionẽ ad intereſſe actione exẽpto tollatur ſtipulatio pęnalis ope exceptionis, & per exactionem pœnæ tollatur actio exempto ad intereſſe ipſo iure.*

12 *Quòd ex ſtipulatione incontinenti oppoſita de locando poſt uenditionem ſit informata actio ex uendito, ut detur etiam ad id, quòd deuenit in ſtipulatione, ſicut informatur à pacto incontinenti appoſito.*

PRædia. Lex iſta eſſet clara de ſe, ſi glo.non infra-
ſcarent eam, quæ recitant lec. antiquo-
rum, & eorum dicta, & opi. quæ ſunt fantaſiæ, licèt
tangant ueram lec. in fi.gl.quæ incipit{tria fuerunt hic
pacta}tamen illam non proſequitur, licèt incidenter de ipſa faciat
mentionem in glo.mag & etiam in glo.parua ſuper uerbo.{con-
uenit.} cætera quæ hic dicuntur, concernunt primam lecturam
antiquorum, quæ non poteſt ſuſtineri. Secundum ergo veram
1 lecturam hoc intendit.† licèt ſtipulatio pœnalis ſit commiſſa, præ
cedens tamen obligatio, & actio, iure nouationis non eſt ſublata,
ſed ex ea agi poteſt, & ſi actor fuit conſecutus nomine intereſſe
tantum, quantum erat in pęna, tollitur ſtipulatio pœnalis ope ex-
ceptionis. Si uerò actum fuerit ad pœnam, & exactione ſecuta,
tollitur obligatio, & actio prima competens ad intereſſe ipſo iu-
re, uſque ad concurrentem quantitatem; ſed ſi intereſſe ſit ma-
ius, nec ipſo iure, nec ope exceptionis, ſed poteſt illud tolli cum
pœna h.d iſta lex famoſa, & magiſtra: quia ſemper allegatur, & ſe
cundum iſtã lec.debet poni, ꝙ non interuenerit niſi una ſtipula-
tio.ſ.pœnalis ſi non fieret, qđ deuenit in pacto iuxta uenditionem
2 appoſito, & ſic fuerunt tres conuentiones veſtitæ. † Prima fuit,
ipſa uenditio domus, quæ dicitur ueſtita ſolo conſenſu. Secunda
fuit pactio de locando domum uenditori, quæ fuit veſtita cohę
rentia ꝯctus. Tertia fuit conuentio pœnalis, ſi non fieret qđ in pa-
cto deuenit, & iſta fuit ueſtita uerbis. Prima conuentio produ-
cit unam actionem tantum, ſcilicet ex uendito, quæ datur princi-
paliter ad pretium: & hoc ſecundum naturam contractus, & ſe-
cundariò ad id, qđ deuenit in pacto tanquam informato a pacto:
& hoc per accidens. Secunda cõuentio producit de ſe actionem
præſcriptis uerbis, quæ oritur ex pacto l.in bonæfidei C. de pac.
& informat præcedentem actionem ex uendito, ut & illa detur
vltra quàm naturaliter dari ſolet. Tertia cõuentio producit actio
nem ex ſtipulatione.ſ.certi condictione ad ſolam pœnam, ſed ſe-
cundum primam lec. illa conuentio de locando fuit ueſtita ver-
bis: quia interuenit ſtipulatio: & tunc parit actionem præſcr.uer-
bis, quæ ceſſat, ubi datur alia ſed producit act.ex ſtipulatu, quæ da
tur ad factum. vt ſupra ſi cer. pet. l. ſi quis certum. & etiam cer.
cond.ad intereſſe, ſi non fiat.ut l.certi.condic. ).co.tamen iſta lec.
non congruit literæ, dum dicit tex. { nec conuenit. } quoniam
iſtud uerbum intell'r de conuentione nuda de ſe non veſtita uer
bis: vt l. lecta. ſ. ſi cer. pe. in uer. { conuenit} & etiam ita uolunt
hic gl. inquantum tangunt primam lec. quam ego primo loco
proſequar, in qua conſiſtit utilitas huius legis in pluribus. Sed ex
alia lec. non habemus niſi infraſcationes ſine aliqua utilitate.
3 ¶†In text.ibi.{pœna promiſſi.} ſubaudi, & non feci, quod promi-
ſi, quia non locaui, & ſic incidi in pœnam. Quæritur de duo-
bus ſecundum gl.tu dic melius. ꝙ quæritur de quatuor, primum
eſt, an poſtquam incępi teneri actione ex uendito informata ad
id, quod deuenit in pacto, ſit ſublata obli. & actio, vt ſic ex ea
non poſſim conueniri, ſed pęna tantum, quia fortè mea intereſt,
ſi eſt minor quàm intereſſe, uel quia potius uolo ſoluere pęnam,
q̃ locare, uel teneri ad intereſſe, ſi non locem? videbatur, ꝙ eſſet ſu
blata iure nouationis, & ꝙ ad ſolam pœnam poſſem conueniri
per l.obl'onum ferè.§.fi.de act.& obli. Contrarium tamen deter-
minatur, ꝙ non eſt ſublata, & ꝙ ſi non egiſti ad pęnam potes agere
4 ex uendito, vt locẽ, & ad intereſſe, ſi nõ loco. ¶†Scđo q̃ritur hoc
pſuppoſito, ſi egiſti ex vendito, & q̃a nõ locaui fuiſti ꝯſequutus
intereſſe: an poteris ẽt pęnam petere? & rñdetur, ꝙ nõ, ſi fuiſti ꝯſe
cutus tñ, quãtum erat in pœna, non ꝙ ꝑ hoc ſit ſublata ſtip'o pę
nalis ipſo iure: ſed tñ ope exceptionis ex æquitate, q̃a cum ſemel
ſis ꝯſecutus intereſſe, non potes amplius ꝯſequi pœnam, q̃ loco
intereſſe ſolet apponi, & ad declarandam quãtitatẽ intereſſe: ut l.
fi.de pto.ſtip.& l.2.circa fi.de ver. ob.iuncta l.bona fides non pati
tur. de reg.iur.innuit ergo, ꝙ ſi plus erat in pęna, plus iſtud poſſit
5 peti: ſicut econuerſo.ut in l.fi. ¶ † Tertio quæritur, quid ſi ince-
piſti a petitione pœnæ, & ipſam fuiſti conſecutus, an poteris age-
re ex uendito, ſi non locem? & ad intereſſe, ſi non loco? & rñdet
ꝙ non, q̃ñ actio cõpetẽs ad pdicta ſublata eſt ipſo iure per actio-
nem pœnæ: licèt ꝑ ſolam cõmiſſionẽ ſtip'onis pœnalis nullo mõ
fuerit ſublata, ut in primo dicto. ¶Quarto q̃ritur, quid ſi intereſſe
ſit maius q̃ pœna? & rñdetur, ꝙ pt peti ꝑ actionem ex uendito, q̃
nõ eſt ſublata quantum ad illud, nec ipſo iure, nec ope exceptio-
6 nis. ¶†Et ſic no.ex hoc vltimo dicto, ꝙ licèt creditor apponat pę
nam minorem, quàm ſit res principalis, uel quã ſit intereſſe, non
ꝓpea ſibi pιudicat, ut videatur renũtiare illi pluri: ut hic eſt caſus. &
in l.apud Celſum.§. item q̃ritur ſi cum eo. ſ. de do. excep. & ſ. de
eo, ꝑ quẽ fac.eſt l.ex hoc.§.fin.& loq̃tur hic, q̃ñ actio cõpetens ad
intereſſe erat bonęfidei: idem ſi erat ſtricti iuris, ut duret in illo plu
ri.ut no.per gl. in l. fi.ſupra ſi q̃s in ius uoc.non ic. habes etiam ex
hoc vltimo dicto, ꝙ ſi creditor egiſſet ad pęnam, & fuiſſet litem
cont.ſi nõ fuiſſet eam ꝯſecutus, ẽt ſi obtinuiſſet ſniam, non eſſet
ſublata actio prima competens ad intereſſe: licèt tex.in primo di-
cto innuat ꝯrium.dum dicit, anteq̃ pęnam ex ſtipulatu petat: & a
contrario ſenſu innuit, quòd ſi incępit petere pęnam, non poſ-
ſit redire ad actionem ex uendito. Sed non eſt uerum: quia illa
non tollitur niſi per exactionem pœnæ, ut hic patet. ſimile in l.
fi C.de fideiuſ. & ſupra ſi cer. pet. l. fi. in prin. dum ergo tex. di-
cit poſt prin. antequam pœnam ex ſtipulatu petat, ſupple, & exi-
gat, nõ.n.ſufficit ſola petitio, vt excludatur ab actione ex empto,
vt patet in fi. ¶Nunc circa iſtam lec.ueram quam gl. non proſe-
quuntur principaliter reſtat tantum uidere duo. Primũ eſt, qua
liter ſoluatur ꝯrium de l. obligationum ferè.§.fi. de act.& obli.&
de l.ita ſtipulatus. ante fi.cum gl.de uerb. obli.per quam videtur
quòd non poſſit agi actione prima: quia eſt ſublata iure nouatio-
nis, & transfuſa in ſtipulationem pœnalem, etiam ſi intereſſe ſit
maius, quàm pęna: & illæ ſunt principales leges, quæ inducuntur
ad hoc: gl.tñ magna in uer.{item ad hoc.}inducit l. ſi quia a ſocio.
cum l. ſeq.ſupra pro ſocio. ſed illæ non faciunt: quia ſecundum
uerum intellectum loquuntur, q̃ñ pęna eſſet petita, & exacta: tũc
bene tollitur actio prima ipſo iure, ut hic, nos autem dicimus, ꝙ
etiam anteq̃ ſit petita pęna ſublata eſt prima eo ipſo, quòd pęna
eſt commiſſa, & ſola pęna poteſt peti. ad quod inducitur etiam l.
j.de penu leg.& l.j.§.item ſi ita.ad l.Falc. Ad ſol. huius ꝯtrarij, quot
fuerunt capita, tot fuerunt ſentẽtiæ, & ex gl.mag.poſt medium.&
ibi eſt alia dñia, uſque in fi. colliguntur tres ſol.tenendo iſtam ue-

ram lect. Prima qñ eſt ſtipulatio, & ꝯctus ſtricti iuris eſt celebra-
tus uerbis, ſicut ipſa ſtipulatio pœnalis, quia tunc propter omni-
modam ſimilitudinem de facili vna ſtipulatio transfunditur in al
teram: ſic loquuntur iura ſecundo loco allegata, quia in habenti-
bus ſymbolum facilis eſt tranſitus. Secus ſi præcedit obligatio iu-
ris gentium, ut eſt actio ex empto, ut hic: & idem in ſimilibus,
quia non ſic de facili, ar. in l. ſi cum patrono. de bon. poſ. Alia fuit
opi. Azo. ꝙ quæcunq; obligatio præcedat, fiebat nouatio ſecun-
dum iſta iura per ſtipulationem, pœnalem niſi contrarium fuiſ-
ſet actum expreſſè, qđ hic debet intelligi, ꝙ ita fuerit actum, ho-
die hoc non requiritur ſecundum ipſum per l. fi. C. de noua. certè
illa l. loquitur in ſtipulatione coæqueua, per quam alia non noua-
tur, niſi ſit actum: nos loquimur in pœnali, in qua illa lex nihil
ſtatuit, ſed ſtamus iuri ueteri. Alia ſol. ponitur in fi. gl. quæ in idem
reincidit cum iſta Azo. quòd hic pœna non fuit appoſita animo
nouandi, ſed animo limitandi intereſſe. Aliæ ſolutiones ponun-
tur in l. ſi quis a ſocio, & plures alias recitat Barto. in d. l. ita ſtipu-
latus, & omnes reprobat: & finaliter ſoluit, ꝙ aut præcedit obli
gatio ex cauſa oneroſa, & non nouatur per ſtipulationem pœna-
lem, & ita loquitur hic. & l. ſi quis a ſocio. & l. apud Celſum.
§. Labeo. de doli excep. & omnes leges quæ probant non fieri
nouationem, vt etiam habetur in l. Lucius. & in l. duo ſocieta-
tem. ſupra pro ſo. circa fi. aut procedit obligatio ex cauſa lucrati-
ua: & tunc induceretur nouatio, etiam ſi minus ſit in pœna,
quàm in actione prima. vt ſola pœna poſſit peti ita loquuntur
contraria. Certè ſecundum hoc ſequeretur abſurdum, quòd da
bitur materia debitori ex cauſa lucratiua incidendi in moram, &
non in obſeruando contractum, ſi minus erat in pœna: ut ſi
promiſiſti fundum ex cauſa donationis, qui ualet centum ſub pœ-
na quinquaginta: nam ſi non tradis fundum non poteris am-
plius conueniri ad fundum: ſed ad ſolam pœnam, & nihil mi-
hi proderit, ſed potius nocebit, quod eſſe non debet, propte-
rea uidetur text. contra Bar. quem nemo allegat in l. quamuis.
Baſſa. C. de vſur. vbi ſi fui ſtipulatus minores vſuras, & ſi non
ſolueris, fui ſtipulatus maiores. dicitur ibi, quòd ſi petijt mino-
res, vel recepi, non videor receſſiſſe a prima ſtipulatione de mi-
noribus, ergo ſequitur, quòd ſola commiſſio ſtipulationis de
maioribus uſuris non facit uideri receſſum a ſtipulatione prima
de minoribus: ſed ita demum, ſi maiores peto, & tamen prima
ſtipulatio erat ex cauſa lucratiua: prætereà lex obligationum fe-
rè. in fi. non dicit. quòd fiat nouatio. ſed dicit, quòd fit qua-
ſi nouatio, quod eſt minus. item l. ita ſtipulatus. in fi. nihil fa-
cit, ſi benè inſpiciatur: immo facit contra, dum vult inferre,
vel petatur pœna, vel id, quod eſt in prima obligatione. Simul
autem peti poteſt: nec l. j. de penu. leg. quicquam facit, quia lo-
quitur in legatis, quæ dependent a mera voluntate teſtatoris.
Vnde ſi grauauit hæredem de dando mihi penum & ſi non de-
derit, daret mihi decem: potuit hoc feciſſe ita fauore hæredis, ſi
penus plus ualebat, ſicut fauore legatarij: nec poteſt conque-
ri legatarius: quia quodcunque iſtorum habeat, lucratur. Sed
contrahens ſemper cenſetur appoſuiſſe pœnam ſui fauore: & ſic
7 noluiſſe recedere a prima obligatione. † Dico ergo (& eſt opi.
noua) partim ſequendo Bar. partim non, ꝙ quando præcedit obli
gatio ex cauſa lucratiua, ſi loquatur in vltimis uoluntatibus. ve-
rum dicit Bar. ꝙ per commiſſionem pœnæ, ſeu legati facti nomi
ne pœnæ receſſum eſt a primo legato, & ſola pœna poteſt peti;
vt in d. l. j. de penu. lega. & l. j. §. item ſi ita ad l. Fal. per rationem quã.
8 ſ. dixi. † In contractibus uerò, ne ſequantur incõuenientia de qui
bus ſupra: quòd mora non noceat moroſo, & quòd prouiſio
noceat diligenti: ꝙ per ſolam commiſſionem pœnæ non eſt re-
ceſſum a prima obligatione, ſed receditur per electionem pœnæ,
quia ſi creditor pœnam eligat, ex tunc videtur recedere ab obli-
gatione prima, etiam antequam exigat pœnam, & ita intelligo
iſtam l. obligationum ferè. §. fi. Sed ſi eligerem actionem primã,
ſecus, vt in d. l. quamuis Baſſa. C. de uſuris. & ideo tex. in d. l. fi. dicit,
quòd fit quaſi nouatio. quia ſi fieret propriè nouatio, ſtatim ꝙ eſ-
9 ſet commiſſa pœna, eſſet facta. † Quando autem præcedit obli-
gatio ex. cauſa oneroſa: tunc nec per commiſſionem pœnæ, nec
per electionem eius facta eſt nouatio, nec ſublata actio prima,
ſed tollitur facta actione pœnæ, & ita loquitur iſta l. cum ſimilib.
& iſta opinio continet magnam æquitatem, ſi benè conſidere-
tur. Ponit etiam Bart. vnam diſtinctionem circa hunc articulum,
10 † ex qua collige tres caſus, in quibus non tollitur actio prima, etiã
ſi pœna ſit exacta. Primus, quando pœna eſſet appoſita loco par-
ticularis intereſſe, vt l. traiectitiæ. §. de illo. de act. & obligat. Item
quando eſſet appoſita loco contemptus. ut ſupra de arbit. l. ſi quis
rem. Tertio, quando appoſita eſſet clauſula rato manente pacto,
vt l. ſi quidam. ſ. de tranſact. nam in iſtis caſibus pœna poteſt peti
vnà cum intereſſe, vt dictis legibus. nimirum ſi exacta pœna non
tollitur actio prima ad intereſſe, ſicut videmus in pœna legali, ut
l. ſi pro fure. ſ. de ꝯdi. fur. ¶ Sunt alij tres caſus quib. tollitur actio
prima per exactionem pœnæ, non autem per ſolam commiſ-
ſionem. Primus, quando procedit conuentio liberatoria, ut pa-
ctum de non petendo ſub certa pœna, ut l. reſcriptum. §. ſi pacta.
ſ. de pac. licèt n. pœna ſit commiſſa, non prohibetur debitor op-
ponere exceptionem pacti, & ſic exceptio non eſt ſublata iure
nouationis: non tamen poteſt exceptionem obijcere, & pœnam
petere, ſed ſi petit pœnam, amodo exceptionem obijcere non
poteſt. Alius eſt. quando p̄ceſſit conuentio obligatoria ex cauſa
oneroſa ſine clauſula, rato manente pacto, ut in hac l. cum ſi. Ter
tius eſt, qñ ex cauſa lucratiua: tamen ſunt conceptæ in perſonis di
uerſorum, vt l. j. §. fi. de ſtip. ſeruo. Et in illis omnes concordant.
Reſtat ſeptimus, & ultimus caſus. qñ præcedit oblĩo, & ex cauſa.
lucratiua, & in perſona eiuſdem: quo caſu Bart. tenet indiſtinctè
per ſolam commiſſionem pœnæ ipſam tolli. ego autem dixi. vt
ſ. Eſt expeditus iſte articulus clarè, & compendioſè, qui eſt diffici-
lior omnib. alijs, & propter ipſum principaliter ad iſtam l. remitti-
11 tur. ¶ † Aliud eſt uidendum circa iſtam lec. quæ ſit ratio diuerſi-
tatis, ꝙ per actionem intereſſe tollatur ſtipulatio pœnalis ope ex-
ceptionis, & econtra, ꝙ per exactionem pœnæ tollatur actio ex
empto ad intereſſe ipſo iure, gl. mag. poſt prin. & ibi eſt ratio, aſſi-
gnat tres rationes uſq; ad uer. {Item ſi primo.} tenè primam ra-
tionem, quæ eſt clara, quia in ſtipulatione pœnali non inſpicitur
intereſſe, ut in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de uer. obl. & in l. 3. co. ti. ubi
vbi committitur etiam ei cuius non intereſt. licèt ergo quis exe-
gerit intereſſe, & ſic ceſſet intereſſe: non ꝓpterea debet eſſe ſublata
pœnalis ſtipulatio, in qua intereſſe non curatur. Sed quia pœna
licèt committatur ei, cuius non eſt intereſſe, ſolet tamen apponi
loco intereſſe, vt l. fi. de p̄to. ſtip. & æquitate obſtat exceptio: ut ẽt
patet in d. l. 3. Sed eꝫ, in actione ex uendito inſpicitur, an interſit?
quoniam ad intereſſe competit, & ſic ceſſat intereſſe non com-
petere, ut l. ſi procuratorem. §. ſi mandati. ſ. man. licèt exacta pœ-
na ceſſat intereſſe uſque ad concurrentem quantitatem: ergo ip-
ſo iure ceſſat actio competere, & iſta eſt uera ratio. ¶ Tertia au-
tem ratio glo. ꝙ actio ex empto ſit bonæfidei, non eſt bona: q̃a
etiam ſi intereſſe poſſet peti per actionem ex ſtipulatione, ut in ca
ſu huius l. ſm aliam lect. exacta pœna ipſo iure tolletur actio ex
ſtipulatione competens ad intereſſe, quia non eſſet ad quid dare-
tur, & ex his eſt expedita iſta lec. ¶ Contra quã gl. quæ inc. (imo.)
circa fi. format oppoſi. de l. ſi duo. ſ. ſi quis cau. & de l. etiam. §. pe.
de pet. hær. per quas uidetur, ꝙ poſſit peti pœna, & intereſſe, &
ſoluit no. ꝙ a diuerſis perſonis poteſt, ab eadem non, & de hoc
vide gl. ſ. de co. per quem fac. eſt. l. fi. ¶ In gl. mag. quæ inci. {ſed
hoc uidetur eſſe falſum.} In lect. uero antiquorum quam gl. po-
nit primo loco, & eam proſequitur in gl. mag. notandum eſt con
cluſiuè, quod illi uolunt, ꝙ illud pactum de locando fuerit ſtipu-
latione uallatum: & in hoc differt a lec. quam poſui, & ſic fue-
runt duæ ſtipulationes: hoc tamen, ut dixi ſ. non conuenit lite-
ræ, dum dicit (conuenit.) quod intelligitur per pactum nudum
12 de ſe. † Item uolunt dicti antiqui, ꝙ ex illa ſtip. incontinenti ap-
poſita fuerit informata actio ex vendito vt detur etiam ad id, qđ
deuenit in ſtipulatione, ſicut informatur a pacto nudo inconti-
nenti appoſito, & iſtud eſt notabile; & melius, quod ſit in iſta lec.
nec ſcio iſtud alibi. Videbatur contrarium, quia talis conuen-
tio poſtquam eſt ueſtita uerbis, indiget ueſtimento coherentis
ꝯctus, quantum ad producendum actionem: quia poſſet eam ꝓ
ducere, etiam ſi non cohæret: vñ uidebatur, ꝙ nec etiam informa
ret. Sed ꝯrium eſt, poſtquam cohæret: ut licèt cohærentia non ꝓ
ducat actionem: ſed ſolennitas verborum: tamen ueterem actio
nem informat, tene menti ad mãm l. in bonæfidei. & l. petens. C.
de pac. item tertio uolunt iſti antiqui, ꝙ ſi fuit actio ex uendito in
formata ad id, qđ deuenit in ſtipulatione, & facta fuit exactio ad
intereſſe: tollitur actio ex ſtipulatione competente ad idem ope
exceptionis. dummodo fuerit tantum conſecutus, inquantum
pœna, & hic dicunt eſſe caſus huius l. in uerſi. ſi conſtitutus. cer-
tè neutrum dictum poteſt ſuſtineri: quia cum ambæ iſtæ actio-
nes competant ad idem, facta exactione ex una debebit tolli alte-
ra ipſo iure etiam ſi oriantur ex diuerſis principijs, ut l. item illa. §.
fi. de conſti. pec. & etiam patet ex his quæ no. gl. ma. in uer. item ſi
in primo. ubi determinat eꝫ, ſi fuit actum ex ſti. ad id qđ deueniũt
in ea, & facta exactione tollitur actio ex vendito informata com
petens ad idem ipſo iure, quia ceſſat intereſſe (vt litera dicit) ergo
idem debet eſſe econuerſo: quia eſt eadem ratio, vt ſi primo ſit
actum actione ex uendito informata, & facta exactione tollatur
actio ex ſtipulatu ad idem competens. Item ſm dictum non põt
procedere, quia poſtquam non quæritur, an tollatur ſtiplo pœ-
nalis. ſed an tollatur ſtiplo competens ad idem: non debet haberi
reſpectus ad ſtiplonem pœnalem. Quid enim ſi eſt maior pœna
q̃ intereſſe? quare eſt neceſſe exigere tantum, quantũ eſt vt in pœ-
na, ut retollat alia actio competẽs ad intereſſe. Nõ poſſet aſſigna-
ri bona rõ. gl. tñ magna in prin. quæ ſenſit iſtud ꝯtrarium, dicit, ꝙ
propter aliud habetur hic reſpectus ad ſtipulationem pœnæ, q̃a
actio ex uendito informata, & actio ex ſtipulatu competens ad
idem ſunt coæqueuæ, & non eſſet ſufficiens vnam tollere alte-
ram. & de directo, & per ſe arg. in l. ſi reus, de duob. reis: ſed
tollit per indirectum mediante ſtipulatione pœnali: quia actio
ex uendito

ex vendito tollit pœnalem facta exactione,& pœnalis tollitur ex ſtipulatu ſimiliter facta exactione: ergo & ex vendito tollit ex ſtipulatu,per regulam ſi vinco vincentem te,&c.quia actio ex vendito vincit ſtipulationem pęnalem, & pœnalis vincit actionem ex ſtipulatu.Breuiter iſta eſt vna truffa:quia verum eſt,ꝙ vna ſtipulatio coæqueua non tollit alteram,qñ non eſt facta exactio ex ea, ſed quæritur,an per ſucceſſionem, ſi vnus reus debendi ſuccedit alteri,pariter obligatio tollatur vna per alteram?certè non,ſed ambo durant,& ex vna poteſt conueniri,tanquam ipſe proprio nomine,& ex altera tanquam hæres. Sed facta exactione ex vna,bene tollitur altera ipſo iure, & ſic non indiget iſta actio ex vendito iuuamine ſtipulationis pœnalis ad tollendum ſtipulationem coæqueuam, ſed ſufficit per ſeipſam mediante exactione ex vna, bene tollitur altera ipſo iure, & ſic non indiget iſta actio ex vendito iuuamine ſtipulationis pœnalis ad tollendum ſtipultaionem coæqueuam, ſed ſufficit per ſeipſam mediante exactione. Non ergo poteſt ſuſtineri hæc lect. Volunt, & vltimo iſti antiqui econuerſo,quòd ſi fuit petita pœna, & exacta,bene tollitur ipſo iure actio ex vendito, & ꝙ iſte eſt caſus. in ver.ex ſtipulatu. certè iſte non eſſet caſus econuerſo ad præcedentem, quem iuriſconſultus voluit ponere,quia præcedens eſt, an per actionem ex vendito facta exactione tollatur ex ſtipulatu cōpetens ad idem: qui caſus ſm ipſos antiquos non ponitur in iſta l.vt dicit gloſſ.mag. in ver.item ſi primo, & ſic non bene adaptetur ad mentem iuriſconſulti iſte intellectus antiquorum. Cætera quæ ſunt in glo.mag.ſi bene conſideres, remanent declarata. Vnde non intendo tempus perdere in ea. ¶In glo.mag.ſuper verbo. {ex vendito.}dum dicit, de prima autem actione ex vendito nullo modo poteſt loqui, intellige de prima,ſcilicet originali actione ex vendito,quæ datur ad pretium, quæ ratio reputatur, quæ datur ad id,quod eſt in natura contractus.Sed inquantum datur ad id,quod deuenit in pacto etiam ſtipulatione vallato,poteſt dici ſecundaria,licèt ſit eadem. ¶In eadē gl.ibi,nam ex ſtipulatione de faciendo.pone egi ad id,quod conuenit facere,ſed glo. mag.in ver. item ad id,tenet ꝯrium,ꝙ illa actio ex ſtipulatu eſt nouata per ſtipulationem pœnalem, ipſa tamen

13 verior eſt,quia non eſt nouata. ¶† In glo. mag.circa medium ibi: item ad id glo. proſequendo lect. antiquorum formauit quatuor quæſtiones.prima vſque ibi,{ſed ſi agetur.}ſecūda vſque ibi:& eſt ratio.tertia vſque ibi:item ſi primo.vſque ad iſtum verſi.quę quęſtiones ſunt declaratæ,& expeditæ per ea,quæ ſ.dicta ſunt, & glo. eſt ſatis clara de ſe.Hic uerò glo.tenendo eadem lect. format vnā oppoſitionem principalem ſuper tex.in verſic. conſecutus, dum dicit,quòd per actionem ex vendito ſecuta exactione tollitur pœnalis ſtipulatio ope exceptionis : nam immo videtur, quòd fuerit ſublata antequam etiam ageretur, & exigeretur ex ea per actionem ex vendito: quia erat ſublata per ſtipulationem pœnalem ipſo iure,non ope exceptionis,vt l.obligationum ferè.§.fi. & reſpōdet quatuor modis vſque in finem gl. primæ fatendo contrariū, ꝙ tam actio ex vendito informat, quàm actio ex ſtipulatu competens ad idem,ſunt ipſo iure ſublatæ per commiſſionem ſtipulationis pęnalis.Et ſi dicatur ſecundum hoc non erat differentia inter vnam ad alteram:cuius contrarium vr̄ velle iſte tex. reſpondet gl.ꝙ immo eſt quantum ad id, quod datur,quia actio ex vendito informata datur ad factum, & ad intereſſe: ſed actio ex ſtipulatu competens ad idem datur ad factum tantum.Certè & in iſta differentia hic iuriſconſultus non ſenſit ſolum dic illa quæ conſiſtit in modo tollendo : quia vna tollitur ipſo iure, altera ope exceptio. præterea iſta differentia non eſt vera: quia immo vtraque datur ad factum per prius,& ad intereſſe per poſterius, vt in l.ſtipulationes non diuiduntur.§.Celſus.de verbo.oblig.& l.ſi quis ab alio,de re iud.Præterea,ꝙ actio ex vendito ſit ſublata hic per nouationē: eſt contra text.in primo verſic. reſpondi &c. vbi dicitur, ꝙ poteſt agi ex uendito.ſi non fuit actum ad pœnam.quod non eſſet,ſi eſſet ſublata.præterea impropriaret tex.dum dicit exceptione,ꝙ intelligatur de exceptione intentionis,vt gl.dicit, immo loquitur de illa quæ eſt propriè exceptio,ut patet etiam ex his, quæ ſequūtur: vbi dicit, ꝙ actio ex vendito tollitur ipſo iure : nam & tunc datur etiam exceptio intētionis,& ſic eſſet dicere idem per idem. Secunda eſt opin.in ver.eſt & alia,ꝙ actio ex ſtipulatu competens ad factum : bene eſt ſublata ipſo iure per commiſſionem ſtipulationis pęnalis:tum propter ſimilitudinem quam habet cum illa, quia eſt ſtricti iuris,& eſt contractus iuris ciui. ſicut ſtipulatio pœnalis : tū propter proximitatem,quia proximior eſt ſtipulatio pęnalis, cum ſit media inter contractum emptionis,& ſtipulationem pęnalem: ſed actio ex uendito informata competens ad idem non eſt ſublata per nouationem:tum quia habet ſimilitudinem cum illa, & quia remotior eſt, & licèt informetur ab illa ſtipulatione media, non tamen oritur ex illa,ſed oritur ex contractu uenditionis: unde non tollitur poſtea ipſo iure per exactionem pęnæ:& hoc vult gl.aliquantulum per obſcura uerba uſque ibi:(uel melius,) & tūc ceſſaret contrarium de ipſo tex. in j. verſic. qui probat,ꝙ non eſt ſublata.Tn̄ iſta differentia reprobatur per Doct.per id quod habetur vel not.in l.j.vel ij.C. de iure emphyt.ꝙ ille contractus nō nouatur per ſtipulationem pęnalem, & tn̄ eſt ſtricti iuris,& eſt contractus iuris ciui. Tertia fuit opin. Azo. ꝙ hic fuit actum expreſsè, ꝙ non fieret nouatio,quod eſt diuinare. Quarta eſt,ꝙ fuit actum tacitè:& hoc uult gl.uſque in fi.tu autem dic, ut ſ.

LEX XXX.

1 *Actio ex empto datur legatario pro recuperando pretio rei emptæ, & ſibi legatæ ſub conditione ſi poſtea exiſtat conditio.*

3 *Legatarius emendo ab hærede rem ſibi purè legatam,uidetur legatum repudiaſſe,& quid ſi emat ab alio, & quid ſi emat à teſtatore.*

3 *Fideicommiſſarius ſi pendente conditione fideicommiſſi emat rem ab hærede,an,& quando (eueniente conditione) poſſit agere ad pretium.*

1 CVi res ſub conditi. † Legatarius qui emit rem legatā ab hærede pendente conditione legati, ſi poſtea exiſtat cōditio, repetit pretium per actionem ex empto, quia ſibiipſi vr̄ rem euincere.h.d. ¶In text.ibi:{imprudens.} id eſt ignorans eam ſibi legatam, quid aūt ſi ſciuit,an per hoc, qđ emit, uideatur repudiaſſe legatum?dic ꝙ non caſu huius legis, vbi legatum ſub conditione:& ſic nō poterat repudiare conditione pendente,ut l.ſi ita ſit ſcriptum.§.ſi ſub conditione.de leg.2.& l.ſi quis

2 ita.† Si autem eſſet purum,tunc Dyn. tenuit,ꝙ emendo legatum ab hærede ſcienter,videatur repudiaſſe.Bar.tenuit contrarium,de quo pleniſſimè in l.qui Romæ.§.duo fratres. de verb.obl. in 12.q. ¶In tex.ibi:{actione ex empto cōſequi poterit.} & etiam actione ex teſtamento per rationem quæ ſequitur, quia non uidetur habere ex cauſa legati quouſq; recuperet illud,quod ſibi abeſt, quæ ratio magis cōcludit ad actionem ex teſtamento,quàm ad actionem ex empto:& hoc probatur in l.huiuſmodi. §. qui ſeruum. in fi.de leg.j.ratio autem quare detur actio ex empto eſt alia, quàm illa quæ ponitur in tex.quia deſinit habere ex cauſa emptionis, & incipit habere ex cauſa legati,quæ præcedebat emptionem. ut eſt caſus in l. fundi. ad l.Falc. & ſic ſibijpſi uidetur euincere : quia ipſe qui eſt legatarius euincit ſibijpſi,ut emptori. Sicut ergo alio euincente poſſet agere ad recuperationem pretij,ita & ipſomet euincente. in hoc tamen differt : quia alio euincente poſſet agere ad duplam:ſed cum ipſemet euincit, non,ut j.de euic.ſi ei cui.& l.cū emptor.ad l.Falc.mutat ergo ipſe ſibi cauſam dominij: vt d.l.fundo.& l.ſi ſeruus.§. qui fideicommiſſariam. de hæred.inſtit.uerum, quia non perfectè videtur habere ex cauſa, quouſque recuperat, quod ſibi abeſt,ut ſequitur in tex.& glo.ideo datur etiam actio ex teſtamento.Si autem legatarius emiſſet non ab hærede,ſeu grauato, ſed a tertio, puta legata eſt mihi res aliena : & eſt caſus in quo ualeat legatū,quia factum a ſciente,uel a coniuncta perſona,emo illam rem a uero dño : tunc habeo actionem ex teſtō duntaxat ꝯ hæredē ad reſtōnem pretij per dictā rōnem: quia non uideor habere ex cauſa legati quouſque recupero,quod ſolui. Iſto tn̄ caſu non muto mihi dñium:quia remanet penes me ex cauſa emptionis factæ a uero dño,& iſte eſt caſus in l.planè.§.ꝙ ſi rem.de leg.j. ¶Quid autem ſi emi a teſtatore,ut his diebus fui interrogatus & dixi:ſi teſtator uendidit nulla neceſſitate ductus, cēſetur reuocaſſe legatum. Vnde ipſo mortuo non poſſum petere ex cauſa legati,ſecus ſi ex neceſſitate rei familiaris per l.fideicommiſſa.§.q rem. de leg.3.& de adim.leg.l. rem legatā.ſicut ſi vendiſſet cuidam ter-

3 tio,ut in illis ll.cum ſit eadē ratio.No.ꝙ † Io. An.in add. Spec.in tit. de emp.& uen.§. tertio loco.circa fi.recitat opi. quorundam qui dixerunt,ꝙ ſi legatarius, uel fideicommiſſarius pendente ꝯdōne legati,uel fideicom.emat rem ab hærede,cenſetur emiſſe dubium euentum:& ſi iſtud eſſet uerū,ſequeretur,ꝙ ēt ſi ꝯdō exiſtat,non poſſet repetere pretium arg.ſ.e. l. emptor.in fi.cū l.ſeq.quam opi. ipſe reprobat per hāc l.cum ſimilibus. Tu dic,ꝙ poſſet ſuſtineri,ſi fuiſſet uendita non iuſto pretio,& a ſcientibus ita ut potius uideatur uenditus,& emptus dubius euentus,qui ipſa res: puta ualebat 20.& quia hæres dubitabat ꝯdōnem exiſtere, dedit eam pro decem,& ego dubitans eam deficere, potius uolui ſoluere decē,& eſſe certus,quid habeam, q̄ cōmittere me dubio euentui.Hoc igitur caſu,licèt exiſtat conditio,non repeto 10. quia ſi deficeret,haberem rem pro 10.nec uenditor poſſet petere pretium ſuppleri. hoc probat̄,ex his,q̄ habent̄ in l.j.C.de pac.in tex. & gl.ſi bn̄ inſpicitur inquantū loquit̄ de ſextante promiſſo pro remiſſione fideicommiſſi ꝯdōnalis.& uult,ꝙ non repetat̄, ſi fuit ſolutum,& glo. vult,ꝙ ſoluatur, ſi ſolutū non fuit, licèt ꝯdō fideicōmiſſi defecerit,& ſic remiſſio non fuit neceſſaria hæredi:quia ſi extitiſſet, fuiſſet conſecutus lucrum ex remiſſione totius hæreditatis pro ſextante dato. Vnde ibi eſt caſus.Sed ſi ſoluitur iuſtum p̄tium,uel parum minus,cenſetur empta ipſa res:& habet locum iſta lex,& dictum Io.And.tene menti,quia iſta ſunt ſubtilia, & ſingularia.

LEX XXXI.

2 *Venditor ſerui non tenetur,ſi ille ſeruus eſt fur,immo ſi ſibi ſurripiat,conſulitur ſibi contra emptorem, uel retinendo peculium, ſi ſibi ſurripuit poſt traditionem.& quid ſi ante traditionem.& num.1.*

3 *Sicut omne emolumentum obueniens ſeruo uendito poſt perfectam uenditionem pertinet ad emptorem,ita & damnū contingens illius occaſione.*

Seruus

1 **Seruus quem.** †Peculium venditum cum ſeruo minuitur ipſo iure per furtum ſerui venditi factum ante traditionem venditori, & ideo competit retentio, & ſi per errorem nõ retineatur, competit repetitio: licèt actio de peculio pro furto non competeret: quia non datur ex maleficio: vel quaſi h. d. ¶†No. q non ſolum venditor ſerui nõ tenetur,
2 ſi ille ſeruus eſt fur, vt habetur ſ. eo. l. Iul. poſt prin. in text. & gl. ſed etiam ſi ſibi ſurripiat, conſulitur ſibi cõtra emptorem, vel retinendo peculium, ſi ſibi ſurripuit poſt traditionem. Quid autem ſi fuit venditus ſine peculio, & ſic non poterat de peculio retinere? reſpondeo, retinebit ſeruum, quouſque vel emendatur damnum, vel detur ſeruus pro noxa. ſ. de pig. ac. l. ſi neceſſarias. §. j. in text. &
3 gl. ¶†No. etiam, q ſicut omne emolumentum obueniens ſeruo vendito poſt perfectam venditionem pertinet ad emptorem, vt l. Iul. §. ſi quis ſeruo. ſ. tit. eo. ita damnum contingens illius occaſione debet ad ipſum pertinere. Intelligo tñ iſtum tex. eo caſu, quo non fuit in mora tradendi, aliàs ſicut periculum rei venditæ pertinet ad eum, vt l. illud ſ. de peri. & commo. rei vendita, & damnum illatum ſibi a re vendita. ar. in regula, damnum, quod quis ſua culpa ſentit, de re. iu. fortè enim ſi tradidiſſet, hoc furtum ille ſibi nõ feciſſet.

*1 Vendens rem alienam ignoranti etiam antequam euincatur, quomodo conueniatur.*

*2 Emptor, quando controuerſia eſt mota per uerum dominum, non cogitur ſoluere pretium, niſi dato fideiuſſore.*

1 **§. Si ſciens.** †Qui ſcienter vendidit rem alienã ignoranti ẽt anteq̃ euincatur, põt cõueniri ad intereſſe particulare, quatenus intereſt emptoris rem fuiſſe ſuam effectam. h. d. & fortè alibi non reperitur iſte caſus, & ſemper allegatur. ¶In tex. ibi: {quanti mea interſit meam eſſe effectam} puta promiſi illã rem dare alteri ſub pœna: & quia non fuit effecta mea, non potui dare. i. dominium transferre, & ſic incidi in pœnam, poſſum agere ꝯ te ad hanc pœnã, licèt res non ſit mihi adhuc euicta. Videbatur ꝯrium: quia vẽditor tenet ſolũ tradere. & facere, q emptori liceat hr̃e, vt ſequitur quod not. Sed tu tradidiſti, & mihi, licèt hr̃e, anteq̃ euincatur: ergo ad nihil ago. Sed ꝯrium eſt verũ p rõnem, q̃ ſequit {quia tñ & c.} Sed poſſet repetere pretium ſolutum, ex quo nõ eſt effecta mea. gl. ſing. quæ eſt ). de euic. l. ſi rem quã. in prin. in prima gl. vr̃ tenere, q ſic, & ita intelligit iſtum tex. Sed iſte tex. hoc non dicit. Ideo puto ꝯrium, quia illud non põt repeti, niſi re euicta. vt ). ſequitur. Quinimmo ſi non eſſet ſolutũ, cõgeretur ſoluere quandocunq; emptor vellet probare, q res eſſet aliena: & in ipſum non eſt tranſlatum dñium: quia venditor põt replicare, q ſibi licèt hr̃e.
2 †Si tñ controuerſia eſſet mota per verum dñm, non cogeretur ſoluere pretium, niſi dato fideiuſſore, vt ſ. de peri. & commo rei ven. l. pen. Dico ẽt, q ſi emptor eã emeret a vero dño, & p̃tiũ ſolueret: & poſtea vellet probare, q ille eſt verus dñs, nõ cogeret ſoluere p̃tiũ: & ſic poſſet retinere: licèt ſi ſoluiſſet nõ poſſet repetere, niſi ſecuta euictione per ſuam. & iſte eſt caſus ſingularis in d. l. ſi rem quam in prin. ſm intellectum Guar. quem gl. j. in fin. recitat, & vide quod no. Cy. C. de euictio. l. ſi cum qua ſtio. in 2. opp.

*2 Venditor, qñ ſine dolo, et culpa cecidit a poſſeſſione rei, nõ tenetur, niſi ut cedat actione expenſis emptoris, & ſic ceſſionariũ ſi quã hẽt, & nu. 1.*

*3 Ceſſio fit ſumptibus, & expenſis cedentis, quando contractus celebratur gratia cedentis.*

1 **Si ea res.** †Vẽditor, qui ſine dolo, & culpa cecidit a poſſeſſione rei, non tenetur, niſi vt cedat actionem, ſi quam hẽt, ẽt ad illud quod ex re vendita apud eum remanſit, & ſi fuit in mora, ẽt ad illud ad quod emptor habuiſſet ſi traditio facta fuiſſet. h. d. ¶In tex. ibi: {quas actiones.} puta actiones vi bo. rap. ad penã: & ꝯdõne furtiua ad rem, quia omnis raptor eſt fur. ¶In tex. ibi: {quia cuſtodia aduerſus vim parum proficit:} & ſic nõ eſt perdita p malam cuſtodiam, cum tunc teneret eam cuſtodire, ſed ſi per furtũ clandeſtinè fuiſſet ſurrepta, præſumeretur hoc p malam cuſtodiam: niſi probetur ꝯrium, vt ſ. pro ſocio. l. cum duo-
2 *Locatio, & conductio aliquando ualet ſine conuentione mercedis, quando fundus conſueuit locari ad certam mercedem.*
3 *Venditio ſine pretio non ualet, licèt res ſolita ſit uendi pro certo pretio.*

De locato & conducto. Rubrica.

1 LOcatio. † In hac l. cum principio ſeq. ponuntur tria in quibus contractus locationis, & conductionis aſſimilatur ꝯtrctui emptionis, & ven. Primum eſt, quia ambo ſunt de iure gentium. Secundum, quia ambo ꝯhuntur ſolo cõſenſu. Tertiũ, quia ſicut in ꝯctu emptionis, & venditionis ad hoc, vt valet, neceſſe eſt cõuenire de certo pretio in pecunia conſiſtente, ita in hoc ꝯctu de certa mercede, ſubaudi, certa, vt j. de don. inter vi. & vx. l. ſi vir vxori, vel cer
2 tificanda arbitrio alterius certæ perſonæ, vt j. eo. l. ſi merces. † Aliquando etiam ſi non conueniatur de mercede cenſetur tacitè cõuentum, & valet contractus, qñ fundus conſueuit locari ad certã mercedem. C. de agri. & cenſi. l. dñi prædiorum, & quod ibi not.
3 per gl. & per Cy in l. excepto. C. loc. † ſed in venditione talis conſuetudo nõ cadit. Ideo ſi reperiatur inſtrumentum, ꝙ Titius vendidit mihi talem rem ſi non reperiatur ibi, pro quanto pretio va-
a let, [a] vt no. Cyn. in l. j. in fin. C. de contrah. emp.

A D D I T I O.

a Valet. Adde eundem Pau. de Caſt. in l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. ſupra de iur. iur. col. 2. & Alex. de Imo. in conſ. 18. col. fin. uer. præterea. in primo vol. Fran. Cur.

1 *Pecunia ſi præſtatur pro opera, quis contractus dicatur.*
2 *Duo caſus in quibus dubitatur, an ſit contractus locationis, et conduc. an emptionis, & uend. & quis effectus reſultet.*
3 *In emptione pedagij quid uideatur emptum, an ipſum ius pedagij, an fructus.*

1 §. Adeo autem. † Si pecunia præſtatur pro opera, dicitur ꝯctus emptionis, etiã pro re in qua præſtantur operæ. Si uerò pro opera tñ dicitur ꝯctus locationis, & conductionis. h.d. præmitte, ꝙ quando ex vna parte præſtatur pecunia, ab altera res tñ: dicitur contractus emptionis, & venditionis, vt j. de præſcri. ver. l. naturalis. poſt prin. ibi: ſi quidẽ pecuniam. Si verò detur pecunia ex una parte, & ex altera præſtatur opera tñ, dr̃ locationis, & conductionis, vt j. eod. qui operas. Quid aũt ſi ab vna parte præſtetur pecunia, ab altera uerò opera, & etiam res in qua opera præſtatur? vt ſi do pecuniam aurifici, vt faciat anulum de auro ſuo, erat dubium, an fieret denominatio a pecunia, an a re? & hoc 2m approbatur hic. ¶Sed ꝯ j. eod. l. item ſi pretio. §. cum inſulam. Sol. hic præſtas operam, & rem: id eſt aurũ, in quo operam præſtas: ibi verò nõ illam, in qua operam præſtas: quia in ſolo meo, & illud non præſtas, ſed præſtas lapides, & calcẽ in quibus non præſtas operam, ſed in ipſius præſtas in ſolo: ideo
2 eſt contractus locationis, & conductionis † Not. ergo caſum in quo dubitatur, an ſit contractus locationis, & cõductionis, an ſit emptionis, & uenditionis. ¶Adde alium caſum in iſtis, qui emunt
a pedagia, [a] uel gabellam, nam interdum inſtr̃m loquitur de emptione, interdum de conductione, & tñ utroque modo ꝯhitur p eundẽ modum. Eſt aũt utile ſcire, quia in ꝯctu locationis, & conductionis per ſterilitatem, uel caſum inopinatum, fit remiſſio mercedis, vt j. eo. l. ex conducto. §. j. non ſic in ꝯctu emptionis, & venditionis: quia ſi res pereat poſt ꝯctum perfectum, debetur nihilominus pretium, licèt res non tradatur, ut l. neceſſario. de peri. & commo. rei uen. Bar. diſputauit iſtam quæſtionem, & incipit diſpu
b tatio, publicanus [b] quidam. ubi determinauit, ꝙ ſi fiat ad plures annos, & ſoluitur pecunia ſingulis annis pro rata dicatur locatio, & conductio, etiam ſi inſtr̃m loquatur de emptione, & venditione. Nam hoc uocabulum non ꝯtriatur ꝯctui, qñ ille qui conducit rem, dicitur emere fructus &c. Si autem non ſoluatur pecunia ſingulis annis, ſed pro uno pretio quis emit, uel conducit etiam pro pluribus annis, licèt fortè in ſoluendo apponãtur termini, puta, emi pedagium pro quinque annis pro 10. millibus tunc ſiue dicam emo, ſiue conduco, dr̃ emptio: allegat pro iſta differentia gl. quæ eſt in l. j. C. de iure emphy. quæ ſemper allegatur ad cognoſcendum quis contractus: vt videatur per ſingula tpa cõſtitui pretium, puta, ad rationem mille pro quolibet anno, & tunc erit locatio. An ſit unum pretium pro omnibus annis, & erit emptio. In primo caſu ſi pp guerram, uel ſterilitatem, aut ſiccitatem prout alio anno contingit Bononiæ pedagium, uel gabella nihil ualeat ſine culpa conductoris: fit remiſſio pro rata, & ita fuit ibi per multos conſultum. Si uerò uno pretio, non fiet. Ideo ſit cautus qui
3 emit talia. † Sed tunc uertitur in dubium, quando eſt emptio, quid uideatur emptum, an ipſum ius pedagij: an commoditas, uel facultas percipiendi: an autem fructus pedagij: nam hoc ultimò caſu non recollectis fructibus non deberetur pretium, ut l. nec emptio, de ꝯhen. emp. in primo caſu ſic, quia vr̃ emi alea, uel incertũ, ſicut iactus retis, ut ſ. tit. j. §. fin. iſtum paſſum utiliſſimè, & ſubtiliſſimè proſequitur Bar. in l. cotem. §. qui maxi. de publ. ubi omnino uide. Et adde unam glo. quæ eſt in l. j. ff. de ſuperfi. quę etiam docet diſtinguere contractum emptionis a contractu cõductionis. ſ. ex quantitate pecuniæ: & hoc procedit, quando ex una parte datur pecunia, ex altera præſtatur res corporalis.

A D D I T I O N E S.

a Pedagia, vel gabellam. Adde Bertachinũ de firmo in tractatu de gabellis.
b Publicanus quidam. Adde circa hæc dicta do. Alex. de Imo. in conſi. 3. col. 2. in prin. in 1. vol. Cur.

L E X III.

Cum fundus. Si res acceſſoria locationi detur æſtimata, in illa cõtrahitur uenditio, nec propterea principalis contractus dicitur minus locatio. hoc dicit. Et ſic iungitur hic contractus uenditionis cum contractu locationis.

L E X IIII.

1 *Voluntas hominis per mortem eius expirat.*
2 *Diſpoſitio collata in uoluntatem ſedis apoſtolicæ non expirat, licèt Papa moriatur, ſecus ſi Papa dixerit ad beneplacitum noſtrum.*
3 *Locatio precarij rogatione ita facta, quoad is qui locauit dedit; quæ uellet, morte locantis tollitur.*

1 Locatio precarij. † Voluntas hominis per mortem eius expirat. Ad hoc ſemper allegatur iſta l. ſcilicet 4. ff. loc. ¶Oppon. primo de c. ſi gratio-
2 ſæ. de reſcrip. lib. 6. † Sol. ibi confertur diſpoſitio in uoluntatem eius, qui non moritur, puta, ad beneplacitum ſedis apoſtolicæ, quæ nunquàm moriatur Papa: ideo per mortem Papæ non finitur conceſſio. Secus ſi dixiſſet, ad beneplacitum noſtrum, ut ibi habetur. Secundo oppo. de l. quæſitum. §. j. & de l. cum precario. §. fin. infra de precar. Sol. hic fuit commiſſus contractus in uoluntate expreſſa cõcedentis: ideo finitur morte eius, ibi uerò fuit ſimpliciter celebratus uſque ad beneplacitum concedentis, ut eſt pre
a carium, tamen non finitur morte [a] concedentis, licèt finiatur morte eius cui conceditur. Ratio diuerſitatis eſt, quia hæc commiſſio

A D D I T I O.

a Precarium tamen non finitur morte. Adde c. ſi. & ibi Doct. de preca.

miſſio fit in voluntatem concedentis per ipſummet concedentē,
ibi non, licèt lex ibi non fingat ita eſſè conceſſum. Sed ſi expreſsè
diceret, concedo precario ad voluntatem meam, finiretur mor-
te mea, vt eſt caſus hic, & nihilominus etiam ſi non eſſèt dcm̄, fin-
geretur per legē eſſè dcm̄, Si ergo plus operatur expreſſum, quàm
tacitum. ¶ Tertio opp. q̄ per mortē non finiatur voluntas, immo
moriendo vr̄ velle, vt l. fideicom. §. hoc autem legatum. & l. vxo-
rem. §. pen. de leg. 3. Sol. hic voluntas fuit poſita ad declarationē
3 actus, quia † locaui, vel conceſſi quoad voluero. Ibi verò ad incæ
ptionem, quia legaui cum hæres voluerit, & antequàm declaret.
non debetur. Sed ſi moriatur anteq̄ declaret, incipit deberi. quia
moriendo videtur declarare ſe uelle. & quæ ſit ratio, dic, vt ibi, Ce-
tera dic, vt no. Bar. in l. centeſimis. §. fi. de verb. oblig.

## LEX V.

1 *Licèt remittatur penſio ex poſtfacto, contractus tamen non reſoluitur, licèt ex eo agi poteſt ab utraque parte.*

2 *Si uendo tibi pro certo pretio, & ſtatim agitur, q̄ illud nō ſoluas, cēſetur potius donatio, & uenditio ſimulata: & an debeat ſolui minor gabella.*

3 *Si autem a principio agitur, ut ſoluatur, licèt ex poſtfacto remittatur, nō præſumitur fuiſſe ſimulatus, ſed durat uenditio.*

Si tibi. † Licèt remittatur penſio ex poſtfacto, c̄ctus tn̄ nō
reſoluitur, licèt ex eo agi pōt ab vtraque parte. h. d.
vide quod plenè no. Bar. ſ. de pac. l. ſi conuenerit. ſi aūt ſine volun
tate locatoris conductor liberatur a ſol. mercedis, non poſſèt pe-
tere ſibi c̄ctum impleri, vt ſ. tit. j. l. bonafides. ¶ In gloſſ. ibi: {ſed hic
fuit ab initio} colligit iſta gl. q̄ facilius præſumitur ſimulatio ex his
2 quæ geſta ſunt a princ. quàm ex his quæ ex poſtfacto. † Si enim
vendo tibi pro certo pretio, & ſtatim agitur, q̄ illud non ſoluas:
cenſetur potius donatio, & venditio ſimulata, vt ſ. de c̄hen. emp.
l. ſi quis donationis: ideo ſi maior ſolueretur gabella pro venditio
3 ne, q̄ donatione, ſolueretur minor. † Si aūt a prin. agitur, vt ſolua-
tur, licèt ex poſtfacto remittatur, nō præſumitur fuiſſe ſimulatus,
immo durat venditio, & facit pro his, quę no. p Bar. in l. cū ſeruus.
de cond. & dem. & tetigi in l. Iul. §. ibidem. ſ. tit. proximo.

## LEX VI.

Is qui rem. Not. hic ſecundum Bar. quod ſi cōductor
fundi exegit pœnam a damno dante ex for
ma ſtatuti non tenetur illam reſtituere locatori: ſecus in credito-
tore l. ſi pignore. ſ. de pig. act. & rationem dic, vt ibi.

## LEX VII.

Si tibi. Conductor agit ad intereſſè contra locatorem, ſi il-
le, qui ab eo conduxit, prohibeatur vti re in quantū
eſt ſibi obligata, deducta tamen mercede, quàm ipſe debet primo
locatori. hoc dicit cum l. ſequenti.

## LEX IX.

2 *Venditor ſi non traderet rem uenditam, & uellet tradere aliam æquè commodam debet condemnari ad intereſſe.*

3 *Idem in commodato & in quocunque alio contractu excepto contractu locationis, & nu. 1.*

4 *Promittens dare certum fideiuſſorem, uel pignus poteſt dare alium, uel aliud æquè bonum.*

5 *Si non præſtatur patientia, ut conductor utatur, & fruatur, neque præſtatur æquè bona habitatio: ad quid teneatur locator.*

1 Si quis domum. ¶ † Si conductor non poteſt vti
re conducta poteſt agere, vt ſibi
frui liceat, locator tamen liberatur præſtando æquè commodam
2 habitationem. hoc dicit. † Et hoc vltimum eſt notabile, quia non
ſicut in contractu emptionis, & venditionis, ſi venditor non tra-
deret rem, quam vendidit, & vellet tradere aliam æquè commo-
dam. non deberet audiri: ſed condemnaretur ad intereſſe, & hoc
3 vult hic glo. ſuper verbo, {locatorem.} † Idem in commodato,
& in quocunque alio contractu, vt not. Specul. de obligat. & ſo-
4 lu. §. ſequitur videre. in fin. ſecus in eo, qui † promiſit dare certum
fideiuſſorem, vel pignus, quia poteſt dare aliud, uel alium æquè
bonum, vt ſ. de conſt. pecu. qui autem. §. ſed, & ſi quis. ¶ In text.
ibi: {vt præſtetur ei frui.} ¶ Sed opp. quia ſi locator ſemel præſti-
tit rem, videtur liberatus ab actione ex conducto. vt ſ. titul. j. l. qui
pendentem, in fi. & ibi dixi. Sol. ibi loquitur in venditore, qui tene
tur ad rem: vnde poſtquàm ſemel tradidit, eſt liberatus: etiam licèt
ipſe idem poſtea turbet emptorem, non conuenitur ex contra-
ctu, ſed actione iniuriarum, vel alijs remedijs iuris. Hic loquitur
in locatore, qui tenetur ad factum ſucceſſiuum, ad præſtandum
patientiam conductori, vt vtatur, & fruatur, poſito, quòd rem
tradiderit, non eſt propterea liberatus: quia non fecit adhuc perfe-
ctè id, ad quo tenebatur. Vnde quandocunque conductor prohi
beatur frui, uel per ipſum locatorem, uel per alium poteſt adhuc
conueniri ex eodem contractu, ad quod facit, quod habetur in
l. corruptionem. C. de vſufruct. & no. in l. 2. de verb. obliga. in illo,
qui promiſit dare ſeruiturem, quia non liberatur eam conſtituen-
do, cum etiā teneatur pati, q̄ ille utatur, vt l. harum. ſ. ſi ſerui. ven.

5 ¶ Sed, quæro hic † ſi nec præſtatur patientia, neque æquè bona
habitatio, ad quid teneatur locator: glo. hic videtur diſtinguere,
an ſcienter locauit rem alienam, & tenere ad omne intereſſe, vt ſ.
eod. tit. ſi tibi alienam, cum ſe. an ignoranter, & tenetur ſolùm ad
remiſſionem mercedis, ut j. eod. l. ſi fundus. in fin. Certè ibi loqui-
tur in eo, qui locauit fundum ſuum, & poſtea de facto condu-
ctor fuit prohibitus uti ſine culpa locatoris: nos loquimur in eo,
qui locauit rem alienam, Vnde etiam ſi credidit ſuam rem, tene-
tur ad intereſſe conductori, ſicut qui vendidit rem alienam. licèt
ignoranter, ut ſ. tit. j. l. Titius. §. fin. cum ſi. & ad hoc j. eod. l. & hæc
diſtinctio. poſt princ. ibi: {intelligendum eſt autem} adde, quod ha
betur j. l. proxima. §. primo.

1 *Locans rem alienam tanquam fructuarius, ad quid teneatur.*

2 *Inſpicere debemus, quod euenire poteſt.*

3 *Reſoluto iure locatoris reſoluitur ius conductoris.*

4 *Locans rem tanquam fructuarius finito uſufructu ante tempus locationis nō tenetur ad aliud niſi ad remiſſionem mercedis pro rata temporis, quo conductor non fruitur re.*

5 *Emphyteuta, uel feudatarius uendens utile dominiū ſi finitur ius emphyteuticum, quia finitur eius generatio, uel propter canonem, quia non ſolutum, nihil reſtituit de pretio, niſi uendidit tanquam proprietarius.*

6 *Quid ſi legauit utile dominium tanquam habens plenum dominium, uel ſimpliciter.*

1 §. Hic ſubiungi poteſt. † Locans rem alienā
tāquàm fructuarius
non tenetur ad intereſſe, ſi ante finitum tp̄s locationis finiat̄ vſuſ-
fructus, & ſicut conductor non poſſit vti, nec etiam tenetur ad
reſtitutionem impenſarum factarum in re conducta per condu-
ctorem, quia eſt, quid ſibi imputetur: ſecus ſi locauit rem tāquàm
proprietarius habens plenum ius in re. cū non haberet niſi vſum-
2 fructum, quia tunc tenebitur ad intereſſe, & impenſas. h. d. † & ſem
per allegat̄ iſte §. pp id quod dicit hic litera, quia hoc euenire poſ-
ſe proſpicere debuit: facit ad no. in c. cupientes. de elec. lib. 6. in ver.
3 & ad præmiſſa. & c. nemo. ¶ † No. hic, q̄ reſoluto iure locatoris re
ſoluitur ius conductoris, quia non debet eſſè melioris conditio-
nis, quàm eius author, vt l. ſi. §. j. ſ. ad Velle. & procedit iſtud dictū,
ſiue fructuarius locauerit rem tanquàm fructuarius, & ſic ratio-
ne proprietatis, quam non habet: nam nihilominus valet locatio
reſpectu iuris, quod habet argumen. in l. qui tabernas. de contrah.
emp. & l. ſi domus. §. fin. de leg. j. & vtroque caſu finito uſufructu
finitur locatio, quia proprietarius poteſt auferre rem conductori
etiam durante tempore locationis: ſed quouſque durat vſusfru-
4 ctus, non. † Secundo nota, q̄ qui locauit tanq̄ fructuarius non te
netur locator ad aliud, ſi contingat vſumfructum finiri ante fini-
tum tempus locationis, niſi ut remittat penſionem pro rata tem-
poris, quo conductor non fruitur re, quia fuit ſibi ablata per do-
minum: pro tempore verò quo ipſe fuit uſus re. deberet ſoluere
mercedem ſeu penſionem, vt hic. & infra proxi. §. ad intereſſè ue-
rò, uel ad reſtitutionem impenſarum per conductorem non tene
tur: quia nihil poteſt ſibi imputari cum, non decepit conductorē.
¶ Sed ſi locauit tanquàm proprietarius, tunc tenetur ad omne in
tereſſe, & etiam ad impenſas: quia ipſum decepit, quia non condu
3 xiſſet, ſi hoc ſciuiſſet, q̄ non eſſet plenè proprietarius. ¶ † Quæro,
quid in uēditione: ſi quis habens utile dominium in re, ut emphy-
theuta, uel feudatarius, & uendat, poſtea finiatur ius emphyteuti-
cum, quia finitur eius generatio, vel pp canonem non ſolutum?
Reſpondeo, ſi uendat tāquàm feudatarius, vel emphyteuta, nihil
reſtituit de pretio: q̄a emptor non fuit deceptus & vr̄ emiſſe ratio
ne illius iuris, quod uenditor habebat, unde iſtud euenire poſſe
proſpicere debuit hic, & ita intelligo text. in d. l. qui tabernas. nec
ob. iſte text. dum uult, q̄ non debeat habere penſionem integrā,
quia aliud in penſione, quæ habet cauſam ſucceſſiuam, & ſolui-
tur pro uſu temporis, ideo non ſoluitur niſi pro rata, qua durauit
locatio. Nos loquimur in pretio, quod ſoluitur pro re empta, &
eius traditione. Vnde ſufficit, q̄ ſemel fuit tradita, ut integrum pre
tium debeatur: licèt poſtea auferatur ſi nihil eſt, quod imputetur
creditori, ſed potius emptori, & facit, quod no. C. fam. erciſc. l. ſi fa-
miliæ. Si uerò uendidit tanquàm habens directū dominium, quia
decepit emptorem: tenetur ad reſtitutionem pretij, & ad intereſſe,
ita no. Cy. in l. j. C. ſi pignus pignori datum ſit. ubi declarat illam l.
qui tabernas, & ita intelligo, qd̄ no. per Bar. in l. cum tabernam, in
5 prin. j. de pignor. ¶ † Item quid in legato? reſpondeo indiſtinctè, ſi-
ue legauerit tanq̄ habens utile dn̄ium, ſiue ſimpliciter, uel tanq̄ ha
bens plenum dn̄ium, non videtur legatum, niſi ius, qd̄ habebat in
re, ut d. l. ſi domus, in fi. & finito illo iure legatarius nihil poteſt pe-
tere ab hærede: ſi autem nullum ius habebat, tūc diſtinguitur, aut
hoc ſciebat, aut nō; & hoc ſecundo caſu. Aut cū legat̄ ius erat cō-
iuncta perſona, & debetur æſtimatio re ablata legatario: aliàs ſe-
cus, ut in l. cum alienam. C. de leg. & d. l. ſi dominus. §. ſi de euictio
ne. cum ibi not. Sed ſi habebat aliquod ius in re, ad illud tan-
tum reſtringitur legatum, & intentio teſtatoris, & illo finito non
agitur de euictione, etiam ſi illud ius erat finiturum morte legan-
tis l.

tis l.vxor patrui.C.de leg.& in l.Stycho.de vſuſru.leg. & iſtud voluit dicere in gl. in d.§. de euict. dum dicit, [niſi euincitur rationem alicuius certæ cauſæ].h.d.

§. In exuſtis quoque. Si conductor non p̃t vti re conducta ſine culpa locatoris, & ſine culpa ſua, nõ teneť ſoluere mercedẽ, niſi ꝓ rata qua fuit vſus.h.d.Et tunc dr̃ ſine culpa, qñ locauit rẽ ſuã in qua poſtea accidit caſus:ſed ſi rem alienam ẽt ſi bona fide, non dr̃ euinci ſine culpa locatoris: ideo teneť ad intereſſe, ut dixi in prin. huius l. & videtur caſus in l. ex cõducto. § vbicunque.in fin.ĩ.eodem.Item adde hic caſum, in quo aliquando etiã ſi ſine culpa vtriuſque non vtatur, nihilominus tenetur ad integram mercedem, vt ĩ.eod.l.ſicut.§. ſi. cum glo.ſua.

Si quis fundum. Valet pactum, ꝙ conductor teneatur de caſu fortuito, licet de natura contractus non teneatur.h.d.ſic ſ.depoſ. l.j.§.ſi conuenerit.Sed ꝯ de l.precarii.ĩ.de prec.So.ibi, qñ pactum eſt contra naturam contractus vnde vitiatur, & non vitiat. Hoc eſt præter naturam, vnde nec vitiat, nec vitiatur, vt ſ.de pact. l.paciſci.

§. Si colonus. Qui permiſit innocentem ignẽ hr̃e, non tenetur, ſi fuit nocẽs caſu fortuito, ſed ita demũ ſi fuit in culpa.h.d.Si aũt fuiſſet actum, quod nullo mõ teneret ignẽ, tũc ſi tenuit, & damnũ dedit ẽt ſi caſu fortuito, & præter ſuam culpam, nihilominus tenetur, qa ſaltem fuit in culpa tenendo ipſum contractum, ut ĩ.eo.l videamus.§.j.

§. Imperator. Pro tempore quo conductor nõ poteſt frui re, fit remiſſio mercedis nõ ſolutæ, & ſoluta repetitur.h.d.ſm cõem lec. & legitur tribus modis in gl.quælibet eſt bona.Bart.dicit, ꝙ legitur principaliter duob.mod.Primo in locatore rei, & ita loquiť prima lec. glo.Secundo in locatione operarũ, & ita loquitur ſecunda, & tertia.& ſecundum ſecundam lect.loquitur, dño qui ꝯduxit operas caprarij, qui ẽt dñs alio reſpectu põt dici locator caprarũ.Secundũ tertiam lect.loqť ipſi caprario, qui dr̃ locator operarum, & conductor caprarũ, & illę lec.ſunt ꝑꝑ contrarium de l.qui operas. ĩ.eo. ¶Opp.ꝙ debeatur merces pro toto tp̃e, licet conductor nõ fuit vſus toto tp̃e, vt ĩ.eo.l.q operas, cuius ꝯ̃rium hic probatur in ſi.Sol.ibi loquitur in illo qui locauit operas, qui debet habere mercedem pro toto tempore ſi per eum non ſtetit, quominus præſtiterit operas, ſed ſtetit per conductorem, uel per caſum contingentem in perſona conductoris, vel in re ſua, vt ĩ.eod. ſed addes.§.ſi.quod dic, vt ĩ.eod. item ſi vno.§.Item cum quidam. hic loquiť in locatore rei ponendo caſum ſm primã lec. ꝙ qui locauit capras ſuas, vt ꝯductor eis vteretur, & ſolueret certã mercedẽ, quo caſu ſi non põt frui ſine culpa, non debetur locatori merces pro toto tẽpore, ut ſ.e.l.ſi quis domũ.§.in exuſtis. & qa caſus contingit in re ipſius locatoris: vnde debet ſibi nocere, nõ ꝯductor. Legitur alio mõ, vt ſi dñs conduxerit operas caprarij ꝓ certa mercede ſibi ſoluenda, ut cuſtodiret, & paſceret, tunc obſtat ꝯtrarium, ꝙ ſi fuerunt ſubtractæ ſine culpa conductoris, debetur ſibi merces ꝓ toto tp̃e, ut l.qui operas.Sol.fateor, ſed hic non loquitur caprario locatori operarũ, ſed dño conductori earum, & locatori caprarum, nam vtroq; noĩe põt appel.vt etiam patet.ĩ.eo.item precio. §.item cum iſulam, & tunc dẽt intelligi, q̃ fuerunt ſubtractæ ſine culpa dñi, tñ cum culpa caprarij.iõ non debetur ſibi merces ꝓ toto tp̃e, & ſi dominus ſoluit, repetit, gnimmo teneť emẽdare capras; ipſe vero dñs nõ teneť caprario de caſu, vt ſic teneať ſoluere ĩtegrã mercedẽ. Vel dic; ꝙ loqť in caprario q ꝑ errorẽ reſtituit partẽ mercedis, cũ non teneretur reſtituere, quia integra ſibi debebatur, cum ſine culpa fuerunt ſubtractæ, ut poſſit repetere iſta, & prima magis placet, & tunc non obſtat l.q operas. im mo ꝯcordat.¶In gloſ. mag.in fi.ibi cum aũt.De iſto articulo vide plene per Bar.in l.ſi quis ex argentarijs.§.fi.ſ.de edẽ. ¶In gl.ſeq.ibi:[ſolue ibi eſt ſpeciale.]dic, ꝙ ibi poterat competere actio ordinaria, ſ.de dote.ideo ceſſabit condict.indebit. & ita ceſſaret hic, ſi competeret actio ex locato, vel ex conducto, quia fuiſſet facta ſolutio durãte locatione, ut in j.gl.ſed quia fuit facta ea finita, ſ.ſubtractis capris, non poteſt alia competere, q̃ condictio indeb.

a §. Celſus etiam. Qui locauit operas ſuas tãquã artifex, vr̃ aſſerere ſe peritum[a] ĩ arte, ideo de damno contingente ꝓpter imperitiam tenetur. h.d.vide Dy.in c, non eſt ſine culpa. de reg.iu.& quod nota.in l. 2. ſ. quod quiſque iuris. de aſſeſſore, an teneatur de imperitia: quia cenſetur aſſerere ſe peritum.

A D D I T I O.

a Peritum in arte. Adde an credatur peritis in aliqua arte vide in l.prima.ff.de ventre inſpicien. & ibi Docto. Barto.in proœ. C.Doctor. in c. propoſuiſti.de prob.tio.

§. Si alienam. Si res locata efficitur cõductoris, poteſt agere, ut liberetur a penſione.ſ. pro futuro tp̃e, ſed pro precio teneť ſoluere, h.d.& dicit Bart. ꝙ non expedit, ut liberetur, quia ipſo iure finiatur cõductio, vt ĩ.de vſucap. l. ille a quo. & l.in pigno. ſed quod hic dr̃, debet intelligi, quòd fiat inſtrumentum de liberatione iam fcã.

LEX XII.

2 *Culpa ex parte conductoris, quot modis poſſit committi.*
3 *Quod quis tenetur de culpa familiarium ſuorum commiſſa in re conducta, & quid ſi familiares reputabantur diligentes.*
4 *Officiales, an teneantur de culpa, vel dolo familiæ ſuæ.*
5 *Dominus non tenetur de culpa, vel dolo familiaris commiſſis extra rem commiſſam.*

1 Videamus. De dãno contingente in re cõducta culpa conductoris, tenetur conductor locatori, & culpa poteſt plurib.modis committi. h. d.in effectu
2 vſque ad l.item quæritur.§.duo rei.& dicas, †quod omnes illi
modi reduci poſſunt ad tres: ſ. quando feci id, quod diligens paterfamilias non feciſſet. Item ꝙ fuit in mora, & propter moram euenit caſus. De primo pone exemplum, ut in primo caſu.l.quando fecit malam electionem ſeruorum, vel miniſtrorum.Item in §.fin. & in §. j. quando fecit contra pactum appoſitum in condictione.Item in l.item quæritur.§. 1. cũ ſequenti vſq; ad §.ſi fullo. de ſecundo pone exemplum in §.item ꝓſpicere in hac eadẽ.l.Itẽ in l.item quæritur. in princ. qñ non temperauit, ut debuit.Item.§. ſi fullo, qñ nõ bñ cuſtodiuit, & in §. exercitum, qñ non denunciauit cum poſſet. De
3 tertio, qñ fuit in mora, habeť in §.qui vinum. ¶†No.ex prin.
huius l. quem teneri de culpa familiarium ſuorum, cõmiſſa in re conducta, & ſic ſi culpa familiaris domus incẽderet, te-
4 netur dñs, idemq; conductor.†An autem officialis teneať de
5 culpa familiæ ſuæ, uel dolo, vide ꝑ†Bar.ĩ l.j.§.familiæ.de pub.
a de culpa aũt familiaris,[a] vel dolo ꝯmiſſis extra rẽ cõmiſſam
familiari, nõ teneť dñs, extra de reſti.ſpol.c.cum ad ſedẽ. ſi tñ ꝯductor induxit tales familiares, quos q libet pr̃familias induxiſſet, quia erant noti, & reputabantur diligentiſſimi, non tenebiť, ut ſ.de peri.& cõmo. rei vẽ. l.ſi vẽditio, & hic dñ dicit, [ſi tñ inducendis.]& adde ꝙ eo caſu, quo teneť de ipſorũ culpa, recuperat ab eis, ut no.in Spe.de iniu.& dã.dato, circa ſi.

A D D I T I O.

a ¶ Autem familiaris. Add. Bar.in l.nec quid.ff.de incend.rui.nau.Bar.in l.j in §. familiæ.ff.de pub.Doc.in c.non eſt de ſpon.

LEX XIIII.

Item quæritur.

§. Duo rei. Iſte tex.nõ ſummatur, quia quod hic dr̃, idem in omni genere cõtractuum, ut poſſint cõſtitui duo rei debendi, ſiue celebretur uerbis, ſiue re, ſiue conſenſu, ut l.eadem.in princ.de duo. reis, & hoc ſi actum eſt expreſſe, tam olim, q̃ hodie, alias quilibet tenetur pro parte, ut l.reos.§.cum tabulis.eo.ti.& ſic ĩ modo conſtituẽdi duos reos, nihil eſt immutandum de iure ueteri, per Auth.de duo. reis, licet gl.dicat contrarium, & non bñ; ſed in modo exigendi ſic, quia hodie habent inter ſe beneficium diuiſionis, ſi ambo ſunt ſoluendo, hoc olim non habebant, licet fideiuſſores bene haberent, ut l.inter eos.de fideiuſ.

§. Si in lege. Secunda relocatio operis non facit primũ ꝯductorẽ teneri ĩ eo, quod plus fcã eſt, niſi fuerit cum eadem qualitate, & quãtitate poſt lapſum tp̃is dati primo conductori.h d.Et pone caſum, ꝙ locaui tibi domũ conſtruendã pro cẽtũ.ĩ.annũ, cũ pacto, ꝙ ſi ñ cõſtrueres, poſſem dictum opus alteri locare, & ſi contingat me pl9 locare, ꝙ tenearis ad illud plus, & quia non cõſeruabas, locaui altero pro cẽtũ, & decẽ, volo nunc, ut ſoluas illa decẽ, certe ita demũ teneris, ſi locaui in eadẽ forma, uel leuiori, ſecus ſi grauiori, ut ſi locaſsẽ tibi, ut faceres tres cameras, illi vero ut faceret quatuor cameras, nam ꝑꝑ hunc exceſſum uideor dare illud plus, non ꝑꝑ tuã moram, iõ nõ debet tibi nocere, nec poſſum locare, niſi tranſacto anno. Certe ſi eſſet tranſactum tñ de anno, ꝙ certum eſſet amodo non poſſe fieri per tẽputo me poſſe locare añ finitum annum, per id quod habetur in l.hoc iure.de verb.ob. Quæro, quid ſi non locaui alteri, ſed ego met opus feci conducendo operarios de die in diem, & conſtabit mihi plus, quã tibi promiſiſſem, an poſſim illud plus petere? gl.hic finalis vr̃ dicere, ꝙ nõ per l.ſtipulat9 es opus.ĩ.de fideiuſ.quod verum eſt virtute pacti, quia non re locaui, ſed ratione moræ tunc forte poſſet aliud dici.

1 *Conductio renouata, quando cenſeatur.*
2 *Fictio locum habere nequaquam poteſt, vbi non habet locum ipſa rei veritas.*
3 *Fideiuſſor datus in prima conductione non tenetur ad penſionem ſecundæ, niſi de nouo ſe obliget, & quid ſi dedit pignora, licet non fideiuſſit.*

4 *Reconductio tacita, ꝙ habeat locum etiam in prædiis reipublicæ, dummodo illi, qui regunt vniuerſitatem, & primam locationem fecerũt, ſciãt, & patiantur conductorem remanere in fundo.*
5 *Mortuo locatore ſi appareat eius hæres, & patiatur colonum remanere in fundo, ꝙ etiam habeat locum tacita reconductio.*
6 *Locatio ſicut tacito conſenſu renouatur, ita & diſſoluitur.*
7 *Differentia in tempore reconductionis, in prædium vrbanum, & ruſticum.*
8 *Quid iuris ſit, quando certum tempus in ſcriptis ſit comprehenſum in prima conductione, & quomodo intelligatur certum tempus in ſcriptis.*

1 §. Qui impleto, Si conductor remanet in p̃dio
ruſtico poſt finitum tẽpus loca-
tionis, ſciente, & patiente locatore, cenſetur in annum reno-
uata conductio, nõ in plus, licet prima fuerit ad maius tem-
pus, & cẽſent eadẽ pignora oblata, ſi erant eiuſdem condu-
ctoris, ſecus ſi alterius niſi interuenerit illius conſenſus. In p̃-
a dio[a] vero vrbano cenſetur renouata, quatenus habitabat, &
non vltra, & prædicta vera, niſi prima conductio facta fuerit
in ſcriptis, vel niſi locator deſierit habere conſenſum, quia
tunc neutro caſu cenſet̃ renouata. h.d. vſq; ad l. ex conducto.
Et primo loquit̃ in prædio ruſtico vſq; ad §. in vrbanis. Secũ
do in vrbano vſq; ad l. q̃ ad certum. tertio ponit̃ limitatio ad
vtrũq; caſum. Itẽ prima ſubdiuidit̃ in quatuor, q̃a primo po
nit̃ vnum dictũ bimembre vſq; ibi, [ſed hoc ita.] Secũdo po-
nitur limitatio ſecundi membri vſq; ibi [eandem rẽ.] Tertio
ponitur extẽſio primæ vſq; ibi: [quod aũt.] Quarto ponitur
eius declaratio. Itẽ ſecunda ſiſr ſubdiuiditur in duas, quia præ
mittitur vnum dictum, ſeu regula, ſecundo ponitur exceptio
in ver. niſi in ſcriptis. Itẽ tertia ſubdiuidit̃ ſiſr in duas: quia pri
mo præmittit in quo conſiſtit rõ primi caſus. ſecundo ex illo
infert ad limitationem vtriuſq; caſus. in ver. iõ. ¶ In text. ibi,
[non ſolũ reconduxiſſe videbit̃,] rõ huius ponit̃ in l. ſequen
ti, quia locator ſciẽdo, & patiendo conductorẽ remanere in
fundo, cenſet̃ conſentire, ꝙ habeat eo mõ quo prius, & iſte
eſt talis ꝯctus qui ſolo cõſenſu ꝯhit̃, & tñ valet tacitus ꝯſẽ-
ſus, quãtũ expreſſus, & ſiſr conductor remanẽ iõ cenſetur vel
le habere eodem mõ: alias. n. delinqueret remanẽdo ĩ re alie
na aĩo ſibi lucrandi fructus, & nõ ſoluendo penſionẽ, qđ in
dubio facere non præſumit̃, ut l. merito. ſ. pro ſoc. non. n. l. ſe-
quẽs repetit idem per idem, ſed ponit rõnem huius dicti, ex
qua infert limitationẽ, vt habeat locum, quod hic dr̃, qñ du-
rabat conſenſus locatoris. Secus ſi deſierat ante finitum tp̃s
locationis, quia erat effectus furioſus, vel erat mortuus, nam
nõ poterat conſentire vere. Vnde nec fingit̃ ꝯſentire. Allega
2 tur ergo l. q̃a certũ, ꝙ † vbi non hẽt locum veritas, nec etiã fi-
ctio locum hr̃e p̃t, q̃a fictio imitat̃ naturã. ¶ In text. ibi, [no-
uus conſenſus erat neceſſarius.] ſupple expreſſus, nec ſufficit
ꝙ ille ſciat colonum remanſiſſe in fundo ſciente, & patiente
locatore, quantũ ad hoc, vt videat̃ cõſentire, ꝙ pignora ſua
remaneãt obligata pro ſecunda conductione, q̃a non patit̃
aliq̃d in re ſua fieri, nõ in locatore, ideo in eo bene præſumi-
tur conſenſus ex ſola ſciẽtia, & patientia. Sed ſi cõductor ali-
quid faceret in pignoribus ſciente, & patiẽte illo tertio, quia
forte traderet ea locatori finito tp̃e conductionis, tunc quia
ceſſat rõ p̃dicta, cenſet̃ tacite conſentire, ꝙ ſint obligata ꝓ ſe
cunda cõductione, cum ſit eadẽ rõ. Idẽ dico, ſi cõſenſerat ex
preſſe ſecundo locatori, licet de pignoribus nihil dicat, q̃a vi-
deret̃ eadẽ pignora reobligaſſe. ar. l. cum maritus. §. j. de iu. do.
3 & l. dotem. † Et quod hic dr̃ de pignoribus, idem in fideiuſſo-
re dato in prima conductione, vt non teneat̃ ad penſionẽ ſe-
cundæ, niſi de nouo ſe obliget, vt ſ. de arb. l. Labeo. §. fi. de ad-
mi. tu. l. Lucius. §. Paulus. quod no. Inn. de appel. c. p̃terea req-
4 ſiti. facit l. fi. ſ. de pac. ¶ † In tex. ibi: [& ſi reipub. prædia locata
fuerint.] dummodo illi qui ciuitatẽ regũt, & qui primã loca-
tionem fecerunt, ſciant, & patiant̃ illum remanere in fundo.
alias cum vniuerſitas ſit perſona ficta, non vr̃ cõſentire. l. ſed,
5 ſi ex dolo. §. j. ſ. de dolo, & ſic non fieret tacita relocatio. † In
l. q̃ ad certũ. in fi. ibi: [vel deceſſerit, & nullus appareat heres.]
alias ſi appareat, & patiat̃ colonũ remanere in fundo, idem
6 eſſet in hr̃de, ꝙ in deſuncto, vt ſ. ꝓ ſo. l. plane. † Et adde ꝙ ſicut
tacito ꝯſenſu renouat̃ locatio, ita & diſſoluit̃, vt ſ. ꝓ ſo. l. ita-
7 que. † Hic eſt vna glo. obſcura in verſ. in vrbanis. Nã ibi ponit̃
rr̃a, ꝙ in vrbanis, ꝓut q̃ſq; habitauit, ita obligat̃, & non dicit
quãr obliget̃, poſtea ponit̃ exceptio, [niſi in ſcriptis &c.] &
hic eſt dubiũ, quãr intelligat̃, niſi in ſcriptis, & quid iuris, qñ
in ſcriptis certum tempus fuit comprehẽſum, quæritur ergo
de intellectu regulæ, & Io. intellexit trib. mod. Primo, ꝙ in vr
banis pro nullo tp̃e cẽſeatur facta tacita recõductio, ſi inqui
linus remanſit in domo ꝑ tres, vel quatuor mẽſes, vltra fini-
tum tempus, obligat̃ ad penſionem pro illo tp̃e, nõ ex tacito
conſenſu, ſed ex æquitate, ne efficiatur locupletior ex re alie-
na, & ſic teneatur actione ĩ factũ. ut l. ſi me, & Titiũ. ſ. ſi cert.
pe. Secundo, ut videatur facta relocatio pro illo tempore, &
nõ vltra: & ſic teneatur actione ex locato, & illa communi-
ter tenetur, & ſic poterit dominus ipſum expellere, nec pote-
rit ille dicere contrarium, quaſi videatur reconduxiſſe ꝓ to-
to anno, ſecus in prædio ruſtico. Tertio intelligitur, vt vide a-
tur facta ꝓ toto tempore quo durauerat prima locatio: iſta
8 non habebit in ſe rationem. † Nunc eſt videndum de intelle-
ctu exceptionis, quid iuris ſit, quando certum tempus in ſcri
ptis ſit comprehenſum, poſtea quomodo intelligatur certũ
tempus in ſcriptis. Quantũ ad primũ dixit Ioan. cuius eſt iſta
gl. ꝙ põt intelligi altero de prædictis trib. mod. ſ. ꝙ tunc cẽſea
tur facta, ut in totũ primum tp̃s, vel ſolum tempus quo habi-
tauit, uel in nullũ. Nam ſi regula intelligatur, ꝙ in nullum tẽ
pus cẽſeatur facta relocatio, & ſic ſm̃ primum modũ de p̃di
ctis trib. mo. tũc exceptio intelligatur ſm̃ duos alios modos.
Et ſi regula ĩtelligatur ſm̃ modũ de trib. mo. exceptio intelli
gitur ſm̃ primum, & vltimũ. Si intelligatur ſm̃ tertium, tũc
exceptio ĩtelligetur ſm̃ primũ, & ſm̃, & ſic bene patet, ꝙ om
nibus prædictis trib. mo. poteſt intelligi exceptio. Additur, &
quartus ſm̃ Io. ut poſſit intelligi, ut videatur facta relocatio,
ſicut in ruſticis, ad annum tñ, licet prima locatio fuerit in
maiꝰ tp̃s, & ſic recollige tria, & quatuor. Tria ſm̃ quæ poteſt
intelligi regula, & quatuor ſm̃ q̃ põt intelligi exceptio, & ſic
vides ſeptem. Sed nõ eſt verum, quia immo nõ ſunt, niſi qua
tuor, quia illa tria ſm̃ q̃ põt intelligi regula, repetuntur ĩ qua
tuor, ſm̃ q̃ põt intelligi exceptio, & ſic eſt hic fallacia, cum il
la tria ſint quinque, quia duo, & tria faciunt quinque, ſed in
tribus ſunt duo, & ẽt alio computato ſunt tria, ergo &c. nam
duo bis cõputãtur. ſ. ſemel per ſe, & poſtea cũ alio tertio, iſta
eſt ſententia gl. Tu dicas breuiter, ꝙ tex. primo vult dicere ſm̃
Iac. niſi primus contractus fuerit celebratus in ſcriptis, & ſic
non ſolũ conſenſus, ſed ẽt ſcriptura erat de ſubſtantia, & ꝙ
iſto caſu per ſolã taciturnitatẽ non cẽſeatur facta relocatio ĩ
aliud tp̃s, quia illa requiruntur in noua relocatione, quæ re-
quirebantur in prima, ſed in p̃ma requirebãtur duo, ſed in
iſta non adeſt niſi vnum, ergo non intelligitur facta. & licet
gl. reprobet op. Iac. reprobatio eſſet bona, qñ ſcriptura non
requirebatur ad ſubſtantiã, ſed ad probationem, ut ſit cõiter,
vt l. ꝯhit̃. ĩ. de pig. iõ, licet de prima locatione fuerit confectũ
inſtrm̃, quia tñ illud non erat de ſubſtantia, locũ habebit iſte
§. vt ſecunda relocatio tacite cenſeat̃ facta, licet non interue
niat, niſi ſola patiẽtia, & conſenſus. Secus ſi fuiſſet actum, ut
non valeret ſine ſcriptura, vt colligitur ex l. ſeq. ibi neque ſcri
tura. & per hoc determinat Bart. ꝙ in iſtis officiis, q̃ dant̃ ex
publico, vt ſi aliquis factꝰ caſtellanus, uel ptãs in aliquo loco
licet remaneat vltra tp̃s officij ſciente, & patiente republica,
nõ cẽſet̃ renouatũ offm̃, quia dicta officia nõ dant̃ ex conſẽ-
ſu, ſed ex neceſſitate in dicta republica, & ſolẽt extrahi noĩa
de burſa, vel de ſacco, q̃ ſolennitas nunc non interuenit. De
q̃onib. hic recitatis per gl. vide plene, & vtiliſſime hic per Bar.

ADDITIO.

a ¶ In prædio vero vrbano, vide Cœpolam tract. de ſer. vrb. præd.

LEX XVI.

1 *Actio ex conducto datur conductori, ſi frui non licet.*
2 *Locator tenetur reficere domum, & omnia facere, ſine quib. cõductor frui non poſſet, & uide hic aliqua, & quid ſi conductor ea faciat.*
3 *Colonus non tenetur conferre aliqua onera publica, occaſione rei, uel refectionis uiæ ad domum, licet ſecus, in uſufructuario.*
4 *Colonus tenetur ad opera publica realia, ut tributa, ſi conduxiſſet ad pecuniam.*

1 Ex conducto. † Actio ex conducto dat̃ cõducto-
ri, ſi ſibi frui non licet: quod pluri-
bus modis poteſt cõtingere. h.d. datur etiam ꝑ plura alia, de
quib. ĩ. c. ſed addes. §. j. cum pluribus ſequentibus, & ad quid
detur, qñ non licet frui; dic ꝙ ad intereſſe, ut ĩ. e. l. ſi lege. §. ſi
2 colonus, & quod ibi no. ¶ † Et no. hic, ꝙ locator tenetur refi-
cere domum, & omnia facere ſine quibus conductor frui nõ
poteſt, ut purgare puteum aquę, item miniſtrare funes, & alia
inſtrumenta cum quibus extrahitur aqua de puteo, ſi defece-
runt, & ſi hoc facit, poteſt conductor facere computare in pẽ
ſionem, ut l. ædiles. §. quicunque, de uia publica. nec tenetur
3 colonus conferre aliqua onera publica occaſione rei, vel re
fectionis viæ ad damnum, licet ſecus in vſufructuario. vt ſ. de
vſufructu. ſi pendentes. §. ſi quid cloac. qui etiam tenetur refi
4 cere, non proprietarius, ut hic in glo. † Eſt tamen dare caſum
in quo colonus teneatur ad onera publica, ſi eſſent realia,
vt tributa, & conduxiſſet ad pecuniam, ut eſt gl. quam perpe-
tuo tene menti. & ibi per Bar. C. de anno. & tribu. l. j. lib. x.

1 *Remiſſio mercedis in re conducta quibus ex cauſis fiat.*
2 *Caſus inſolitus, ut inducat remiſſionem mercedis, quæ requirantur.*
3 *Quare in hoc contractu peculium pertineat ad locatorem, & in venditione ad emptorem.*
4 *Si uendantur fructus naſcituri, eis non natis non contrahitur emptio, nec precium debetur, non tamẽ dicitur propriẽ uenditio fructuum, niſi quãdo uendens habet percipere, & tradere emptori, & cultura pertinet ad eum.*

Quando

5 *Quando dicatur damnum intolerabile, & quando dicatur ſterilitas.*
6 *Quando dicatur fertilitas, vt fiat compenſatio cum ſterilitate.*

1 **§.Si vis tempeſtatis.** †Propter caſum inſolitum contingētē in fru-
ctibus, vel in re cōducta fit remiſſio mercedis, ſi erat talis cui
non poterat reſiſti, ſiue obueniat potentia diuina, ſiue huma
na, dummodō afferat damnum intolerabile, anteq̃ fruct⁹ ſe-
parenť a ſolo, ſecus ſi caſus ſolitus, vel negligentia conducto
ris, q̃ fructus non ꝑcipiantur, vel ſi afferat damnum non ma
a gnum. Item fertilitas vnius anni [a] cum ſterilitate alterius cō
penſatur. h.d. in effectu vſq; ad §.cum qdam. Et de mā huius
2 §.vide. C. eo.l.licet ꝑ gl. & Cy. †plura ergo reqruntur ad hoc
vt talis caſus inducat remiſſionem mercedis, vt patet ex his, q̃
ſ.dixi. Nam requiritur, q̃ ſicut caſus inſolitus, & q̃ afferat dā
num magnū, vt hic, & j.l.ſi merces. §.ſi vis maior. Itē, q̃ cōtī
gat añ ſeparationem fructuū a ſolo. Poſſet ēt dici idē eſſe, ſi
erant ſeparati a ſolo, non tñ aſportati domū, vt ſegetes in pa
leis, ſi ignis eſt in eis miſſus, & oēs abſtulit ꝑꝑ id, quod hic dr̄
de exercitu auferente. Item requiritur, q̃ non cōtingat vitio
ſoli, vt ſolum producit ſpinas vel malas herbas, ꝑꝑ qđ ſege-
tes fuerunt ſuffocatæ, nam ꝑꝑ hoc nō fit remiſſio mercedis.
Idē ſi vitio fructuum, vt ſi vuæ non fuerunt bene maturatæ.
& ꝑꝑ hoc vinum conceſſit, vt hic, in ver.ſi qua tñ, qñ ergo ↄ-
currunt ea, quæ neceſſaria ſunt, tunc ſi caſus veniat potentia
diuina (quod qualiter ſit exemplificatur hic plurib. modis)
puta; ex parte aquæ, aeris, vel pluuiæ, vel propter terremotū
vel humana vi, vt quia fuerunt ablati, remiſſio fit mercedis.
¶Op. ēt ſi caſus afferat modicū damnum, q̃ debeat eſſe cōe
inter dñm, & colonum, vt j.e.l.ſi merces. §.vis maior. in fi. ſol
ue verū eſt in colono partiario qui reddit partem fructuū,
puta dimidiā, nā oē damnum cōtingens in fructibus, partim
cōtingit in portione dñi, partim in portione coloni, ſed hic
loquitur in eo, qui cōduxit ad pecuniam, vnde damnum cō
tinges cōtingit in fructibus coloni: vnde ꝑꝑ modicum dam-
num non debet minui de mercede, vt j.in §.cum quidam. &
hic in ver. idem [dicēdum eſt ſi exercitus &c.] ſecus ſi magnū
3 & intolerabile. ¶Sed hic †quæro, quare in hoc cōtractu fit
remiſſio mercedis, & ſic periculum pertinet ad locatorē, ſe-
cus eſt in uēditione, vbi caſus pertinet ad emptorem poſt fa-
ctam uenditionem, & licet res pereat, nihilominus tenetur
integrum precium ſoluere? Rñdeo, q̃ in emptione, & vendi-
tione precium ſoluitur ꝑ re, quę erat in rerum natura tēpo-
pore celebrati cōtractus, & fuit celebratus pure, ideo caſus
poſtea contingēs in re, dēt ad emptorem ſolum ꝑtinere, qa
cēſetur ſua cum ſit ſibi debita, & regulariter dānum contin
gens in re ſine culpa alterius ꝑtinet ad dñm rei, vt C.de pign.
act.l.pignus. ſed in ↄctu locationis penſio nō ſoluiť tanq̃ pre
cium rei, ſed tanq̃ ꝑcium fructuum percipiendorum. Videnť
eñ quodammō empti pro penſione, quę ſoluitur, ſed illa vē
ditio videtur cōditionalis, quia de fructib. naſcituris. Igiť ſi ñ
naſcanť, vel anteq̃ ſeparētur a ſolo corrumpantur, nō dētur
4 ꝑcium, vt ſ.de contrahen.emp.l.nec emptio. in princ.† vbi ſi
vendanť fructus naſcituri, eis nō natis ↄhetur emptio, quaſi
defecerit conditio. Et ideo precium non debetur, nō tamen
proprie dr̄ venditio fructuum, nam tunc proprie dr̄, quando
uendens hēt percipere, & tradere emptori, & cultura ꝑtinet
ad ipſum uenditorē, & ita loquiť illa l.nec emptio, ſed in co
lono ↄducēte fundū, cultura pertinet ad ipſum colonū, & ip
ſe hēt percipere fructus de manu ſua. Vnde potius vr̄ emiſſe
facultatem, & ius percipiendi fructus, quam ipſos fructus, vt
patet ex his, q̃ no. per Bar. in l.cotem. §.qui maximos. de pub.
tum, quia iſte ↄtractus hēt ſimilitudinem cum ↄctu emptio-
nis fructuum, ſicut in illo nō natis fructibus non debetur ꝑ-
ciū, ita in illo non natis fructib. non debeť merces, vel ꝑciū,
ꝑterea in contractu emptionis rei, ſi re perempta non debe-
retur ꝑcium, venditor remaneret in magno damno, quia nō
hr̄et rē, nec ꝑcium, ſed in contractu locationis, licet ꝑdat pē
ſionem vnius anni, ꝑꝑ ſterilitatem, remanet tñ ſibi dominiū
rei, & ſpes percipiendi pro futuro tꝑe. iō debet æquo animo
5 tolerare ne colonus intolerabiľr lædať. ¶ †Sed quæro, qñ di
b cať damnum [b] intolerabile. gl. hic recitat duas opinio. Iac. de
Are. vt recitat Cy. C.e. in l.licet. dicit tunc eſſe intolerabile,
qñ facta emptione cum mercede cōtingeret deceptio vltra
dimidiā, vt ſi pēſio erat de x. & ipſe nō recolligit, niſi de octo
vel nouem. Vñ ſi haberet ſoluere penſionē, hr̄et damnum
de vndecim, qđ eſt vltra dimidiam, & idē ſi ī dimidia, vt ſi re
ciperet x. qa ſaltē pateretur dānū in altera dimidia. Vñ in ↄ-
ctu emptionis, & vēditionis, qñ eſt deceptio vltra dimidiā iu
ſti ꝑcii dēt reſcindi, vel ſuppleri. l.ii. de reſcin. vend. ita hic dēt
fieri remiſſio ex 10. vel 11. ut non ſoluat, niſi quod recolligit
& reſiduum remittatur. Et iſta eſt ſatis rōnabilis opi. Si autē
ultra decē, vel ultra dimidiam, puta 12. tunc ſi ſoluit totam
penſionē, patitur dānū de octo, q̃ non ſunt dimidia, nec ul-
tra dimidiam, vnde tūc diceretur potius exiguitas fructuū, q̃
ſterilitas, & hoc damnum debet pertinere ad colonū, & ni-
hil debet diminui de mercede, & ita intelligitur. §. cum qui-
dam. Bar. autem in l.ſi merces. §.vis minor. j.eo. dicit, q̃ tunc
dicitur ſterilitas, & intollerabile damnum, quando deductis
expenſis quas fecit colonus, nihil vltra remanet de fructib.
ſed certe fateor hoc, & tunc debet fieri remiſſio totius mer-
cedis, ſed ſi aliquid remanet, tene præcedentem opi. vt tunc
non remittatur tota penſio, ſed ſaltem ſoluatur pro eo, qđ
6 eſt vltra deductis expenſis. ¶ †Item quæritur, quando dicatur
fertilitas, vt ſic fiat compenſatio. gl. hic recitat duas opi. pōt
dici, quando percipit tantum quantum eſt pēſio, & etiam tā
tum vltra, quantum tenetur ſubire damnum, & eſſet ſterili-
tas, non dicetur fertilitas, nec pro illo dēt fieri compenſatio,
puta erat merces 20. ego dixi ſ. q̃ ſi recolligit 12. non poſſit
petere remiſſionem de octo, ſed damnum eorum pertineret
ad colonum. Si enim percipit viginti, & vltra octo, vel nouē
illud lucrum, quod eſt vltra, pertinebit ad colonum, vt ſerue
tur ęqualitas, quia in tantum ſuſtineret damnum, ſi eſſet exi
guitas, ergo & intantum debet lucrari, ſi eſt vbertas. Si aūt ꝑ-
cipiat triginta, vel vltra, & ſic vltra dimidiam penſionis, tūc ſi
cut in illis non reciperet damnū, ſi annus eſſet ſterilis, ita nō
ſentiret lucrum, eſſet fertilis, & ſic totum, quod eſt vltra vigī
ti compenſatur cum ſterilitate anni præcedentis. adde quod
no. Cy. in l.ad comparandas. in fi. C. man. ꝑ intellectu iſtius
§.cum quidam incendium. ſequitur. §.vbicunq;. §.aūt cum q
dam. reſeruatur in fi. quia non poſſet bñ intelligi, niſi totus
titulus ſit lectus.

A D D I T I O N E S.

a ¶Fertilitas unius anni Adde Doc. in c.potuit, de loc. Pau. de Caſ. conſ. 53.
b ¶Damnum. Adde quæ cōtineātur appellatione damni, uide per Phi. Fran.
in c.ſi canonici, in §.ſcituri, in j.co. de off. ord: libro 6.

---

2 *Locator non reſtituit mercedem, quando conductor impeditus fuit uti re conducta ſui culpa. & nu. 1.*
3 *Vſus conductoris ſi per caſum contingentem fuit impeditus ſine culpa locatoris, ſufficit q̃ remittat mercedem, & ſi fuit in aliqua culpa tenetur ad omne intereſſe etiam lucri.*
4 *Si ſtat per conductorem operarum quo minus operæ præſtētur, debet locari integra merces, ſecus ſi per caſum contingentem in perſonam, vel rē locatoris, & quid ſi merces fuit conditionaliter promiſſa, ſi operæ pręſtabuntur.*
5 *Propter caſum cōtingentem in re locatoris, tenetur locator reſtituere mercedem, non autem ad intereſſe.*
6 *Locator quare ita non debeat retinere mercedem, ſicut venditor retinet precium ſi res ante traditionem periret caſu fortuito.*
7 *Aduocato debetur integra merces, licet caſus in eius perſonam contingat & non poſſit operas exhibere, & idem in quocunque officiali publico.*
8 *Salarium debitum aduocato a clientulis, ſuccedit in locum publici ſalarii.*
9 *Pecunia data ob cauſam, & ſic ex contractu innominato, vt vadas pro me Romam, ſi per te non ſtat, quominus vadas, ſed per caſum contingentem in perſonam tuam non reperitur ex capite cauſæ non impletæ, ſed ex capite penitentiæ ſic.*
10 *Impedimentum contingens in re locata ſi eſt temporale, dēt expectari, q̃ ceſſet, & tunc poterit locator operas præſtare, & merces ei debebitur niſi partes ad certum tempus ſe reſtrinxerint.*
11 *Idem in famulo impedito propter infirmitatem.*
12 *Quid in Poteſtate electo, puta, pro ſex menſibus incipiendis in proximis calendis, & fuit impeditus.*
13 *Locans rem, vel operam, vel rem, & operam, uel opus, quando teneatur ad intereſſe, & quando ad remiſſionem mercedis.*

1 **§.Item cùm quidam.** †Si quis locat rem ſuam, & operā ꝑꝑ
caſum cōtingentem in re, ꝑ quem fuit impeditus vſus cōdu-
ctoris, remittit merces vtriuſq; tā rei, q̃ operis. h.d. Et loqť, qñ
vſus fuit impeditus in totum, & ideo tota penſio remittitur.
Si autem pro parte, remitteretur ꝑ rata temporis, vt j.prox.
§.hic eſt vna gl. magna, quæ reputať difficilis, & tradit iſtam
materiam per diſtinctionem. Sed vt melius declareť glo. ex-
2 pediam ipſam per octo oppoſitiones. ¶Et primo opp. q̃ †iſte
locator nō tenetur reſtituere mercedem, quam recipit, im-
mo ſi non recepiſſet, poſſet petere, vt j.e.l.pe. §.nauem. So. ibi
conductor fuit impeditus uti ſua culpa fuit, hic nulla cul-
pa fuit, & ꝑ caſum contingentē in re locatoris fuit impedi-
tus. Vnde ęquius eſt ut noceat locatori, q̃ conductori. & dicit
glo. q̃ etiam ipſa nauis culpa conductoris fuit perdita, quod
ibi non dicitur, nec eſt verum de iure, vt ibi dixi. & hoc in gl.
3 vſque ibi, [vt aūt.] gl. intrat diſtinctionem. ¶†Sed tu oppo. ſe
cundo, q̃ non ſolum teneatur reſtituere mercedem, poſtquā
conductor fuit impeditus vti, ſed etiam teneatur ad omne in
tereſſe. vt j.prox. §.ver. plane. & j.e.ſi fundus. ibi [nā ſi colonus
&c.] & l.ſi in lege. §.colonus. & ſ.e.l.ex conducto. in prin. ſol.
in illis legibus fuit impeditus facto locatoris voluntario, &
iniuſte, hic ſine facto ſuo caſu fortuito, vel etiam ſi facto ſuo
erat iuſtum, quo caſu idem, vt inf. eod. l.inſulam. in prin. & l.

habitatores.in fi.ꝯrin.& C.eod.l.idem. Idē ſi facto tertii iniu-
ſto,cui locator non potuit reſiſtere in d.l.ſi fundus. circa fi.&
in l.hæc diſtinctio.vt iſta ſit concluſio: ꝙ ſi locator non ſit in
aliqua culpa,ſufficit ꝙ remittat mercedē, & ſi fuit in aliqua
culpa tenet̄ ad oē intereſſe ēt lucri, & hæc multis modis poſ-
4 ſunt contingere,ut in glo.vſq; ibi:[cum autem ibi.]¶†Tertio
op.in illo ver.[cum autem,]quia iſte locauit rem ſuā, & ope
ram,& non ſtetit per eum,quominus operam præſtaret. Er-
go debetur ſibi integra merces.vt ī. eo.qui opera. & l.ſed ad
des.§.pe.& fi.Sol.illa iura ſane debent intelligi, ꝙ non ſtat ꝑ
eum,ſupple,ſed ſtat per conductorem operarum, quominus
operæ præſtentur, uel per caſum cōtingentem in perſonam,
ſecus ſi ꝑ caſum cōtingentē in pſona, vel re ipſius locatoris.
